

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
XXVI**

**RES POLONICAE
EX ARCHIVO MEDICEO FLORENTINO
I PARS**

ediderunt

**VALERIANUS MEYSZTOWICZ
et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS**



NON EXTINGUETUR

ROMAE 1972

**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI 284 - ROMA**

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA
(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituant*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

ANTEMURALE, I-XV, Romae, 1954-1971

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- Vol. I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565) Ind. nom. propr. 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).
- Vol. II — « *Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424) 19 facs. Ind. nom. propr. 1960. (Archivum Capituli Trident.).
- Vol. III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA-DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787) 29 tab. Ind. nom. propr. ind. chron. 1961.
- Vol. IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603) 9 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- Vol. V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483 doc. (A.D. 1568-1682) 4 tab. 1962.


INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
XXVI**

**RES POLONICAE
EX ARCHIVO MEDICEO FLORENTINO
I PARS**

ediderunt

**VALERIANUS MEYSZTOWICZ
et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS**



NON EXTINGUETUR

R O M A E 1 9 7 2

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
LANCKOROŃSKI
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI, 284 - ROMA

EDITIONEM CURAVIT
CAROLINA LANCKOROŃSKA

I N D E X R E R U M

Praefatio	Pag.	VII
De rebus Polonicis ex Archivo Mediceo Florentino	»	1
Avvisi, varie scritture e notizie di Polonia dal 1559 al 1599	»	13
4 Tabulae		

PRAEFATIO

Seriem documentorum Archivi Medicei Florentini, quae in Tabulario Status Florentino reperitur, lectoribus nostris inspiciendam hic offerimus.

Primo loco ponimus descriptionem generalem, ubi sola documenta in prima et ultima eiusdem seriei theca comprehensa accuratius describuntur, scil. "Filza" 4292 et "Filza" 4295, dum nonnisi leviter et fere in transitu mentionem facimus thecarum 4293, 4294 et 4295-a, utpote scripta in eis inclusa in voluminibus nostris in extenso edita lector inveniet. Itaque vol. XXVI El. ad Font. Ed. complectitur supradictam descriptionem generalem et non exiguum partem documentorum ex theca 4293; vol. XXVII reliquam partem thecae 4293 et totam thecam 4294 continebit; vol. denique XXVIII comprehendet thecam 4295-a, regesta et indices ad omnia documenta eius seriei publici iuris facta pertinentia.

DE REBUS POLONICIS EX ARCHIVO MEDICEO FLORENTINO

Documenta, quae ad Polonię referuntur, in Italia conservantur praesertim in archivis Romae, quae quodammodo metropolis erat illius societatis rerum publicarum Europae, quae nomine Christianitatis veniebat, et sedes erat successorum Sancti Petri caputque totius Ecclesiae.

Multae editiones documentorum Polonicorum ex solo Archivo Vaticano factae sunt; sed minima pars documentorum Polonicorum huius immensi tabularii hucusque edita dici potest (Cfr. *Studia Teologiczne* XI, XIV). Multa scripta, ad Polonię spectantia, custodiuntur inedita in aliis archivis Urbis (cfr. *El. ad Font. Edit.* III, VII, X, XIV, XVIII).

Non desunt documenta Polonica in archivis meridionis Italiae, praesertim ratione ducatum Barense et Rossanensis, qui feudum Bonae Sfortiae, reginae Poloniae, constituebant; aliquando etiam negotia Polono-Hispana sub auspiciis viceregis Neapolis peragebantur (ut, e.g. temporibus Philippi IV et Vladislai IV, cfr. *El. ad Font. Edit.* XXI).

Magna tamen pars documentorum ad Polonię spectantium in archivis Italiae Centralis et Septentrionalis invenitur; multa continentur in parvis archivis Aquilae, Parmae, Brisighellae (*El. ad F. Ed.* V. XXII, XXIII), Civitatis Castellanae aliisve. Iam saeculo elapso Augustus Cieszkowski multa documenta ex archivio Venetiarum edidit.

Iam a saeculo neminem latet archiva Florentiae multa documenta ad Polonię spectantia continere. Scribebant de eis breviter:

1. PRZEŹDZIECKI Aleksander, *Wiadomość bibliograficzna o rękopisach, zawierających rzeczy polskie...* Warszawa 1850.

2. ABRAHAM Władysław, *Sprawozdanie z poszukiwań w archiwach i bibliotekach rzymskich* - (in *Archiwum Komisji Historycznej*, IX, 228 ssq.) Kraków 1902.


Ultimis temporibus de brevi visitatione Archivi Status Florentini publici iuris fecit notam MACIEJEWSKA Wanda: *Polonica w Archiwum Państwowym we Florencji* (in *Archeion* LIV, 155 ssq.) Warszawa 1970.

Ex archivis Florentiae perscrutari statuimus primum "Archivio di Stato", quod in palatio dicto "degli Uffizi" custoditur. Ut et in aliis archivis, res Polonicae in diversis huius tabularii partibus et in variis seriebus inveniuntur; scitur multa eorum adesse in serie, quae nomine "Carte Sforziane" venit. Attamen voluimus primum perquirere eam archivi partem, quae ad colligendas in ea res Polonicas ab archivistis destinata est. Illa in "Archivio Mediceo" et quidem in altera huius archivi parte, dicta "Archivio Mediceo del Principato di Firenze", continetur. Optimam descriptionem huius archivi ab Antonio Padella factam (PADELLA A. *Archivio Mediceo del Principato di Firenze* ed. Ministero dell'Interno

1951) sequentes, extraximus ex eo seriem *Relazioni con la Polonia*, quae thecis ("filze") 4292, 4293, 4294, 4295a, 4295 constat.

Documenta Polonica, quae in thecis illis inveniuntur, non sunt aequalis momenti. Hoc ex reciproco situ geographico Florentiae et Poloniae sequitur. Polonia in finibus Christianitatis posita erat; in ea praesertim agebatur de defensione ab incursionibus ex parte Moscoviae, Tartarorum Turcarumque, Florentiae vero, procul ab his periculis sitae, hoc minus interfuit. Commercium inter Poloniam et Florentiam non solum ad res politicas, sed etiam ad res dynasticas et ad mercaturam spectavit.

Ad melius intelligendos multiplices nexus cognitionis domus Mediceae cum regibus Poloniae, qui per multa matrimonia tam magnorum ducum, quam regum, cum archiducissis e domo Austriaca contracti sunt, iuvat tabella schematica hic apposita:



Multi cives Florentiae in Polonia *mercaturam* exercebant: nonnulli regum reginarumque gratiam obtinuerunt, dvitias collegerunt multas, in rebus pecuniae monarchis adstantes magna auctoritate et potestate utebantur: satis sit gentem Montelupiorum Florentia oriundam nominare.

* * *

Quod autem ad *negotia politica*, praesertim politicae internationalis spectat, vix continentur in epistolis, quae inter reges et magnos duces scribebantur, nec in litteris mercatorum. Attamen magni duces ex stirpe Medicea ad nullas humanas res aures claudebant. De his rebus scribebant ad curiam Florentinam hi, qui pro praecursoribus scriptorum ephemericarum haberi possunt: auctores epistolarum, quae "avvisi" dicebantur.

Illi "de omni re scibili" novitates referebant, non tam veritatis rerum relatarum, quam celeritatis informationis curam habentes. Saepissime litteras sine subscriptione, anonymas prorsus mittebant.

Proinde, matura deliberatione et rebus funditus discussis, recedere constituimus a regula nostra hucusque observata et documenta, quae in thecis ("filze") 4293, 4294 et 4295-a, ubi "avvisi" de rebus politicis inveniuntur, ex toto typis edere — thecarum vero 4292 et 4295 quam brevissimam mentionem facere.

IN THECA (FILZA) 4292, *Lettere dei Re, Regine e Principi di Pollonia dal 1541 al 1626 et di alcuni Signori*, collegerunt archivistae litteras regum reginarumque Poloniae, quae incipiendo a principatu Cosmi I (1537) usque ad finem administrationis, quam Maria Magdalena, soror duarum regnarum Poloniae, tempore minoritatis filii Ferdinandi II, i.e. usque ad a. 1627, Florentiae exercerbat. Maxima ex parte litterae hae gratulationes, gratiarum actiones, diversarum personarum praesentationes, consolationes de luctu aliaque eiusmodi continent. Quasi omnes hae epistolae authenticæ sunt, manu propria auctorum subscriptae, sigillis obsignatae (quorum tamen multa delecta sunt).

Litterae hae ab aliquo archivista Florentino extractae videntur ex cumulo, qui nunc thecas 4293, 4294 et 4295-a constituit, ubi inter alia documenta quoque Polonica ordine fere chronologico inserta collocabantur.

Scribebant eas:

Sigismundus I rex Poloniae:

f. 1, Vilnae, 3.X.1541.

Bona Sforzia regina Poloniae:

f. 2, Vilnae, 8.X.1541.

Sigismundus Augustus rex Poloniae:

f. 3, Cracoviae, 13.I.1551. - f. 5, Vilnae, 2.X.1565. - f. 6, ibid., 2.X.1565. - f. 7, ibid., 6.X.1565. - f. 12, ibid., 10.III.1566.

Stephanus Bathoreus rex Poloniae:

f. 19, Prusiecz, 6.VIII.1577. - f. 21, Varsaviae, 2.IV.1578. - f. 22, Leopoli, 20.V.1578. - f. 23, Cracoviae, 24.X.1578. - f. 25, ibid., 18.II.1583. - f. 27, ibid., 27.VI.1583. - f. 28, ibid., 28.VI.1583. - f. 34, Grodnae, 3.VI.1584. - f. 39, ibid., 15.IV.1586.

Anna Jagellonica, infans, deinde regina Poloniae:

f. 17, Cracoviae, 21.VII.1574. - f. 20, Varsaviae, 26.III.1578. - f. 26, Cracoviae, 2.VII.1583. - f. 29, ibid., 6.VII.1583. - f. 33, ibid., 14.II.1584. - f. 35, Varsaviae, 16.VI.1584. - f. 36, ibid., 1.IV.1585. - f. 37, ibid., 26.VII.1585. - f. 38, ibid., 20.III.1586. - f. 40, Varsaviae, 14.VII.1587. - f. 41 bis, ibid., 11.XI.1586. - f. 48, ibid., 18.I.1590. - f. 55, Cracoviae, 12.III.1592. - f. 64, Varsaviae, 4.III.1593. - f. 68, ibid., 1.IV.[1593]. - f. 75, ibid., 12.X.1593. - f. 76, ibid., 11.XII.1593. - f. 77, ibid., 18.I.1594. - f. 78, ibid., 4.II.1594. - f. 79, ibid., 4.V.1594 - f. 81, s.l., 18.X.1594. - f. 83, Varsaviae, 8.IV.1595.

Catharina (Austriaca) regina Poloniae:

f. 4, Radomiae, 21.X.1565. - f. 8, ibid., 22.X.1565. - f. 9, ibid., 6.XI.1565. - f. 10, ibid., 6.XI.1565. - f. 11, ibid., 17.XII.1565. - f. 13, Viennae, 29.XI.1566. - f. 15, ibid., 31.VII.1567. - f. 16, Linz, 12.III.1568. - f. 198, Viennae, 30.X.1566.

Sigismundus III rex Poloniae et Sueciae:

f. 42, Cracoviae, 26.VI.1588. - f. 44, ibid., 28.I.1588. - f. 45, ibid., 28.I.1588. - f. 49, Varsaviae, 17.IV.1590. - f. 50, ibid., 26.VII.1590. - f. 53, Cracoviae, 13.II.1592. - f. 63, Varsaviae, 4.III.1593. - f. 67, ibid., 20.V.1593. - f. 80, ibid., 20.V.1594. - f. 82, ibid., 20.III.1597. - f. 86, ibid., 3.V.1597. - f. 87, Grodnae, 13.VII.1601. - f. 89, Varsaviae, 30.VIII.1600. - f. 90, Korczyn, 13.XI.1600. - f. 91, Vilnae, 15.III.1602. - f. 92, Varsaviae, 10.IV.1602. - f. 100, Cracoviae, 27.VI.1602. - f. 101, ibid., 13.IX.1602. - f. 102, ibid., 22.XI.1602. - f. 103, ibid., 13.IX.1602. - f. 104, ibid., 25.IV.1603. - f. 113, ibid., 13.VIII.1605. - f. 119, ibid., 20.XII.1605. - f. 122, ibid., 14.II.1606. - f. 125, Varsaviae, 30.VII.1615. - f. 136, Cracoviae, 20.III.1608. - f. 146, ibid., 16.X.1608. - f. 149, ibid., 16.X.1608. - f. 152, ibid., 4.IV.1609. - f. 164, ad Smolenscum, 28.III.1610. - f. 175, Varsaviae, 20.IX.1611. - f. 179, ibid., 26.IV.1612. - f. 182, ibid., 29.IV.1612. - f. 184, Smolensci, 5.I.1613. - f. 186, Varsaviae, 19.IV.1613. - f. 190, ibid., 28.VI.1614. - f. 191, ibid., 28.IX.1614. - f. 193, ibid., 5.XI.1614. - f. 202, ibid., 27.XI.1614. - f. 212, ibid., 6.VII.1615. - f. 213, ibid., 15.VII.1615. - f. 214, ibid., 30.VII.1615. - f. 215, ibid., 4.VIII.1615. - f. 219, ibid., 6.III.1617. - f. 220, Cracoviae, 18.IV.1607(sic). - f. 221, Varsaviae, 25.IV.1617. - f. 223, ibid., 11.VIII.1617. - f. 224, ibid., 18.X.1617. - f. 225, ibid., 25.XI.1617. - f. 226, ibid., 30.9.1618. - f. 228, ibid., 30.7.1620. - f. 229, ibid., 18.XI.1620. - f. 230, ibid., 18.I.1621. - f. 231, ibid., 28.I.1621. - f. 234, ibid., 15.IV.1621. - f. 235, ibid., 1.IV.1621. - f. 237, ibid., 6.IX.1621. - f. 238, ibid., 6.IX.1621. - f. 244, ibid., 7.XI.1622. - f. 246, ibid., 5.II.1623. - f. 248, ibid., 17.IX.1623. - f. 250, ibid., 15.I.1624. - f. 252, ibid., 15.V.1624. - f. 257, ibid., 1.VII.1624. - f. 258, ibid., 1.VII.1624. - f. 259, ibid., 10.X.1624. - f. 272, ibid., 26.IV.1612. - f. 274, ibid., 21.VII.1626. - f. 279, ibid., 27.III.1626. - f. 282, ibid., 27.III.1626. - f. 283, ibid., s.d. [V.1626]. - f. 285, ibid., 5.VI.1626. - f. 297, ibid., 21.IV.1627. - f. 298, ibid., 30.VI.1627.

Anna (Austriaca) regina Poloniae:

f. 60, Varsaviae, 15.II.1592. - f. 65, ibid., 5.V.1593. - f. 85, ibid., 5.V.1597.

Constantia (Austriaca) regina Poloniae:

f. 88, Vilnae, 14.X.1610. - f. 124, ibid., s.d. - f. 150, Cracoviae, 18.X.1608. - f. 155, Vilnae, 14.X.1609. - f. 159, ibid., 21.III.1609. - f. 159 bis, ibid., 31.VII.1610. - f. 165, ibid., 18.X.1610. - f. 167, ibid., 2.XI.1610. - f. 180, Varsaviae, 27.IV.1612. - f. 207, ibid., 18.IV.1615. - f. 211, ibid., 5.VII.1615. - f. 218, ibid., 11.XI.1616. - f. 222, ibid., 26.IV.1617. - f. 232, ibid., 18.I.1621. - f. 236, ibid., 3.IV.1621. - f. 239, ibid., 7.IX.1621. - f. 240, ibid., 7.IX.1621. - f. 241, ibid., 20.IX.1621. - f. 243, ibid., 15.VIII.1622. - f. 246, ibid., 3.XI.1622. - f. 247, ibid., 8.IX.1623. - f. 251, ibid., 15.I.1624. - f. 254, ibid., 15.V.1624. - f. 255, ibid., 15.V.1624. - f. 256, ibid., 30.V.1624. - f. 273, ibid., 27.IV.1612. - f. 275, ibid., 22.III.1627. - f. 276, ibid., 24.VIII.1625. - f. 278, ibid., 24.III.1626. - f. 280, ibid., 27.III.1626. - f. 281, ibid., 27.III.1626. - f. 284, ibid., 30.V.1626. - f. 295, ibid., 20.IV.1627. - f. 296, ibid., 20.IV.1627.

Vladislaus Sigismundus IV princeps Poloniae (ab a. 1632 rex Poloniae et Suetiae):

f. 123, Varsaviae, 18.II.1616. - f. 147, Cracoviae, 16.X.1608. - f. 148, ibid., 16.X.1608. - f. 153, Vilnae, 13.X.1609. - f. 181, Varsaviae, 28.IV.1612. - f. 210, ibid., 4.VII.1615. - f. 242, ibid., 10.V.1622. - f. 260, Bononiae, 7.XII.1624. - f. 261, Laureti, 16.XII.1624. - f. 262, ibid., 16.XII.1624. - f. 263, Aqua Pendente, 22.I.1625. - f. 264, Pratolini, 22.II.1625. - f. 265, Florentiolae, 3.II.1625. - f. 266, Varsaviae, 10.VI.1625. - f. 267, ibid., 10.VI.1625. - f. 268, Uiazdoviæ, 25.VII.1625. - f. 269, ibid., 25.VII.1625. - f. 270, ibid., 25.VII.1625. - f. 271, Varsaviae, 28.IV.1612. - f. 77, Golub, 20.IX.1625. - f. 286, Varsaviae, 2.VII.1626. - f. 287, ibid., 1.VII.1626. - f. 288, ibid., 1.VIII.1626. - f. 289, ibid., 9.VIII.1626. - f. 290, ibid., 21.XII.1626. - f. 291, ibid., 21.XII.1626. - f. 292, ibid., 3.XI.1627. - f. 293, ibid., 3.XI.1627. - f. 294, ibid., 3.XI.1627. - f. 298, ibid., 10.VI.1627. - f. 299, ibid., 10.VII.1627. - f. 300, ibid., 10.VII.1627. - f. 301, ibid., 10.VII.1627. - f. 302, ibid., 10.VII.1627.

In eadem theca inveniuntur etiam epistolæ diversarum aliarum personarum, inter quas notandæ sunt collectiones litterarum cuiusdam

Henrici Ranzovii, quae nullo modo ad Poloniam spectant et probabiliter per errorem archivistarum hic sunt positae (f. 56, 57, 61, 69, 70, 71, 72, 73).

Singularem attentionem meretur collectio litterarum Sigismundi marchionis de Mirova Myszkowski, qui inter annos 1603-1615 assidue ad principes Florentiae scribebat:

ff. 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 114, 115, 116, 117, 118, 120, 126, 128, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 135, 137, 138, 139, 140, 141, 142, 143, 154, 160, 161, 162, 163, 166, 168, 169, 170, 172, 173, 174, 176, 178, 183, 185, 187, 188, 189, 192, 194, 196, 203, 204, 205, 208, 209.

In cuius epistolis plurima et varia attinguntur argumenta, tam publica quam privata, e.g. pro donis vel litteris acceptis gratiae aguntur (ff. 126, 134, 138, 139, 140), personae commendantur (ff. 106, 116, 196), notitiae de variis eventibus publicis mittuntur (e.g. de rebus Moscoviae, ff. 111, 118, 163; de morte Ioannis Zamoyski, f. 109; de nuptiis Sigismundi III cum Constantia, ff 112, 114, 115, 118; de sua in curia imperiali Pragae missione, ff. 112, 114; de victoria Stanislai Żółkiewski ad Kłuszynum, f. 163 et aliis).

Non est clara ratio, ob quam Myszkowski tam multas epistolae Florentiam mittebat; non appareat, utrum ex proprio impulsu, an forsitan ratione cuiusdam officii sibi commissi ille dignitarius Polonus scripserit.

Notantur alii quoque epistolarum auctores, Petrus Barzi (f. 14), Georgius Radziwiłł (f. 157), Nicolaus Christophorus Radziwiłł (f. 18), Petrus Myszkowski (f. 24), Stanislaus Pawłowski (f. 30, 31, 32); Ioannes Demetrius Solikowski (f. 43), Albertus Łaski (f. 46, 47, 52); Sabina de Seve Łaska (f. 51, 227); Ferdinandus Ximenes (f. 59); Ioannes Zamoyski (f. 66, 74); Belisarius Vinta (f. 93); Jacobus Janidłowicz (f. 94, 96, 99); Thaddaeus Orselli (f. 95); Albertus Ricasoli (f. 97); Valerius Montelupi (f. 98); Georgius Mniszech (f. 121); Leo Sapieha (f. 126, 144); "Demetrius" (Pseudodemetrius) tsar Moscoviae (f. 145); Alexander Cilli (f. 171); Petrus Cavallo (f. 195); Antonius de Castel Bardio (f. 199); Franciscus Sernigi (f. 200, 206); Udalricus Kędzierski (f. 216); Ioannes Rescius (f. 217); Christophorus de Zbaraż (f. 233); Ferdinandus Myszkowski (f. 249); Stanislaus Radziejowski (f. 303, f. 304).

* * *

THECAE ("FILZE") 4293, 4294 et 4295-a constituunt unitatem, quae nonnisi mechanice, per dispositionem in duobus involucris separatis, distinguitur. Continent documenta ad Poloniam spectantia, quae in archivo principatus Florentiae collecta sunt in secundo dimidio saeculi decimi sexti et in principio decimi septimi. Ex hac serie exemptae videntur epistolae regum, reginarum principumque Poloniae, quae, ut supra notavimus, in theca 4292 inveniuntur.

Ordo, quo documenta in thecis 4293, 4294 et 4295-a disposita sunt, est chronologicus; attamen archivistae non semper accurate hunc ordinem secuti sunt et non raro inveniuntur folia posita extra locum, qui ex ordine chronologico eis assignatus esset.

Maximam partem documentorum hic collectorum constituunt scripta,

quae recte vocari possunt "epistolae informatoriae", quibus verbis reddere conamur vocem italicam "avviso". Saeculo XVI et XVII usus tales litteras scribendi maxime diffusus erat: praecurrebat ephemerides, quae recentioribus temporibus typis impressae divulgantur.

Eiusmodi scripta aliquando relationum fiduciariarum formam assumunt, "in ciphra" scriptarum, quarum nonnullae partim deciphrae ad nos pervenerunt.

Epistolae informatoriae a diversis auctoribus scribebantur; multi ignoti manent, nomina aliorum nota sunt nobis (Albizi, Cecchi, Argimoni, Cagnoli, Cilli Alexander, Sernigi, Gelsomini, Titi etc.).

Epistolae informatoriae, quae in nostra serie reperiuntur, ad magnos duces Florentiae, ad eorum secretarios vel alios officiales curiae ducalis, dirigebantur; invalere videtur usus epistolam informatoriam in pluribus exemplaribus transcribendi eamque ad varias curias dirigendi. Maxima ex parte epistolae informatoriae subscriptione carent; aliae in fine vel in margine aliqua signa habent, quae pro siglis conventis reputari possunt; aliae veris siglis praeditae sunt, e.g. illae, quas Alexander Cilli signabat quibusdam peculiaribus curvis lineis, quae etiam "C.A." legi possunt; non desunt epistolae pleno nomine subscriptae. Non idem est valor, quem habent notitiae in "litteris informatoriis" relatae. Auctores non semper erant eventuum, de quibus scribebant, testes oculares, sed scientiam ex auditu hauriebant.

Documenta, quae in thecis 4293, 4294 et 4295-a asservantur, multa de rebus Poloniae docent. Referuntur ad ultimos annos regni Sigismundi Augusti, ad breve regnum Henrici Valesii, ad annos Stephani Bathorei et ad magnam partem regni Sigismundi III.

Res Sigismundi Augusti continentur in theca 4293, in foliis 1-57 scriptae; adsunt relationes de rebus Moscoviae, i.a. de Catharina Jagellonica, quam Ioannes IV uxorem habere voluit, quae tamen Ioanni Wasa, duci Finlandiae, despontata est; de rebus pacis et belli cum Moscovia, de periculo ex parte Tartarorum et Turcarum, de comitiis aliisque.

Henrici Valesii breve regnum (1573-1574) in theca 4293, f. 58-138 in 20 epistolis informatoriis relatum est. Edocentur in eis lectores de electione Henrici et orationibus ab oratoribus exteris in ea prolatis; de pactis conventis, de regis adventu, de eius discessu eiusque depositione; adiunctae sunt in exemplaribus epistolae ipsius regis Henrici.

Gloriosum regnum Stephani Bathorei (theca 4293, f. 139-221) annos 1575-1586 comprehendens in multis, pluribus quam triginta documentis, maxima ex parte epistolis informatoriis praesentatur. Praeter informationes de depositione praedecessoris, Henrici Valesii, inveniuntur res ad ipsam electionem spectantes, de Maximiliani II ad coronam Poloniae praetensione, de rebus pacis et belli cum Moscovia. Adsunt exemplaria litterarum ipsius regis Stephani et Ioannis Zamoyski; adest ignoti auctoris consideratio de defensione Reipublicae Christianae, adsunt informationes de periculo ex parte Tartarorum et Turcarum. In fine Simon Genga de decessu regis Stephani (f. 217-221) nuntiat.

Incipit hic a f. 222 thecae 4293 amplissima collectio litterarum, quae ad regnum Sigismundi III, regis Poloniae et Sueciae, pertinent; haec collectio in theca 4293 incepta totam finalem partem huius thecae occupat (usque ad folium 644 inclusive), et integrum thecam 4294. Informationes tamen non totum regnum Sigismundi III describunt, sed anno 1612

abrumptur, ita de ultimis 20 annis Sigismundi III, qui anno 1632 obiit, nil in nostra collectione habetur. Multa adsunt de ipsa electione Sigismundi, deque bello, quod contra Maximilium archiducem sustinuit, et de victoria super eum ad Byczynam reportata; de eiusdem archiducis captivitate, de mediatione, quam nomine Sixti V cardinalis Hippolytus Aldobrandini, futurus Clemens VIII, inter regem Poloniae et domum Austriacam in Będzin conclusam, coronavit.

In foliis a 421 usque ad finem thecae 4293 narrantur multa de regno Sueciae, quod anno 1592 per hereditatem a patre Ioanne III Sigismundo regi Poloniae venit; illa unio personalis inter Polonię et Sueciam faciliorem reddebat defensionem Occidentis a Moscovitis, qui tam Reipublicae Utriusque Nationis, i.e. Poloniae cum Lithuania coniunctae, quam et Sueciae hostiles erant.

Notatu dignum apparet nomen unius e scriptoribus epistolarum informatoriarum illorum temporum: Ioannes Baptista Cecchi; alii anonymi manent.

Chartae, quae in theca sequenti, 4294, continentur, sunt continuatio earum, quae in theca 4293 servantur; omnes ad regnum Sigismundi III referuntur; in prima earum parte, f. 1-202 res continentur, quae ad primos annos regni Polonici Sigismundi III spectant; maioris momenti hic sunt documenta de regno Sueciae retinendo et de difficultatibus ob religionis diversitatem; de Caroli Sudermanensis rebellione; item sedis palatini Cracoviensis Nicolai Zebrzydowski in multis epistolis informatoriis describitur; apparet hic ratio, ob quam unio Moscoviae cum Lithuania et Polonia, quam Sigismundus III instituere volebat, non est instituta, et cur Demetrius — vel Pseudodemetrius, ut ab aliis dicitur — in tsarum coronatus non potuit auxilia sufficientia a rege Poloniae et Sueciae obtinere, depositus et occisus est (1606), nec Vladislavus Wasa, princeps Poloniae minorenus, a Moscovitis a. 1610 post Demetrium ad solium Moscoviae electus, illud obtinere potuit: et sic evanuit spes immensas illas terras et inumeros populos eas incolentes Reipublicae Christianae associandi. In sequentibus foliis multa narrantur ab epistolarum informatoriarum auctoribus de successibus singularibus a Sigismundo III contra Moscoviam obtentis. Litterae informatoriae de eis referentes maxima ex parte scriptae sunt ab Alexandro Cilli, sacerdote, musico, qui in curia reginae Constantiae morabatur. Ipse prope Smolenscum nunquam fuit; illa, quae de obsidione huius civitatis et de victoria a Żółkiewski ad Kłuszyn obtenta narrantur, sunt informationes ex auditu, vel ex scriptis testium. Sigismundus III Varsaviam sub fine a. 1611 triumphaliter revertit; ibi Abraham de Dohna, regis Hispaniae orator, praevidebat et forsitan timebat proximam unionem Polono-Lithuano-Moscoviticam.

Ultimae epistolae huius thecae a. 1612 scriptae sunt. Sat est notum, quomodo evanuit spes Moscoviam ad Rem Christianam uniendi, non obstantibus successibus bellicis et diplomaticis, ut Smolensci expugnatio, victoria ad Kłuszyn, civitatis Moscoviae debellatio, captivitas tsari Šujskij electio in tsarum Vladislai Sigismundi — et quomodo seditiones Gustavi Wasa et Nicolai Zebrzydowski, incursions Tartarorum et Turcarum illam unionem impossibilem reddiderunt.

THECA 4295-a reliqua documenta, ad ulteriorem partem regni Sigismundi III spectantia, complectitur.

Inter alia, 40 et plures epistolae ab Alexandro Cilli exaratae cuius scripta etiam in theca 4294 reperiuntur, res in aula regia occurrentes, civiles et militares, annis 1613-1615 gestas, praecipue illustrant.

Sequentibus vero annis multiplicantur scripta anonyma, Italice "avvisi" dicta, quae praesertim ad res Moldavicas, quarum Poloniae tunc temporis summopere intererat, pertinent; referuntur quoque ad relationum Poloniae cum Turcis deteriorationem et ad Vladislai IV conatus, ut throno Moscovitico potiretur, necnon ad transactionem Dyvilinensem.

Annis 1618-1621 crebriores occurrunt epistolae informatoriae Dominici Gelsomini, qui inter alia pugnam ad Cecoram commissam describit.

Inter auctores epistolarum in hac theca inclusarum frequentius occurrunt nomina Montelupiorum: Caroli, Sebastiani, Valeriani, qui non solum postae expedienda operam navabant, sed etiam aulam Florentinam de rebus Polonicis edocebant.

Ultima 20 et plura documenta, in eadem theca comprehensa, satis accuratas notitias continent de rebus Polonicis a. 1624-1626, ulteriorem exacerbationem in relationibus inter Sueciam et Polonię illustrantes. Quae informationes a Ioanne Baptista Titi secretario magni ducis Etruriae transmittebantur.

* * *

THECA (FILZA) 4295, *Lettere della Famiglia Regnante di Polonia al Gran Duca di Toscana 1626-1669* (1727), septem fasciculis constat, ut videtur, ab archivistis Florentinis sub fine saec. XVII formatis.

In fasciculo I reposita sunt 22 folia, quae Florentiam mittebat
Ioannes Casimirus, princeps, ab a. 1648 rex Poloniae:

f. 1, Varsaviae, 2.VI.1635. - f. 2, ibid., 30.IV.1637. - f. 3, Viennae, 8.VIII.1637. - f. 4, Parisiis, 9.III.1640. - f. 5, Varsaviae, 7.VII. 1648. - f. 6, ibid., 21.XI.1648. - f. 7, ibid., 2.I.1649. - f. 8, ibid., 12.3.1649. - f. 9, ibid., 15.V.1649. - f. 10, ibid., 26.IX.1649. - f. 11, ibid., 2(?)VII.1650. - f. 12, ibid., 12.XI.1650. - f. 13, ibid., 13.I.1652. - f. 14, ibid., 24.12.1652. - f. 15, ibid., 4.VI.1653. - f. 16, ibid., 4.VI.1654. - f. 17, ibid., 1.VIII.1654. - f. 18, ibid., 24.IV.1655. - f. 19, ibid., 24.VII.1655. - f. 20, ibid., 10.V.1655.

In eodem fasciculo inveniuntur duae epistolae, a Ludovica Maria regina Poloniae scriptae Varsaviae, 24.VII.1648 et 3.IV.1649.

In fasciculo II folia 69 adsunt; ex illis Vladislai Sigismundi, principis, ab anno 1632 regis Poloniae:

f. 1, Varsaviae, 15.VII.1626. - f. 2, in castro Marienburg, 14. VIII. 1629. - f. 3, ibid., 14.VIII.1629. - f. 4, Merecz, 25.II.1630. - f. 5, ibid., 25.II.1630. - f. 6, Varsaviae, 12.IV.1630. - f. 7, Merecz, 29.XI.1631. - f. 8, ibid., 29.XI.1631. - f. 9, ibid., 10.I.1632. - f. 10, Varsaviae, 4.V.1632. - f. 11, Cracoviae, 20.II.1633. - f. 12, Vilnae, 30.VI.1633. - f. 13, Cracoviae, 29.IV.1633. - f. 14, Vilnae, 20.VII.1633. - f. 15, ibid., 24.VI.1634. - f. 16, Varsaviae, 22.VIII.1634. - f. 17, ibid., 24.XI.1632. - f. 18, ibid., 5.V.1635. - f. 19, ibid., s.d., V.1635. - f. 20, Thorunii, 5.VII.1635. - f. 21, Varsaviae, 1.12.1635. - f. 22, Vilnae, 20.III.1636. - f. 23, Varsaviae, 28.II.[1638]. - f. 24, ibid., 21.III.1637. - f. 25, ibid., 25.IV.1637. - f. 26, ibid., 25.IV.1637. - f. 27, ibid., 4.V.1637. - f. 28, Strzembowiae, 25.V.1637. - f. 30, Varsaviae, 13.VI.1637. - f. 31, ibid., 11.VIII.1637. - f. 33, Thermis Badensibus, 17.IX.1638. - f. 34, Feilsburgi, 21.X.1638. - f. 35, Sienno, 10.V.1639. - f. 36, Varsaviae, 30.VII.1639. - f. 37, ibid., 10.III.1640. - f. 38, ibid., 2.VI.1640. - f. 39, ibid., 4.VIII.1640. - f. 40, ibid., 1.IX.1640. - f. 42, ibid., 12.IV.1641. - f. 43, ibid., 19.VII.1641. - f. 44, ibid., 10.XII.1641. - f. 45, ibid., 22.III.1642. - f. 47, Szczekocin, 2.X.1642. - f. 48, Moersina (?), 18.X.1642. - f. 49, Varsaviae, 4.IV.1643. - f. 50, Nowy Dwór, 21.X.1643. - f. 51, Vilnae, 24.XI.1643. - f. 52, ibid., 20.I.1644. - f. 53, Cracoviae, 20.VI.1644. - f. 54, Vilnae, 28.III.1644. - f. 55, Cracoviae, 20.VIII.1644. - f. 56, Varsaviae, s.d. X.1644. - f. 57, ibid., 3.VIII.1645. - f. 58, ibid., 3.VIII.1645. - f. 59, ibid., 23.IX.1645. - f. 60, ibid., 1.III.1646. - f. 62, ibid., 31.III.1646. - f. 63, ibid., 31.III.1646. - f. 64, ibid., 31.III.1646. - f. 65, Cracoviae, 14.VII.1646. - f. 66, Varsaviae, 18.X.1646. - f. 67, ibid., 4.V.1647. - f. 68, ibid., 10.VIII.1647.

Insuper, in eodem fasciculo reperiuntur epistolae reginarum Constantiae (f. 1 a), Caeciliae Renatae (f. 35 bis, 46), Ludoviciae Mariae (f. 61) et principis Caroli Ferdinandi (f. 21 bis, f. 32, f. 69).

In fasciculo III folia numerantur 35; scribebant eas epistolas senatores Poloniae, ecclesiastici et saeculares, ab anno 1588 usque ad 1636.

In fasciculo IV custodiuntur 48 folia, quae omnia ad legationem Henrici de Watzdorff, qui ex mandato Friderici Augusti II coram curia Florentiae anni 1725-1727 residebat, referuntur.

In fasciculo V folia adnotantur 16; maxima ex parte ab ignotis aucto-ribus scripta diversas res ad Poloniam spectantes narrant; adsunt exemplaria litterarum Henrici Valesii (f. 12), capitula matrimonii reginae Constantiae (f. 13).

In fasciculo VI 5 epistolae et unus quaternus continentur. Mentione digna est versio italicica epistolae, qua campiductor Stephanus Czarniecki de proelio contra Carolum Gustavum ad Gołab commisso notificabat (f. sine numero, 18.III.1655). In quaterno est exemplar fragmenti cuiusdam operis, quod inscriptum est "Rerum Polonicarum Liber decimus tertius" — et de rebus post mortem regis Stephani (1586) successis refert.

In fasciculo VII in 77 foliis ignotus scriptor transcribit opus Martini Cromeri (Kromer), quod sub inscriptione "Poloniae Gentis et Reipublicae Polonicae descriptio" typis editum est Francoforti anno 1575. Exemplar nostrum ab editione Francofortensi differt in paucis locis. Incipit: "In iis libris, quos triginta de origine et rebus Polonorum conscripsimus..." explicit f. 77: "Fiet, ut minus peregrinentur in Historia Nostra. Telos".

Parva illa series Archivi Medicei Florentiae, cuius tres thecas hic typis edimus, alias duas brevissime transcurrentes, sat clare prae oculis ponit, quam magni momenti fuerint eventus in Polonia et in Europa in fine saeculi XVI et in initio XVII. Moscoviae introductio in Rempublicam Christianam, uti tunc vocabatur nondum collapsa unio nationum Europae, nonnullis possibilis et desiderabilis apparebat. Sed inter principes Occidentis Europae haec unio vix optabilis videbatur; etiam Poloni et Sueci, regi rebelles, obstaculum ad eam ponebant. Turcarum et Tartarorum instabant pericula. Moscovia propriam, traditionibus Rurikidarum imbutam, dynastiam obtinuit — sub qua regimen a Tartaris introductum, in quo absolutismus monarchae in "samodierżavie" tsari degeneratus est, et ubi ad nihil redacta est ipsa notio legis per introductionem systematis iussorum arbitrariorum, "ukaz" dictorum.

Ea, quae ad illa tempora illustranda utilia videntur, lectoribus benevolis offerimus.

V.M.

AVVISI, VARIE SCRITTURE E NOTIZIE DI POLONIA DAL 1559 AL 1599
F. 4293.

TEXTUS

N. 1

e Polonia, s.d. 1559.

*Ignotus
ignoto
summarium de rebus Livoniae
("Avviso")
A.M.F. F. 4293, f. 3.*

Summario delle cose di Livonia per lettere et relatione d'altri.

Che seguitando il Re de Moscoviti la guerra contra i Livoni, il Re di Polonia, il Duca di Sassonia, le terre franche del mare di Germania, di commun' consenso havendosi fatto intender al Moscovito che si ritirasse nei suoi termini, lassando star' i Livoni in pace, altrimenti li protestavon' tacitamente la guerra. A che haveva risposto che lo faria, ma voleva prima ripigliar' le terre che i Livoni altra volta gli havevon' occupate. Et di poi che fussero tenuti et li promettessero li detti Livoni di non far' per l'avvenire alcuna frontiera, o di fortificarla, che risguardasse i suoi paesi.

Le quali conditioni sendo parse ingiuste alli prefati Re et Principi, penseranno alla guerra non per aiutar' i Livoni, i quali paion' odiati da tutti per la viltà et dapocagine loro, ma per tener' discosto quel barbaro. Talché si era intimata una dieta in Brema per il primo di luglio prossimo per trattar' di questa guerra et della recuperatione de privilegii, tolti alle dette terre franche di mare dal Re Filippo, mentre che era Re di Inghilterra. Imperò che dicono che Sua Maestà operò che si levassero loro i privilegii che havevano in in quel Regno, sì come gli tolse ancora loro in Fiandra.

I quali privilegii concernon' il comertio del mare et altre esentioni di datii et gabelle in quei luoghi. Dicon che faranno ogni sforzo per rihaverli, importando loro assai quel commertio, da per che sanno consiste la lor' principal ricchezza nella navigatione, et per la medesima cagione cercheranno di cacciar' il Moscovito dalla Livonia, acciò che acquistando i porti di quella provintia non venisse a farsi padrone di quel mare, et impedirli la navigatione nei lor' propri mari.

Supra, sub titulo, alia manu: 1559

N. 2.

Rostochii, 19.VII.[1564.]

*Ignotus [orator imperatoris]
ignoto
summarium de rebus Sueciae
("Avviso")
A.M.F. F. 4293, f. 4.*

Summario delle cose di Suecia per lettere de 19 di luglio di Rostock del Ambasciatore Cesareo.

Che di poi l'ultima battaglia navale (nella quale restò superiore il Re di Dania) il Re di Suecia haveva con molta presteza rimesso insieme 45 nave ben'armate, et dall'altra banda quel di Dania ne haveva 36. Le quali armate sendo vicine circa 3 leghe l'una all'altra, si temeva si havessero da incontrar' et far' un'altro maggior' conflitto, sendo l'una incitata dalla speranza per la fresca vittoria, et l'altra per il desiderio di resarcir' quel danno.

Che li mediatori della pace si stavono ancora in quel luogo, aspettando pur che il Re di Suecia mandi li suoi huomini a trattar' della compositione, ma come più danaroso va differendo il più che può per haver' miglior' conditioni della pace, secondo che si giudica.

N. 3.

s.l., e curia imperatoris, 14.VI.1564.

*Antonius Albizi
[ad informationem ducis Etruriae Cosmi I]
de rebus Daniae et Sueciae; de suspensione actionis Moscovitarum in
confinibus Lithuaniae ob incursionem Tartarorum.
("Avviso")
A.M.F. F. 4293, f. 5.*

Summario di lettere de 14 di giugno delle cose di Dania et Suecia. Che infino a quel giorno non eran ancora comparso²⁾ li Ambasciatori del Re di Suecia in Rostoch, luogo deputato per li mediatori del accordo fra li duoi Re di Dania et Suecia, sendovi di già comparso tutti li altri. Onde come fussero venuti si dava subito principio alle condizioni della pace.

Che si erano incontrate le navi del Re di Dania et di Lubeck, città imperiale, con quelle di Suecia, et di poi haver combattuto valerosamente, quelle di Suecia restorono al disotto, onde furono^{a)} sommerso 6 et 4 prese, et arso una grandissima^{b)} nave, dove eran' sopra 100 pezi d'artiglieria con molta nobiltà;^{c)} che quelli Dania havevon' recuperato ultimamente una terra della Norvegia, detta Druntum, di molta importantia, occupata prima dal Re di Suecia; et di poi quella vittoria si trovavon' all'assedio et assalto di Steinwichsholm.

Per lettere di Polonia de 6 detto.

Che il Re di Suecia, non andando le cose sue molto prospere, haveva traghettato parte della cavalleria, fanteria et artiglieria di quelli luoghi che teneva occupati nella Livonia, richiamandoli nella Suecia, onde pensavon' che facilmente fussi per domandar la pace al Re di Polonia.

Che le genti del Moscovito non si facevon più sentir in quelli confini della Lituania contra il Re di Polonia, sendo travagliati da altra parte, imperò che 40 mila cavalli Tartari son' intrati nella Moscovia et alcuni popoli si son' loro rebellati. Onde erano occupati da quella banda et i Poloni mostravon' di volersi valer' di quella bona occasione.

Che l'Ambasciatore del Turco mandato al detto Re di Polonia per concluder' amicitia et pace perpetua non era ancora partito.

In margine superiore: Avvisi da messer Antonio Albizi dalla Corte Cesarea.

In dorso: 1564 Summario delle cose di Dania et Suecia.

a) *seguitur expunctum:* fra

b)-c) *in margine.*

z) *sic in ms.*

N. 4.

Vilnae, 6.I.1561.

Ignotus

ignoto

de negotio cum magno duce Moscoviae [Ioanne IV]; de Tartarorum et palatini Valachiae legationibus; de ducis Prussiae et margravii Brandenburgensis animo Ioanni IV hostili; de patrocinio ex parte archiepiscopi Rigensis et m. magistri Livoniae a rege [Sigismundo Augusto] impetrando.

(*"Avviso"*)

A.M.F. F. 4293, f. 6.

Di Polonia con avvisi di Vilna in Lithuania de VI di gennaio 1561.

Alli mesi passati il Gran Duca di Moscovia mandò ambasciatori a questa Maestà, ricercandola d'accordo et chiedendole per moglie l'Infante Catherina, sua sorella più giovane, offerendo restituire tutti quelli castelli et luoghi che tiene occupati della Livonia, occupati^{a)} che fossero fatti subditi et confederati di questa Maestà; domandando all'incontro a nome di dote alcune città et castella della Russia. Sopra di che Sua Maestà mandò un'Ambasciatore alli dì passati che, senza metter tempo di mezo, detto Duca habbia a restituire li castelli et luoghi tolti alli Livonii, overoché finita la tregua durata già molt'anni tra di loro, si prepari alla guerra.

Quanto alla richiesta fatta dell'Infante Catherina, non si sa che risposta habbia data Sua Maestà.

Questo Moscovita è fermo nella sua religione et tanto altiero et di grand'animo che non cede al Turco di grandezza nè di superbia, et quanti Livonii vengono presi, tutti vuole che sieno ribattezzati, per

esser lutherani et egli catholico secondo dice, et havendo fatto prigione uno Imperatore Tartaro lo fece battezzare alla Ruthena et l'ha ridotto alla sua fede, nella cui provincia mandò poi molti sacerdoti ad insegnar la sua legge a quei popoli.

In questo tempo giunsero anco in Vilna cinque Ambasciatori del Re de Tartari a concluder pace perpetua con questa Maestà, con obligatione che sieno tenuti prendere l'arme contra suoi nimici ogni volta che bisognerà. Et essendo stati qua da 3 mesi molto accarezzati, sono poi partiti presentati molto satisfatti et contenti.

Sono poi venuti tre Ambasciatori del Vaivoda di Valacchia a ringraziar' Sua Maestà che habbia comandato ad Astri, suo nobil Polacco, che deponga l'armi che egli haveva prese contra il detto Vaivoda, essendo con circa 2 mila cavalli entrato dentro a confini della Valachia per muover guerra, si dice, a compiacenza del Re di Bohemia, per tirar quei popoli circumvicini alla devotione del dispoto, che dice haver actione et pretensione sopra'l detto paese. Al qual Astri, si dice, il detto Re ha dato 40 mila taleri, perché faccia tal effetto, pur s'è levato dall'impresa et li detti Ambasciatori hanno mostrato lettere diverse di Nossen Bassa et d'altri in nome del Turco, rallegrandosi col loro Signore che'l Re di Polonia havesse revocato l'Astri del suo paese, essortandolo a manteñersi seco in amicitia, dicendoli che tra pochi giorni li manderia un'Ambasciatore per confermar la pace ch'è tra loro, et per offerirli ogni favore et aiuto contra nimici suoi, et a tal'effetto li ha fatto chiedere il passo per mandarli un'Ambasciatore et farli intendere che, se per l'avvenire non procurerà accordarsi con questa Maestà di Polonia, li moverà subito guerra. Et medesimamente il Turco ha fatto intender qua che, se li sudditi di Polonia haveranno patito da quelli del Turco su li confini, che farà di sorte che per ogni X ducati di danno li farà rifar di cento.

Sono anco comparsi altri Ambasciatori mandati dal Duca di Prussia et dal Marchese di Brandiburg, ambedui cognati di questa Maestà, li quali l'essortano a non voler in modo alcuno condescendere a dar la sorella al detto Duca di Moscova, sì perché egli è heretico et scismatico, come anco per esser un tiranno et nimico della vera religion christiana, offerendole ogni aiuto a lor possibile, di genti et denari, per difesa de Livonii; et si sono tutti doluti del gran tradimento che è stato usato a Sua Maestà dal Papacoda circa 'l testamento della Regina Bona, sua madre, scusandosi di non haverlo inteso prima et dicendo volersene dolere con la Maestà Cesarea et col Re catholico, dicendo esser cosa troppo indegna sopportar un privato usi termini simili contra un Re.

Tra questi Ambasciatori è anco stato uno dell'Arcivescovo di Riga et Gran Mastro di Livonia, li quali hanno mandato a supplicar Sua Maestà che voglia mandare il Palatino di Vilna per capitolar con essi, volendosi sottoporre in tutto all'obbedienza di Sua Maestà, pur che li difenda da Moscoviti et che li mantenga certi loro privilegii. Et così sono stati spediti tutti et ritornati con le risposte, che fu il primo di questo, et alli 2 poi Sua Maestà con la Regina et sorella sono andate alla caccia.

In margine superiore: Questi avisi si rimandino con le lettere della Corte Cesarea.

a) *lectio incerta*

N. 5.

Cracoviae, 25.V.1561.

*Ignotus
ignoto*

*de Tartarorum proposito regi Poloniae [Sigismundo Augusto] contra
Moscovitam opem ferendi; de ducibus Prussiae et Mecklemburgiae.
("Avviso")*

A.M.F. F. 4293, f. 7.

Di Cracovia li 25 di maggio 1561.

Il Tartaro che fu molestato dal Moscovita s'è obligato al Re nostro di Polonia darli 40 mila cavalli ad ogni sua inchiesta, et per ciò il su detto Tartaro mandava questo numero di cavalli in nome di Sua Maestà in soccorso de Livoni. Per il che il Moscovita informato di ciò prese partito d'affrontar il Tartaro in campagna, prima che s'unisse con Livoni, imaginandosi poterli più facilmente rompere così, come ha fatto, et li ha fatti ritirare fino in Caffe, et ivi ritener esso Tartaro astrito con 70 mila cavalli, acciò non possa dar aiuto alcuno al Re nostro nè a Livoni. Non s'intende però che egli si prepari di venir in campagna fino al mese d'agosto. Si dice che haverà 200 mila cavalli, ma non può metterli insieme, che prima non sieno riscicate le paludi che per la lunga invernata et per le grandissime nevi non saranno secche. Fin all' hora haverà il suo campo tripartito: l'una parte contra'l Tartaro, l'altra contra Livoni, la terza contra'l Re nostro, qual intende di dar aiuto a Livoni, suoi sudditi, per li quali è causata la guerra.

Le provisioni fatte da Sua Maestà sono grandissime: haverà di Polonia 25 mila cavalli et 25 mila alle spese de Lituani, n'haverà anco 50 mila. Et il Duca di Prussia, suo zio et suddito, verrà con grossa cavalleria et ben armata. Il Duca di Merchelburg ha mandato a Sua Maestà X mila Alemanni, bravissimi soldati, qual è genero del Duca di Prussia et fratello dell'Arcivescovo di Livonia, per il quale nacque la guerra tra'l Re et Livoni, et poi Livoni si diedero a questo Re nostro.

Per le prossime saprò dirvi se il Re andrà a questa guerra in persona, come si crede et come già fu detto.

"

N. 6.

Vilnae, 27.VII.1561.

*Ignotus
ignoto*

*de induciis a Moscovitis violatis; de ducis Prussiae auxiliis; de Livonum
deliberatione regi Poloniae se subiciendi.*

("Avviso")

A.M.F. F. 4293, f. 8.

Di Vilne²⁾ in Lituania di 27 di luglio 61.

A questi di havendo il gran Moscovita cominciato a romper la tregua col Re nostro Signore, venne alle mani con i nostri et de suoi restorno morti da 1500, oltre buon numero di prigionieri che si fecero, come già

scrissi a Vostra Signoria. E di poi si ritirorno indietro da X leghe incirca, se non più, non ostante che fossero al numero di 30 mila et i nostri niente più in quel tempo di X mila cavalli. Et doppo la detta ritirata è sopragiunto^{z)} nuova come il Signor Palatino di Troki,^{a)} Capitano Generale di Sua Maestà in Livonia, è passato i confini et entrato in Moscovia con essersi prima protestato che essi sono stati i primi a romper la tregua, et il giorno appresso dovrà assaltare due castelli.

Il Re si partirà per andare al campo verso Livonia alli 15 d'agosto, per veder la mostra generale, la qual si farà a Riga, città principale dela Livonia, et fatta che sia la massa intera del'esercito in presentia di Sua Maestà, non tanto per difesa di quella città quanto per ricuperatione deli castelli perduti, la Maestà Sua ritornerà dipoi in Polonia a procurare col mezzo di una dieta con i Signori Poloni, a lor costo però habbiano a prendere l'armi per la ricuperatione di quanto i Moscoviti han tolto a Livoni durante la tregua tra loro. Di che i Livoni, per non andar in dispersione affatto, han deliberato darsi sotto la corona di Pollonia in quella forma che hanno fatto i Prusachi più anni sono, essendo che per gli loro statuti non sono obbligati di uscir dai confini a lor costo, ma solo quando Sua Maestà gli porga del suo.

Di qua ogni di passa grosso numero di cavalleria et fantaria alla volta del campo, e tanto son bene armati e con si buoni cavalli che Vostra Signoria non potrebbe creder. Avanti hieri son venuti due Ambasciatori di Tartari che offeriscono 4 mila cavalli a Sua Maestà contra il Moscovita a lor costo, pur che si contenti di dargli il passo. Intorno di che non si è ancora concluso altro, parendo a molti Signori che la Maestà Sua non habbia bisogno del loro aiuto, havendone massimamente da 60 mila in suo favore di questi dele bande di colà, atteso che ruinano il paese talmente per dove passano che potrebbono di poi arecare qualche incommodità al esercito di Sua Maestà.

Sequuntur notitiae ad Poloniam non spectantes.

a) in ms. Turchia

z) sic in ms.

N. 7.

Cracoviae, 9.VIII.1561.

Ignotus

ignoto

de induciis a Moscovia minatis; de itineribus regis [Sigismundi Augusti].

("Avviso")

A.M.F. F. 4293, f. 9.

Di Cracovia di VIIII Agosto 1561.

La livena^{z)} di Moscoviti sta così lenta, se dice che loro sono presso due leghe a Frega,^{z)} città principale de Livonia.^{a)} Il nostro Re ha mandato il Signor Pallatino di Vilna con molti altri Signori della Lituania, per deffender detti Livoni, se Moscoviti volesseno infestarli, ma da loro non se hanno da movere, perché non è anchor finita una

certa tregua, che già molti anni fu fatta tra il Moscovito et il Re di Pollonia. Il preparar che già qui si faceva grande, già molti giorni sono è raffreddato. Il nostro Re è partito alli 2 di questo 14 miglia lontano da Vilna per andar al suo campo, qual marchia verso Livonia,^{b)} et vedato^{z)} il detto campo tornará a Vilna et al principio di Settembre verrà a Pollonia.

Sequuntur notitiae ad Poloniā non pertinentes

In dorso: Avvisi

a) *in ms.* Livori

b) *in ms.* Liconia

z) *sic in ms.*

N. 8.

Cracoviae, 1.XI.1561.

Ignotus

ignoto

de senatu convocato; de suppressione Ordinis [Ensiferorum] Livoniensium deque eorum regi [Sigismundo Augusto] submissione.

("Avviso")

A.M.F. F. 4293, f. 10.

Da Cracovia del primo di Novembre 1561.

Che l'essercito del Re di Polonia et quello del Moscovita, havendo ciascuno d'essi munito li suoi luoghi, si sono ritirati, et ciascuna delle parti attende a provedersi alla guerra per l'anno che viene.

Che'l Re sopradetto di Polonia havea intimato a tutti li Vescovi, Palatini et Castellani che dovessero trovarsi in Lomza per il giorno di Santo Andrea, per consultare con essi et determinare le cose necessarie.

Che'l Palatino di Vilna havea scritto al detto Re, avisandolo che i Livoni, a similitudine di Prussia havendo levato via quel loro ordine, hanno eletto Sua Maestà per Re et Signore hereditario.

N. 9.

Cracoviae, 15.II.[1562]

[Bernardus Bongiovanni] nuntius in Polonia

ignoto

de gaudio ex concilio ex novo aperto; de rebus Livoniae; de fama decessus m. ducis Moscoviae; de Valachia et Turcia.

("Avviso")

A.M.F. F. 4293, f. 11.

Del Nuntio in Polonia da Cracovia di XV di febrero.

La nuova dell'apertura del Concilio è piaciuta infinitamente qui et sicuramente questo doverà esser un stimolo alli Principi d'affrettarsi

tanto più a mandar i loro Ambasciatori. Et già quelli di questo Re sariano^{a)} in viaggio, se le comitie non premessero tanto a Sua Maestà, ma senza manco ispedite quelle veniranno.

Di nuovo pare che li Livoni non si risolvano di voler dare altrimenti il possesso al Palatino di Vilna della città di Riga et altri luoghi senza il consenso dell'Imperatore, se bene per il giuramento prestato sarebbono tenuti. Pure s'aspetta d' hora in hora la risolutione di quello c'haveranno in intentione di fare.

Quanto alli rumori del Moscovita, sparsi fin ch'eravamo in Moscova, non si sente niente o pochissimo, et questo per la morte d'esso Moscovita, della quale si ragiona se ben fin adesso non se ne sa certezza.

Un Italiano che pratica assai in Ungheria, Valachia et simili paesi m'ha detto che'l Dispoto è pacifico possessore della Valachia et che ha licentiatto tutti li soldati, perché danneggiavano il paese, salvandosi solamente una compagnia di Todeschi di ducento fanti, et una di Italiani et Borgognoni di cento cinquanta per sua guardia. Et ch'era ritornato il suo mandato al Turco il quale l'haveva accettato nel luogo d'Alessandro, cioè col tributo di 30 mila Ungari l'anno, et che'l Turco gli haveva mandato a donare trenta cavalli et trenta vesti di drappo per un suo col stendardo della pace, al quale esso Dispoto ha donato dieci mila Ungheri.

In dorso: Avvisi di Polonia

a) *correctum ex: saranno*

N. 10.

Cassoviae, 19.1.[ante 1570]

Ignotus

ignoto

de rebus Valachiae, Transilvaniae, Moldaviae, Turciae.

("Avviso")

A.M.F. F. 4293, f. 12.

Avisi dell' XIX di Gennaro di Cassovia.

Volendo il Moscovita fare una forteza nelli confini tra lui e'l Pollacco et havendo di già fatta ogni preparatione opportuna, mandava l'ammanime et tutta la materia necessaria, accompagnati da 20 mila cavalli. Onde intendendolo il Signor Ghizischi, con grandissima presteza usci loro incontro con X mila cavalli, et li sopragiunse così all'improvista et l'assaltò con tanto valore che ammazzò 10 mila de Moscoviti et seguitò di porre l'altri in fuga, entrando drento alli confini nello stato del Moscovita sino a 70 leghe et mettendo ogni cosa a ferro et fuoco, se ne ritirò poi con i suoi salvi et carichi di preda.

Il Duca di Prussia nuovo anderà a giurar fedeltà al Re di Pollonia, se bene sia qualche rumore tra quelli popoli et volontà di tumultuare.

Il Palatino Plosco, chiamato cinico, con 20 o 25 nobili Moscoviti si è ritirato dalla parte del Pollacco.

Il Moscovita per certi sospetti ha fatto tagliar la testa a molti nobili. Onde tutta la nobiltà sta mal contenta et con malo animo verso il Moscovita.

Sperasi che seguirà pace tra il Pollacco et lui, o al meno tregua, et tiensi questo quasi per certo.

In dorso: Avvisi

Cracoviae, s.d. [XII.1569]

Ignodus

ignoto

de missis Turcarum in Polonia, de Tartaris; de incitatione magni magistri ad rebellionem contra Poloniam; de Petro Zborowski, "ambasciatore al Turco".

(*"Avviso"*)

A.M.F. F. 4293, f. 50.

Di Cracovia per lettere de X.

Il gran Turco ha mandato al Re di Pollonia un Sangiacco, querelandosi che li soldati di Sua Maestà hanno seguitato li Tartari sotto un

suo castello, et perciò ha ritenuto l'Ambasciatore di Pollonia che fu mandato in quella parte per confermar la tregua et patti, che sono tra il Regno di Pollonia et lui. Et benché a questo San Giacco^{z)} sia stato dimostrato che per questa rotta de Tartari et inseccutione non sono violati li patti, essendosi fatto a ragione et difesa, nondimeno si dubita assai che non si faccia qualche incursione nelli dominii di Sua Maestà, havendo sì grande huomo nelle mani per Ambasciatore, di che sospettandosi sono stati assoldati di nuovo li soldati che erano in questi confini.

Si intende di Prussia che il Gran Mastro, presa occasione per la morte del Duca vecchio, persuade a quella gente che si rebelli alla Maestà Sua, volendo ridursi al governo di prima, offerendosi voler tentar con l'arme etc. Fino hora non si è visto altro movimento.

L'Ambasciatore al Turco di Sua Maestà è il Signor Pietro Boroschi, Castellano Voinicense, grandissimo heretico.

In dorso: Avvisi

^{z)} sic in ms.

N. 25.

s.l., 26.VII.[1567?]

Ignotus

ignoto

relatio de oratoribus magni ducis Moscoviae, qui Grodnam venerunt.

(*Exemplar. Textus iam ed. in: El. ad Font. Ed. VIII, N. 102, sine parte finali, quam hic adducimus*)

A.M.F. F. 4293, f. 51.

Speratur tamen pacem subsequuturam, quia postquam isti oratores pro pace componenda Livoniae partem, quam^{a)} possidet Rex Poloniae, necnon ea omnia, quae ad Poloskow pertinent, tanquam de eorum magni Imperatoris (Imperatorem enim Moscum vocant) patrimonio, necnon illos, qui a Mosco ad Polonos defecerunt, et praesertim quandam Ducem Pronski^{b)} nominatum, asserentes: quandiu in Aula Polonica isti profugae fuerint, inter istos Principes pacem durare minime posse, petiissent, addiderunt, quod si istae pacis conditiones minime placerent, de aliis opportere concordare, nam Moscum omnino velle in bona amicitia et fraternitate cum Rege Poloniae vivere ipsumque minime desiderare sanguinis christianorum profusionem. Quae^{c)} quidem propositio^{d)} facta est die 26 dicti mensis Iulii.

a) *segitur expunctum verbum: quam repetitum.*

b) *in ms. Prusck*

c) *correctum ex: quod*

d) *propositio supra lineam scriptum.*

in castris apud Varsaviam 8.IV.1573.

*Ioannes Franciscus Commendone cardinalis legatus
ad comitia
oratio*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 52-57.

Illustrissimi et Reverendissimi Domini, Domini Iohannis Francisci Commendoni, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, Apostolicae Sedis per Germaniam et Poloniam de latere Legati oratio ad Senatum equitesque Polonus habita in castris apud Waraszviam²⁾ VIII Aprilis anno MDLXXIII.

Quae Pontifex Maximus in vestra Regis eligendi deliberatione gravissima atque maxima a Deo praecatur, ut vestrae mentes atque sententiae divino instinctae spiritu salutem vobis et huic Regno incolumitatem et dignitatem praestent, eadem mandatorum et legationis meae summam esse voluit. Nam quemadmodum Sua Sanctitas indictis Romae omnia templa publicis supplicationibus et suis et populi precibus Deum placare non desistit, quo Regem vobis concedat, qualem et vestra et universae Christianae Reipublicae tempora postulant, ita vos hortatur, ut in re tanta, quanta maior esse vobis nulla potest, non tam quod in praesentia ipsi possitis, quam quantum momenti in eo sit, quocunque vestra iudicia inclinaverint, animo perputetis atque hac potestate sapienter utamini.

Est enim res huiusmodi, ut in unius decreti vi summmum aut salutis aut exitii discrimen utatur. Quod intelligens Pontifex, sicuti ex eius litteris, quae modo recitatae sunt, audivistis, haud minus quam Christianae Reipublicae parentem decet, sollicitus de vestra salute comitiorum consiliorumque vestrorum exitum expectat. Verum ego velim, ut ex eo templo, unde pias ad Deum pro vobis preces mittit, qua pace, qua tranquillitate inter Regnum hoc, una vos patriae charitate et legum reverentia coniungente, ferre peregeritis intueri posset, bonam profecto spem ex vestra virtute perciperet. Est enim singularis exempli res in libero Regno Rege diu caruisse et silentibus Regis morte prope omnibus legibus omnes tamen ex lege vixisse, et suam cuique voluntatem, suam cuique patriam, studium pro lege fuisse, ut in tot nobilium et maxime militarium hominum millibus nullus tumultus, nulla vis, nullae seditionum turbae extiterint, nullus omnino armorum sonitus auditus sit.

Quod cum vobis ipsis salutare et praeclaro posteris vestris exemplo fuerit, tum certe apud omnes nationes moderati animi admirationem habebit. Quam ego gloriam et vobis ex animo gratulor et mihi ipsi meo quodam iure gaudeo, cui in his, quae de vestris laudibus deque vestra Republica praedicari²⁾ consuevi, tam illustre testimonium dedistis. Quod si qua pietate Regem,^{a)} pacem patriamque servatis, eandem hoc loco in dicendis sententiis ferendisque suffragiis retinueritis, si unam animis Rempublicam complectemini, si nihil nisi ex veteri mora et ex maiorum institutis, quibus hactenus res Polona stetit ac floruit, agi patiemini, equidem non modo spem, sed laeticiam delecti concordissime optimi Regis iam animo praecipio. Eam vero Reipublicae vestrae formam saepe considerans, admirari soleo sapientiam maiorum vestrorum, qui Regni et libertatis modum ita temperarunt, ut inter supremam unius potestatem

et disolutam multitudinis licentiam tam firmam tuendarum legum et propagandi imperii rationem excogitarint. Hanc illi innumerabilem equitum multitudinem amplissimo diffusam Regno, paribus utentem legibus et aequo inter se iure ita viventem, ut una aliqua ingens videatur esse civitas, quae multas et longe distantes provincias sit complexa, haud alio imperio regi posse quam regio intellexerunt.

Cum vero hoc, quemadmodum est omnium praestantissimum, ita sit periculorum publicae libertati, iisdem utrumque viderunt, et Rege Rempublicam indigere et ne Rex gravi communi libertati foret providendum esse. Cumque magistratus institui in Republica nullus potest, qui Regem potestate anteiret, spiritualem ordinem assumpserunt eumque in specula libertatis et praesidio Reipublicae collocarunt nullumque sine eo publicum consilium esse voluerunt.

Cum enim Episcopi constituti in populis sint tanquam nuntii et interpretes Dei, ad eorum dignitatem per se maximam adiacere humanas opes honoresque in Republica amplissimos, quibus communiti et Regem in officio haberent parentumque maiestatem apud eum obtinerent atque inde custodes atque vindices publicae libertatis existerent. Quod saepe factum rerum vestrarum scriptores memoriae prodiderunt, ut offerentem se Regnum licentiam saluberima Episcoporum authoritas coercuerit.

Quam ob rem cum ita Respublica sit constituta, ut fundamenta libertatis in religionis et ecclesiastici ordinis dignitate collocaverit, nemo, ut arbitror, dubitat, quantum necessarium sit statum Reipublicae conservandum, ut Regem avitae atque chatolicae pietatis cultorem habeatis, ne si spreta fuerit aut etiam electa ecclesiastica authoritas, tanquam evulsa iis radicibus, quibus primum fixa et confirmata est, salus et libertas vestra evertatur et concidat. Cuius rei exempla utinam nulla haberetis, quae nimis iam multa ad cavendum vobis horum temporum pravitas praebuit.

Sed profecto videmus, in quibus provinciis par ratio tuendae libertatis instituta erat, in iis sublati per eorum dominatum, qui a catholica religione desiverunt, Episcopis non solum libertatem oppressam, sed etiam nobilitatem extinctam esse et omnia sub unius arbitrium voluntatemque redacta. Id ne vobis accidat, vestræ in primis prudentiae, vestræ in patriam pietatis est providere, ut Regnum hoc nobilissimum, quod semper propagaculum est habitum Christianæ Reipublicæ, iisdem rationibus conservetis, quibus initio stabilitum esse intelligitis.

Id enim, id, fortissimi equites, est firmamentum vestræ libertatis, quod qui comminutum et labefactatum cupiunt, ne illi non sentiunt⁷²) eodem tempore concuti totam ac disolvi Rempublicam. Multa vos quidem et magna a Deo beneficia habetis, qui Regnum vestrum a Baltico mari ad Euxinum, ab Odera flumine per immensa regionum Boristenem ultra propagatum tantis rerum opportunitatibus auxit, sed pulcherimum illud est, quod eligendi Regis facultatem vobis singulariter tribuit, ut Regem habeatis non eum, quem fors ex certa hereditatis lege dederit, sed quem vos ipsi dignum a quo regamini iudicaveritis. At non hoc solum munus, dignitatis et amplitudinis plenum, vobis elargitus est Deus, sed munus ipsum suum novo et nobiliore munere cumulavit, cum id non humanis viribus aut opibus, quanquam ne his quidem vos omnino abunde instructos esse voluit, sed bonorum omnium maximo et praestantissimo, chatolica religione, fundavit.

In qua utinam omnes consentientes essetis, neque haec novitas et varietas opinionum, quibus scinditur Christiana Respublica, in Poloniam

unquam pervasisset et in hanc gentem, quae suis coniuncta^{z)} et consentiens legibus praesidio esse christiano nomini potest, hoc malum inventum esset, quo egrotare vestram Rempublicam et ipsi sentitis, qui proximo Varszaviensi conventu ei mederi cupivistis. Qua in cupiditate sanandi vestra incomoda, sicut ego nemini concedo, qui induere et ex animo cupiat, ita cum saepe hac ipsa de re mecum pro summo meo in vos studio cogitaverim, duo praeter caetera sunt in hac vobis inita curandi ratione, quae satis intelligere mihi non videor: alterum, si dissidium in Republica ex varietate ista opinionum de religione ortum habet, quonam modo confirmardis omnibus sectis aliisque insuper asciscendis has sedari posse contentiones putent qui in huius consilii sententiam iverunt; alterum quoque, quo item modo is,^{b)} quicumque suam veram religionem, pravas omnes aliorum ab se disentiencium credit (nam plus una vera esse non potest), eam ipsam,^{c)} cui se uni applicavit et quam unam pro vera approbat colitque, infici et confundi tanta haeresium et errorum turba sine piaculo et sine gravi conscientiae morsu pati queat.

Pax, concordia, foedus grata sunt et iucunda omnium auribus nomina, ut his qui resistat aut ullam omnino moram offerat, is non patriae cupidus, non Reipublicae amator esse videatur, et vere si nominibus res ipsa subsit, si ei paci, ei foederi consulatur, quo vera pax tranquillitasque creatur Reipublicae, non quo effracta religione^{d)} Regnum hoc omnibus, quaecumque in quavis longinqua et aliena terra excogitantur et quotidie conflantur, pravarum opinionum monstris aperiat et pateat, quo inventiatis requiem animabus vestris, non quo in turbine et tempestate, veluti per fluctus feri maris despumatis suas confusiones, circumferamini omni vento doctrinae, quo dissensionum faces restringantur, non quo omnium permissa licentia religionum, tanquam incendii materia comparetur et novarum rerum cupidis tum animis et audacia, tum etiam molieri facutas addatur iis, qui instrumenta seditionum, ipso pane praebente Respublica,^{e)} prompta semper et parata sint.

Usu evenisse videmus in aliis Christianae Reipublicae provinciis, ut haec expedita multis licentiae remedia aut secus, quam et si ad extingendum ignem pro aqua oleum infusum sit, ingentes continuo flamas dederint atque inde omnia funestis bellis discordiisque miscuerint. Duo maxime mala, ut scitis, viri amplissimi, infesta sunt et mortifera Reipublicae:^{e)} tirranis et licentia. Atque licentia quidem quanto est singulis iucundior, tanto est periculosior universis. Quippe cui plurimorum inest tirannis. Sed si ea etiam religionis et sacrorum sit, illico legum, illico magistratus et omnis imperii ius cadere et conturbari et confundi omnia necesse. Cum enim insit omnium animis erga Deum religio eiusque causam cuncti ad se pertinere putent, ea attingi et contrectari non potest, quin simul animi omnium commoveantur^{f)} atque inde violentissimi et turbulentissimi motus existant, quibus evertantur ipsae Respublicae, non solum religio solvit. Cum religionem dico, volo, ut quae cuique vera videtur, ex quo dicere me nunc quidem existimetis. Nam novis et a chatolicae religionis sanctitate alienis ista maxime nocet licentia. Sicut enim illae eius generis, quae, ut ait Apostolus, se invicem mordent et comedunt et ab invicem consumuntur, ut et ad veritatis cultores et ad novarum opinionum approbatores pertineat hanc cohiberi et reprimi licentiam, qua reservata christiana omnium sive cupiditati, sive ambitioni, sive errori distrahenda et dilanianda praebet, ut inconsutilis illa Iesu Christi tunica, quam ne ipsi quidem eius imperfectores sciderunt,

scinditur illorum vocibus, qui dicunt: date nobis dimidiam partem et dimidiam partem aliis. Veniat vobis in mentem nobilis illius iudicii Salomonis clarissimi Regis, qui ambigentibus apud se de filio duabus matribus eam iniuriae et improbitatis damnavit, quae dividi ac dispartiri puerum postulabat; ei restitui iussit, quae ut integer et incolumis servaretur Regem obtestabatur. Exquirat nunc et excutiat unusquisque animum et conscientiam suam, sit quisque Salomon sibi et ex illius ratione, qui divino testimonio sapientissimus est habitus, de se ipso iudicium ferat. Nisi enim nosmet ipsos diudicaverimus, ecce plus quam Salomon hic, qui iudicat omnes, Deus, de cuius manu nemo nos potest eruere. Eligat quisquis, utrius animi imitator esse malit, an ex falsae et adulterinae matris optato christianam fidem discindi et disperdi patiatur, an verae et piae matris exemplo inviolatam atque integrum servari velit, nimirum commota sunt super puerum viscera eius. Atque utinam pari nunc commoveantur viscera nostra super puero, quem dedit nobis Deus, filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret et nos filiorum adoptionem acciperemus. Neque spe falsa pacis decepti, pacis verae datorem, per quem et Deo reconciliati sumus, dividendum lacerandumque praebeamus.

Omnis spiritus, inquit Iohannes, qui solvit Iesum, ex Deo non est. Nunquid divisus est Christus? Unus est Deus, una est fides, ut qui plures approbet ac sciscat, is omnes contempnere videatur, is Christum dividat, is Iesum fodat. Quae cum ita sint, spero vos salubriora his malis remedia quaesituros, quae certe in eo inventuri non estis, quo Dei maiestas et numen violetur et quo divinarum rerum ius ad hominum studia rationesque accomodetur.

Neque enim religio humana res est, ut hominum iudiciis subiici debeat. Sectarum ista licentia est novarumque disciplinarum, quarum cum principes et architecti sunt homines, hominum voluntate mutari et variari possunt. At chatalicae pietatis fides sacrosancta et divinitus tradita est, quam non ut illi, qui suas rationes quasi filias ab se procreatas in potestatem²⁾ habent, ad nostrum arbitrium revocare, sed ut matrem, quae nos alit atque educat Deo, colere et venerari debemus eamque normam, ad quam vitam omnem actusque nostros dirigamus, habere perpetuam et immutabilem, non eam facerem²⁾ Lesbiam illam regulam, quam ad omnes cupiditatis nostrae angulos flectamus ac detorqueamus. Eius nos iussis parere atque obedire convenit, non eam nostris obligare aut laxare decretis. Non enim immutata et violata, sed integra atque incorupta salutem et pacem animis rebusque offert.

Hac vos ut ratione utamini et ne quid, quod supra hominem sit potestatis vestrae, faciatis, pro vestra prudentia videte. Sat opinionum, sat perturbationum illatum, sat gravis est Reipublicae vestrae hic multorum privatim discussus a veteri pietatis ratione, quod si huic felicitati publica etiam accesserit ulla authoritas, pro summo irati Dei argumento accipite. A quo quae populorum peccatis iustae constitutae sunt penae, eas saepe remoratur illius misericordia tam diu, donec aut nemo expers criminum sit, aut communis aliquo facinore ipsa obligetur Respublica. Tum enim praesens est sine retardatione animadversio, quae declinantes in obligationes adducit cum operantibus iniquitatem, ut iustificetur Deus in sermonibus suis et vincat cum iudicatur. Meum animum erga vos Remque hanc Publicam, viri amplissimi, multis vestrum existimo, sed iure quae ad cultum honoremque Dei et salutem vestram pertinere, ipsum qui dicentis animum intuetur Deum testor me haec ex summa

salutis et incolumitatis vestrae cupiditate dicere, Deum precatus, ut vera loquutum me bonis vestris rebus potius, quam conversis intelligatis. De christiana religionis iussis fideque ea, quam maiores vestri sanctissime cultam vobis tradiderunt, etiam atque etiam videte, ne quid vos publice iam immutetis, optate, ut vobis bona atque eadem omnibus mens sit, si quos procella horum temporum abripuerit, eorum noxae ad Rempublicam ne pertineant.

At vero his consiliis, quibus privatorum studiis Respublica involvitur, per incolumitatem vestram, equites, abstinet. Cavete, ne speciosa vos et vacua rebus nomina libertatis et concordiae religionem decipient. Cogitate, ne quicquam conatum suscipi iungendi verbis, quae dissident rebus. Non ego vos moneo, sed Deus, non mea sunt, sed Iesu Christi verba. Nemo comissuram a vestimento novo immittit in vestimentum vetus, alioquin et novum rumpit et veteri non convenit commissura a novo, sed peior scissura sit. Video vos incommodis Reipublicae commoveri, cupere his dissidiis modum invenire, sed nimis proiecti studiis remedia ipso morbo graviora exquiritis, venenum pro medicina paratis. Haud levi morbo affectam Rempublicam esse et vos praedicare soletis et res ipsa ostendit. Cum depellere subito morbum, sicuti humanae opis non est, ita de illius curatione desperare vos minime convenient, ut quasi destituto ab omni spe aegro ciborum et rerum omnium licentiam indulgeatis, nam id quidem esset praecipitem ad mortem impellere, si aequa iam morbum et medicinam non ferre videtur. Eam medendi rationem tenete, ut victu salubri et moderato sustentetur et contineatur ab iis rebus, quarum maxime novitas depravatum eius sensum atque appetitum commovet. Si enim nulla intemperantia vis morbi accita sit, fieri persaepe videmus, ut ipsa se natura, diligens conservatrix sui, suscitet ac recreet et omnem morbi vim supereret, praesertim ubi validum ac bene constitutum corpus nacta fuerit. Quod speravi in hac Republica posse, ingeniorum et naturae vestrae vis et probitas non obscure significat, nimiram^{z)} verecundiam legum, pulsat intus animos vestros, quarum ut vim non non^{z)} timeatis, maiestatem certe veremini.

Atque hic, equites, honor, quem nullo subiecti metu vestrae voluntati tribuitis legibus ad han^{z)} diem, saluti Reipublicae vestrae fiat. Quemadmodum enim pater auctoritate, non poena filiorum iuvenilem licentiam coheret, ita vos legum non tam vis quam maiestas continuit defenditque hactenus atque obsistit,^{g)} neque motus in Republica exoriretur. Idem vitalem vim et naturale robur huius Reipublicae alit foveatque, ut expectare possit, dum implorantibus, quod assidue facientibus est, caelestis irae veniam, misericordiam impertiatur Deus. Miserationes enim Domini super omnia opera eius.

Quod sentiens communis hostis humani generis, etiam suo furori vestram integritatem et modestiam tanquam murum obiectum cernens, quo Regnum hoc ab intestinis tumultibus et ab illis seditionum incendiis, quibus provincias Christianae Reipublicae pervastavit, intactum ad hoc tempus stetit, id agit, id molitur, quo sublatu legum respectu et veluti eo deiecto probitatis et modestiae muro, omnes omnium haeresium sectae intromittantur, exequentur et lege etiam santiantur^{z)} atque illa omnis patrii iuris reverentia pudorque salvatur,^{z)} qui ad hunc diem impetum incidentis exitii maxime sustinuit, omnisque antiqui moris disciplina, qua partum et constitutum hoc imperium habetis, immutetur ac coruat. Ac vos eandem vobismet ipsis fraudem servatis, qua Samson Philisteos hostes magna olim clade affecit, qui caudas vulpium cum

iunxisset, ad caudas faces ligavit in medio et igne succendens dimisit, ut hoc illucque discurerent, unde concremata est terra Philistim.

Quid enim est aliud sectarum varietatem per speciem civilis concordiae coagumentare et componere velle, quam nectere^{h)} vulpium caudas, quo aversis capitibus gravius inter se asperiusque dissideant et conflictent? Quid vero hanc sectis omnibus licentiam audaciamque addere, nisi faces ad incedendam Rempublicam discurrerentiumⁱ⁾ vulpium agmini allegare? Ratio finiendarum discordiarum pacemque tum singulorum animis conscientiisque,^{j)} tum universae Reipublicae conciliandi, ex ipsis haurienda est Sacrarum Scripturarum documentis, cum enim, ut est in Deuteronomio, difficile et ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, inter causam et causam, lepram et non lepram, surge et ascende, quem elegerit Dominus. Quod in Novo quoque Testamento nos Spiritus Sanctus docuit, cum facta Antiochiae seditione non minima Paulum et Bernabam^{k)} super ea questione ascendere Ierosolimam voluit.

Hanc nos legem praescriptionemque Dei si sequeremur, ad hanc si nostros sensus dirigeremus, in captivitatem redigentes intellectum, in obsequium Christi, nunquam incerti animi vagaremur errantes in invio et non in via, sed inhabitaremus unius moris in domo, solliciti servare unitatem spiritus, id ipsum sapere, fidem tenere, non praevericari in adinventionibus nostris, non transgredi fines aliquos, non transferri in aliud Evangelium, quod non est aliud, non claudicare in duas partes, non indui vestem, quae ex duobus contexta sit, quam interdixit populo Deus, ut intelligeret uno sensu se, una et simplici religionis fide colendum esse. Sive enim id ait, ut licentiae omnium haeresum habenae permittantur? et in unius alicuius nomine reliquae delitescant? Proinde conculcatur Filius Dei et sanguis testamenti polluitur, perinde res. Quoniam aut omnes sectas par^{z)} iure esse necesse est, aut aliam ab alia exagitari, evinci, expelli. Sic enim Isaías ad eos loquens, qui dicebant: Percussimus foedus, et quae sequuntur. Coangustatum est, inquit, stratum, ut alter decidat, et palium breve utrumque operire non potest. Sed ne alter quidem alterum feret. Qui enim poterit, cui aliqua tangat animum religio, aut aliorum haereses, quas improbas et pestiferas putat, suae disciplinae pallio obtectas diu fovere, aut suam ipse ementiri sectam fidemque alterius rationi ac nomini obnoxiam ducere.

Non haec in christianum animum cadit pietatis negligentia. Nam fidem tuam rite atque pie colere, tum non simulate piae se ferre, christianum est. Quod si hebetentur conscientiae stimuli, ut dent requiem animabus suis et dicant: iam non est Prophetā et nos non cognoscet amplius. Quid est aliud, quod expectetis, nisi ut contra quam praecepit in Levitico Deus: serentes agrum vestrum diverso semine in bove et asino, indissimilium religionum iugo aretis vobis impietatem, et dicat insipiens: non est Deus, sintque dies nostri dies blasphemiae, super quam reveletur ira Dei? Curabant, inquit Hieremias, contricionem filiae populi mei, cum ignominia dicentes: pax, pax, et non erat pax, confusi sunt, quoniam abominationem fecerunt, quin potius confusione non sunt confusi et erubescere nesciverunt. Quam ob rem cadent interruentes, in die visitationis suae ruent, dicit Dominus. Haec dicit Dominus: State super vias et videte, et interrogate de semitis antiquis, quae sit via bona, et ambulate in ea et invenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt: Non ambulabimus. Et constitui superos speculatores et dixi: Audite vocem turbae, et dixerunt: Non audiemus. Ideo audite, gentes, cognosce,

congregatio, quanta ego faciam eis, audi, terra, ecce adducam mala super populum istum, fructum cogitationum eius.

Verum haec pluribus verbis essent disserenda, sed in praesentia id tantum dicam me salutis vestrae causa saepe ex intimis animis orare Dominum nostrum Iesum Christum, qui est pax nostra, qui facit utraque unum, per crucem interficiens inimicicias in semetipso, ut dissentientes reconciliat in uno corpore Deo, et occuramus omnes in unitate fidei et agnitionis Filii Dei et per ipsum habeamus accessum in uno Spiritu ad Patrem. Vos modo singulare hoc Dei ipsius beneficium agnoscite, qui Rempublicam vestram in chatolicae religionis fide ita fixit, ut remotam alienus ab ea invenire possit, quin fateatur nemo patriae amans, quin donum hoc divinae benignitatis complectatur et salutem velit. Data igitur a Deo facultate, Deo auctore utamini et libertatem sanctissime et firmissime ac a maioribus stabilitam iisdem vestigiis transmittite posteris^{k)} vestris et concordibus animis studiisque decernite. Regem eum, qui maxime Reipublicae utilis sit futurus, qui vestro beneficio ad vestram salutem utatur, qui cum a vobis creatus et tanquam genitus Rex fuerit, evadat ipse patriae et vestrum omnium pater, amator Reipublicae, conservator legum, idem erga Deum pius, fortis adversum hostes, in gubernandis gerendisque rebus prudentiam, in iure dicendo iusticiam diligentiamque adhibeat, in domestica consuetudine humanitatem, in omni publica actione dignitatem mentemque retineat, nec ipse voluntibus occupetur, nec iuventutem languescere otio patiatur, sed exemplo et premiis ad pristinam bellicae disciplinae laudem excitet.

Sit^{l)} regia domus tanquam templum pudoris, modestiae, religionis, ut liberi vestri, quos in Regis ministerium dabitis, ex ea veluti schola virtutum digni parentum honoribus evadant. Haud ego sum nescius Regem his praeditum ornamenti oratione effungi facilius, quam inveniri. Verum neque defuturus vobis est quaerentibus et, ut saltem habeatis, multum in vobis ipsis positum est non solum in deligendo illo, sed etiam instituendo. Quem enim non optimum Regem efficietis, si quot estis Senatores, tot monitores esse volueritis? Si Regis salutem, quam gratiam malueritis, si publica commoda privatis utilitatibus antetuleritis, si denique hoc propositum habebitis diligentissimeque operam dabitis, ut et vos ex legum praescripto Regis imperio obedientes sitis, et Rex ita obsequio utatur vestro, ut se liberis et volentibus imperare intelligat. Hoc enim modo et res Polona augebitur et libertas vestra integra conservabitur, nec dominatu offensa nec corrupta licentia, quae plerumque falso libertatis nomine exitiosam servitutem concipi ac parit.

Ad hunc statum rerum vestrarum tuendum communiendo vos Pontifex hortatur atque ad eam rem mandavit, ut et in praesentia vobis et paulo post simul vobis, simul Regi vestro summum paterni animi studium policear ac deferram,^{m)} ut omnia vos, quae non solum conservando, sed etiam ornando atque augendo huic Regno sint, haud aliter ab se quam ab optimo patre postulare atque expectare velit. Tum sicuti vobiscum egit de Rege ex usu reque vestra eligendo, vobis cum autor fuit nihil a maiorum consuetudine rationibusque descendendi,^{m)} ita Regem eligeritis verbis suis admonere me voluit, ut memor accepti a vobis Regni parem vobis gratiam referre studeat nihilque sibi aut ad fidem praeclararius, aut ad caritatem optatus, aut ad stabilitatem firmius, aut ad nominis sui commendationem amplius ducat, quam ad hanc Rempublicam hoc libertatis ius sartum tectum retineat ac defendat. Me vero ipsum hic commodis et utilitatibus vestris, quanta opera atque

studio meo efici^{z)} possit, diligenter Sua Sanctitas inservire iussit. In quo quidem si quantum voluntatis atque animi, tantundem facultatis esset de vobis merendi, et si amori et pietati erga vos meae nunquam satisfacturum, vobis certe ipse satisfacerem. Haec sunt de Regno, de vobis, de novo Rege Sanctissimi Domini Nostri mandata, haec vobis parentis Reipublicae. Haec ut consequi possitis, suis ille vos precibus Deo commendat, id maxime orans, ut hanc actionem vestram, in qua nostra omnium salus vertitur, suo Sancto Spiritu regat, ut his comitiis eum Regem consentientibus studiis renuntietis, sub quo florentissimi beatissimique vivatis.

- | | |
|-----------------------------|---------------------------------|
| a) <i>in ms. Rege</i> | h) <i>in ms. nectare</i> |
| b) <i>in ms. iis</i> | i) <i>in ms. discurerentum</i> |
| c) <i>in ms. ipam</i> | j) <i>in ms. conscientisque</i> |
| d) <i>in ms. religionis</i> | k) <i>in ms. poteritis</i> |
| e) <i>in ms. Respublica</i> | l) <i>in ms. sic</i> |
| f) <i>in ms. commoveant</i> | m) <i>in ms. discendi</i> |
| g) <i>in ms. obsitit</i> | z) <i>sic in ms.</i> |

N. 27.

Varsaviae, 16.IV.1573.

Ignotus

Ignoto

de conventione ad regem Poloniae eligendum relatio; de orationibus ibi habitis; de variis factionibus.

("Avviso" Adest aliud exempl., ff. 60 et 61, cum parvis variationibus,
ubi adsunt notitiae ad Poloniā non spectantes).

A.M.F. F. 4293, f. 58-59.

Di Varsovia 16 Aprile.^{a)}

La conventione si adunò alli 6 del presente con gran concorso de nobili. Gionsero parimente i Littuani a numero di 14 mila. L'oratione del Cardinale Commendone, come si è detto, con exortar i regnicoli a far un Re cattolico senza venir a niun particolar. Mentre parlava sopra una synodo fatta et biasimava alcune ordinationi che potevan causar la ruina del Regnio, fu interrotto dal Palatin Boroschi, dicendoli se era consigliero del Regno, ilquale rispose d'esser Legato et che faceva l'offitio suo. Fu il Cardinale assai lodato dal Senato, et biasimato il Boroschi.^{b)}

Furno uditi gli Ambasciatori di Sua Maestà Cesarea, facendo l'oratione il Signor Rosenberg in lingua Boema, qual fu molto grata. Questo mostrò che nel Prencipe Ernesto era tutto quel che faceva bisognio a un buon Prencipe, exortandoli a elegerlo per suo Re, et che per esser li stati vicini era come necessario per la conservation comune che corressero col Regnio di Pollonia una istessa forma. Offeriva per ciò esso Prencipe solo et che haverebbe osservato gli privilegii de nobili inviolabilmente. Prometteva accomodar le differenze di Pruscia et Livonia et che restariano uniti a quella corona. Il medemo promisse del Ducato di Bari e

Prencipato de Rusana,²⁾ offerendoli a mantener a sue spese 100 gentilhomini al studio. Promesse di più per Sua Maestà Cesarea et per il Serenissimo Re di Spagnia et per tutti gli parenti tutte le forze loro in defenton²⁾ del Regnio, ricordandole che si eleggessero un Re che havesse le forze lontane, non sarebbe atto a difenderli, et non si fidassero di promissioni Turchesche, che pure se li dovesse credere, sapevano che Sua Maestà era in tregua per tre anni et in sua mano era il prolongar quanto gli piaceva. Disse²⁾ che quelli che offerivano al Senato lochi de Turchi, promettevano quello non gli sarebbe osservato, nè era in suo potere. Quanto alle cose della religione, il Prencipe Ernesto era talmente accomodato che tutto saria passato bene senza rumori nè spargimento di sangue. La qual oratione fu sentita con contentezza di tutto il Senato.

L'Ambasciadore del Re di Spagnia voleva in un medesimo tempo esporre la sua commisione, ma li Francesi si oposero, volendo che si seguisse l'ordine determinato, che chi primo era entrato nel Regnio primo dicesse, si bene esso Ambasciadore di Suagnia dette un'scritto come egli approdava et prometteva per il suo Re tutto quello che haveva detto l'Ambasciadore cesareo.

Hebbero audienza gli Ambasciatori Francesi, due vestiti in abito da prete et uno da soldato. Cominciorno la sua oratione in exaltatione del sangue regio di Valois, dicendo che di tempo in tempo erono stati difensori di Santa Chiesa et che niuno del sangue loro mai fu tinto di eresia. Venne poi a lodare Monsignor^{c)} il fratello del Re, mostrando il suo valore, e offerirlo per loro capo e fratello, et lo lodaro in ogni parte di prudenza. Passarno poi alle cose dell'Amiraglio e dimostrarro che havendo egli machinato contra il sangue regio era stato meritamente castigato, et che il Re per mantenere li suoi popoli in pace haveva promesso che havesse vissuto in quel Regnio secondo la sua conscientia, ma che costui sotto coperta di religione tendeva ad un fine maligno.

Prometteva di portar tutte le sue entrate di Francia in Polonia e spenderle, dove piaceva al Senato, per beneficio del Regnio et prometteva a nome del Re di spender quanto haveva per servitio degli Signori Polloni et beneficio del Regnio, et in occasione di guerra darli potentissimi aiuti. Prometteva acquistar quanto li era stato occupato dal Moscovita, et che harebbero accomodato alcune pretentioni di Principi di Germania senza niuna difficultà per l'amicitia che li tiene, et agiongere altri stati al Regnio di Pollonia, lasciandosi intendere della Valaschia.²⁾ Disse che quel Regnio harebbe pace perpetua col Turcho, promisse di condurre un numero di lettori in Cracovia in tutte le arti a sue spese et mantener nelli studii fuora del Regnio un numero di nobili.

Fu presentata²⁾ in Senato una lettera mandata dal Bassa per via di Valachia, qual ricordava et consigliava che si facesse Re un degli Signori Pollachi, overo Monsignor d'Angiò, ma questa lettera era tenuta per sospetta.

Gli Ambasciatori di Suecia medesimamente fecero la sua domanda per il suo Re, dicendo che per esser vicinissimo di sangue dovessero eleggerlo per loro Re. Mostravano esser grossi creditori del Regnio, havendo prestato gran somma di denari al Re morto per la difentione del Regnio nella guerra Moscovita, dicendo che con le sue forze et quelle di Pollonia harebbero castigato il Moscovita, et in caso che non lo eleggiessero bisognava che li dessero li suoi denari et la dote promessa dal Re, et che eleggendolo li faceva un dono del tutto.

Il Moscovita non ha mandato Ambasciatore, forse parendoli che non vi era il suo honore, ha scritto solo una lettera, il tenore della quale dicono che era piena di proferte, concludendo che si gli si dava quel Regno non voleva che si chiamasse Re di Pollonia, ma Imperatore di^{d)} con grandissime speranze di acquistar nuovi paesi et di castigar inimici di Christo. Già 8 giorni era il Moscovita in gran consideratione et in boccha di tutti li nobili, ora è cascato di riputatione et apena si parla di lui.

Li Lituani non vogliono Re se non cattolico, dicendo di voler che istesso Arcivescovo la possa ungere con bona conscientia, sono per la casa d'Austria, nè vogliono sentir altri.

Li Francesi sono in qualche reputazione, però si va dicendo che non si vede come essi potessero difendere il Regnio, quando il Moscovito li movesse l'arme, et qualche altro da altra parte, talché si vede che non si poteva havere altro aiuto che del Turcho.

Li Senatori non possano patire che il Turcho habbi da dar ordine alle elettioni del suo Re.^{e)}

Li Francesi sotto nome di Pollachi han fatto fare et fanno ancora gran quantità d'argenti per presentarli fra nobili et s'affatigano con ogni arte guadagnando gli animi loro, nè mancano alla loro causa. Procurano di più acquistarsi i Lituani, i quali si mantengono constanti per Casa d'Austria, et hanno i Francesi con modi et vie sottili tentato et tentono tirarli nella loro sentenza, ma in vano si affatigono.

I Moscoviti dimandono che si spedisca la eletione, nè si proroghi più inanzi, non potendo più lungo tempo mantenere così grossa spesa.

Il Palatino di Cracovia scrive a sua moglie che Ernesto ha la maggior parte dei voti et che non vede come se li possa torre il Regnio. Questo avviso come [da]^{f)} homo poco amico a queste parti è stato stimato, poiché ha ancora in conforto molti riscontri.

Il Sboreschi che è Palatino di molto seguito et il Spinter, se ben mi ricordo, non son dalle parte di qua, et un di questi inchinasce le difficoltà tutte si sarebbe levate via; il Senato è tutto volto a questo Principe et ste^{z)} molto fermo in [questo]^{l)} i Littuani constantissimi et son stati insieme con gli Ambasciatori cesarei et con molta domestichezza, a tal che si spera ogni bene et la bontà, pietà et religione di questo Principe et zelo della fede è tanto che conferma che senza tanti favori Dio lo dovesse eleggere, poiché Regnum a Deo est.

Per tutto questo mese scrivono tutti che si haverebbe Re et che fra tanto numero di nationi diverse e grandissime, unione che non si sperava, dicono che vi sono più di 150 mila cavalli. Ogni palatinato ha eletto di 10 homini che intervenghino a tutte le actioni pubbliche e referischino, e così si osserva Prussia, e a devotione di Sua Maestà et fa tutti li offitii possibili a benefitio del Principe Ernesto.

Considerate tutte queste cose et diligentemente examinato il modo di proceder de Polachi, si fa giuditio che essi mettendo avanti in apparenza le cose di...^{l)} et quelli Francesi, li quali niuna ragione di prudentia humana vuole...^{l)} quello...^{l)} habbiano per fine di far cadere l'eletione in un di...^{l)}

a) *hic in altero exemplari: 1573.*

d) *sequuntur aliquot puncta.*

b) *in altero exemplari: Sboroschi*

e) *hic concluditur alterum exemplar.*

c) *hic in altero exemplari adiungitur: d'Angiù*

f) *hic lacuna.*

Varsaviae, post 10.IV.1573.

Ignotus

ignoto

transcribit orationem Ioannis Monlucii, episcopi Valentiae, oratoris regis Galliae.

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 62-77.

Oratio nomine Christianissimi Galliarum Regis per Reverendissimum et Illustrissimum Dominum Iohannem Monlucium, Episcopum et Comitem Valentiae, praedictae Regiae Maiestatis augustioris et secretioris consilii consiliarium, apud Reverendissimos, Illustrissimos, Spectabiles, Magnificos, Generosos, Nobiles Dominos Archiepiscopos, Episcopos, Palatinos, Castellanos, Dignitarios et Officiales ac universum ordinem equestrum²⁾ amplissimi Regni Poloniae, Magni Ducatus Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitia, Sueviae, Volinia, Podlachiae et Livoniae Oratorem, post mortem Serenissimi Sigismundi Augusti Regis in electione novi Regis apud Varsaviae²⁾ habita, anno MDLXXIII die X mensis Aprilis.

Ea est Regum et summorum Principum veluti a natura instituta quaedam ratio, Reverendissimi, Illustrissimi, Illustres, Spectabiles, Magnifici, Generosi Domini Archiepiscopi, Episcopi, Palatini, Castellani, Clarissimi Nobiles et Fortissimi Equites, ut qui propter morum dissimilitudinem, propter sermonis diversitatem et locorum, quae inhabitant, distantiam disiuncti omnino et separati esse videntur, eos tamen omnes Regiae Maiestatis splendor et supremus dignitatis gradus inter se conciliat et quadam arctissimo vinculo in rebus omnibus efficit coniunctissimos, adeo ut quicquid uni ex ipsis aut incommodi aut calamitatis acciderit, id sibi quisque praecipuum et singulare esse et ad se unum pertinere existimet. Legationibus, litteris et mutuis humanitatis officiis tam praeciarum hoc institutum et regiae dignitatis ornamentum retinere et conservare soliti sunt.

Galliarum autem Reges, qui cum coeteris Principibus in hoc genere laudis certare, immo vero illos vincere et superare semper conati sunt, Polonus Reges, propterea quod pii, prudentes et fortes magna ex parte extitere, prae coeteris omnibus summo in honore habuisse ac singulari quodam amore et benevolentia prosequutos esse a maioribus nostris accepimus. Quod quidem in causa fuit, quod Rex Christianissimus, ubi de morte Serenissimi proximi Regis vestri certior factus esset, doluit sane pro eo, ac debuit, et vestra et sua causa. Sua, quod Regem affinem, amicum immatura morte praeventum amisisset. Vestra, quod adversissimo tempore et magno Reipublicae vestrae incommmodo vobis decessisset. Vos etenim omnes atque Poloniam hanc foelicissimam, salvam, incolumem et ab omni iniuria et detimento sinceram et integrum esse summopere cupit. Sic enim de ea existimat, propterea quod ex tot et tantis provinciis haec una vobis singulari Dei beneficio relicta est, quae ad sustinendos et retundendos ferocissimarum gentium impetus et ad reliquias Christiani Orbis conservandas sit veluti arx quaedam munitissima et tutissimum propugnaculum. Atque ideo res vestras omnes Principibus et christianis omnibus summae curae esse debere prudentissime iudicat. Unde cum

de hoc maxime vos laborare et admodum sollicitos esse intelligeret, ut in Regem eum eligatis, qui Regni curam suspicere et Reipublicae vestrae consulere possit, voluit ipse quoque eximiae erga vos suae benevolentiae testatum vobis animum suum facere. Atque ad hanc rem me primum (quem multo ante vestri nominis observantissimum esse didicerat) legatum ad vos omnes mitti placuit, deinde, ne tanto oneri succumberem, Reverendum Dominum ex nobili et antiqua familia de Navailles, abbatem Insulae et Sancti Amandi, consiliarium Regni et libellorum supplicum in Regia magistratum. Postremo Magnificum Dominum de Lanssac, unum ex regii Ordinis equitibus, qui vulgo Sancti Michaelis vocatur, et unius cataphractorum equitum turmae praefectum, socios mihi adiunxit. Legationi mandata addidit, quae (ut spero) neque intempesta, neque molesta, neque inutilia vobis esse videbuntur.

Quorum primum caput est, quod Rex Christianissimus veterem, quae Gallis vobiscum intercessit, amicitiam non modo recolligere et restituere, sed, si ita vobis videretur, novo quodam vinculo augere et stabilire optat quam maxime.

Deinde, si quid interregni huius tempore aut periculi aut incommodi impenderit et ad illud effugiendum amicorum opera vobis opus esse iudicaretis, quicquid opum, quicquid virium aut ipse aut per amicos ipse habet, quicquid Gallici nominis valere potest auctoritas, ea vestra esse omnia intelligatis.

Postremo, si in ea deliberatione, quam de Rege eligendo habituri estis, exterorum Principum vobis ita statuentibus mentionem fieri contingat, fratrem charissimum, Andium, Borboniorum et Alvernorum Ducem, inter praecipuos et gratiosos competitores ut admittatis, vehementer rogarat.

Haec sunt legationis nostrae capita tria, in quibus ego exhaudiendis non dolo, non insidiis aut secretis nunciis, non fictis verbis ad tempus tantum accommodatis, non ambitiosis precibus, non inanibus promissis, quae praestatu admodum sint difficilia aut omnino impossibilia, non sparsis famosis libellis contra competitores alios, sed Gallus homo cum sim, et ideo simplex et candidus, vere, sincere, aperte et candide vobiscum agere constitui. Et quemadmodum prudentissimi patres familias, cum de illius facultatibus, cui filia nuptui est danda, agitur, primum de animi et corporis dotibus, postremo de bonis fortunae accurate inquire solent, ita ego quoque primum de Serenissimi Ducis origine, nobilitate, aetate, moribus, de ingenii dexteritate atque in rebus gerendis exercitatione et in re militari peritia et foelicitate, deinde quae vos ab eo ad res vestras constituendas commoda sperare possitis, quam paucis potero complectar omnia. Neque enim invaletudo, qua maxime afflitor, neque corporis imbecillitas, qua me indies opprimit, neque res haec tota aperta cum sit et perspicua, longiore et prolixior orationem postulant. Vos igitur ad ea, quae dicturus sim, diligenter animadvertisse et me, rerum vestrarum studiosissimum, pro vestra summa humanitate aequo et benevolo animo facite, ut attente audiatis.

Tria ego in rebus vestris praecipua summa cum admiratione saepissime observare soleo, quibus quidem effectum esse existimo, ut vos fere soli Regis eligendi facultatem et coetera dignitatis et libertatis ornamenta ad hanc usque diem constantissime retinuistis. Coeterae autem gentes, aut saltem aliquae, quae et ipsae liberae et sui quoque iuris fuerant, libertatibus suis nunc exutae humi prostratae iacent et tanquam cadavera extinctae libertatis a praetereuntibus, non sine stupore, spectari

solent. Illud praeterea summa cum laude vobis contigit, quod comitia vestra numerosissima, ad quae tanta nobilium multitudo confluere solet, a peste illa, id est a largitionibus et corruptela, quae Romana comitia infecerat, fuere semper alienissima atque inde magnam vestro nomini integritatis, probitatis et fortitudinis et erga patriam vestram fidei gloriam et famam comparastis. Quarum autem rerum, quae a me observatae sunt, primo loco concordia et animorum vestrorum societas et coniunctio constitui debet, quae a maioribus vestrī, quasi domicilio ornatissimo excepta, diutissime apud vos floruit et res vestras omnes ad id, quod optabat, foelicissime perduxit.

Secundo loco ponenda est vestra erga Regum mortuorum liberos pietas et charitas, quae semper tanta fuit, ut cum illos maiores vestri a Regni successione potuissent excludere, eos tamen, ac si haeredes legitimi^{a)} fuissent, in parentum mortuorum locum fere semper sufficerunt. Inde quid esset, quod ius Regis eligendi tanta animi constantia retinuissent, palam fecere omnibus. Illud autem erat, ut Reges, si Rempublicam imprudenter administrare aut libertates vestras imminuere vellent, hac ratione ad meliorem mentem revocarent et charitate saltem liberorum in officio continerent. Atque ita optimi illi viri Regni huius dignitati atque incolumitati prudentissime consulerunt. Et ne quid in eos, qui de Republica benemeriti essent, contumeliose aut in eorum liberos inique et ingrate decerneretur, cautum esse voluere.

Tertio loco occurrit summa vestra in rebus omnibus foelicitas. Maiorum etenim vestrorum suffragiis Reges illi electi fuere, qui cum potentissimis Regni hostibus bella diutissime et fere semper foeliciter gesserunt, qui irrumptem in Poloniam barbarorum colluviem armis suis represserunt et provincias illis ademptas vestrī finibus adiunxerunt. Germanos praeterea, Bohemos, Ungaros, Tartaros, Moscovitas, populos certe fortissimos, toties fusos, fugatos atque castris exutos ad proprias sedes redire coegerunt. Hoc vero aliud quid est aut dici debet, quam vestra in Regibus eligendis summa foelicitas? Quam quidem ipsam nunc quoque vobis affuturam ad hoc summum negotium conficiendum non est cur non sperare debeatis, tametsi aliquid sit, quod vos ut deteriore sitis conditione quam fuere maiores vestri, fortasse efficiat et deliberationem hanc totam novis difficultatibus implicatam reddat.

Id autem est, quod in tanta competitorum ubertate quem ex ipsis eligere debeatis, vix sine labore et animi molestia statuere poteritis. Uno etenim electo, coeteri (ut saltem aliqui) animo fortassis erunt offenso et spretos se fuisse aegerrime ferent.

At duabus ergo verbis, si me audieritis, ab hac facile molestia vos vindicabo. Si competitores vobis amici sunt (amici autem omnes et dici et haberi volunt), Reipublicae vestræ magis vos consulere voluisse, quam privatis eorum affectibus, aequissimo ferent animo. Coeteros nonnullos, si qui erunt. dissolvet omnes concordia, vestræ libertatis parens, altrix et fidissima custos.

Ea est, Clarissimi Equites, quae libertatem ex multis gentibus pulsam, eum vix locum, in quo consistaret, reperire posset, in Polonia vestrā, tanquam in tutissimo et amplissimo totius orbis theatro, vestrā summa cum laude collocavit et retinuit, ea est, quae domos vestrās, quae uxores, quae liberos, quae vestrī nominis dignitatem et singularem gloriam diutissime tutata est et conservavit, quae si a vobis malo quodam fato discederet, illius statim locum occuparet discordia, quae quieti, quae ocio et foelicitati adversatur semper. Et quemadmodum domos et

familias paeclaras, civitates opulentas, Respublicas potentissimas et Regna florentissima evertere solet, ita vos quoque in diversas sententias distractos ad arma in vestra ipsorum viscera convertenda, ad mutuas caedes, ad scelera, ad flagitia, ad rerum denique vestrarum omnium eversionem urgeret et impelleret. Sed Deus meliora. Vos etenim, ut estis prudentes, laudis et gloriae cupidissimi, in hoc unum incumbetis omnes, ne concordia, verum certe et pretiosum gentis vestræ ornementum, aut belli metu aut insidiis cuiusquam a vestrīs avellatur amplexibus. Ea certe ad res explicatū diffīcili expediendas viam vobis aperiet. Ea, quis tandem ille sit, qui Rex a vobis sit eligendus, quasi dīgito indicasset, vestrīs subiiciet oculis. Atque ne in eo secernendo a coeteris errare aliqua ratione possitis, hunc illa vobis sex paecipiūs dotibus ornatum esse debere significat, quae sunt eiusmodi.

Gentis claritas, generis splendor, matura aetas, morum probitas ingenii foelicitate coniuncta, in Reipublicae administratione exercitatio et in re militari usus atque foelicitas. Quod si inter competitores unus, qui tam paeclaris animi et corporis dotibus ditatus sit atque honestatus, reperiri potest, is certe est, nisi me animus fallit, Illustrissimus Dux Andium (absit invidia dicto), quem ad Rempublicam vestrā tuendam, ad Regnum hoc vestrūm in pace et foelicitate retinendum utilissimum, utiliter necessarium vestrīs suffragiis (ut spero) iudicabitis.

Is primum natione Gallus est, cui genti nullae unquam vobiscum intercessere inimicitiae, nullae simultates, nullae controversiae. Immo vero propter morum similitudinem magna inter vos et nos fuit semper amicitia et animorum coniunctio. Poloni nobiles, ut sunt virtutum omnium studiosissimi, laboriorissimis itineribus emensis, magnis sumptibus Galliciam cupidissime inviserunt. Galli item nobiles ad vos frequenter venerunt et a vestrīs sunt semper humanissime excepti. Atque (ut uno verbo dicam) si de legum observandarum constantia, si de gloria bello parta, si de nobilitatis paestantia, si de equitatus fortitudine, si de morum suavitate et humanitate agitur, nullae gentes in toto orbe reperiiri possunt, inter quas de rebus omnibus conveniat, atque Gallica et Polonica. Vesta enim Respublica paeclarissimis legibus constituta diutissime floruit atque in eo statu foelicissime conservata est. Gallia item ob iuris administrandi rationem apud exterās nationes in summo semper habita est pretio, sive tempus illud, quo druide eam regebant, sive posteriora tempora spectentur, quibus christianam religionem amplexa est et in ea parlementa instituta sunt, quae divinitus maioriibus nostris concessa fuerunt, ut vel cum ipsis Regibus plebeio et infimo cuique, et paesertim nobilibus, agendi semper esset potestas. Rex etenim noster coram parlemento a subditis omnibus, qui se laetos esse existimant, in ius vocari et trahi potest. Atque in rebus permagni momenti causa sua cadere frequentissime visus est. Inde accidit, quod de Senatu Parisiensi tam paeclare, tam sancte exteri olim sensere Principes, ut si quid haberent controversiarum, quae iuris prudentiam, legum severitatem, iudicūm integratēm requirerent, ad illud tanquam ad sacrum asylum confugerent. Sic Fridericus Secundus cum Innocentio Quarto, Comes Naimureensis cum Carolo Valesio, Philippus Tarenti Princeps cum Duce Burgundiae, Dux Lotharingus cum Vido Castilionetti, eius sororio, Dux Sabaudiae cum Delphino, Rex Castilliae cum Rege Portugalliae. Hi omnes et plerique alii inter se litigantes causam coram Senatu Parisiensi dicere non recusarunt.

Aliud autem est et quidem praecipuum, quod nos vobis efficere debet coniunctissimos, gloria scilicet bello parta, quae vobis et nobis communis est. Genti vestrae neque animus, neque fortitudo, neque foelicitas, sed scriptores, qui res prudenter, fortiter et foeliciter gestas litterarum monumentis traderent, defuere. Ab exteris enim scriptoribus maiores vestros in Istriam, Illiricum, Dalmatiam, Croatiam, Mysiam, Ungariam, Bohemiam, Polonię, Russiam et magnam Germaniae partem signa victoria intulisse didicimus, atque ibi pulsis praesidiis Romanis conse-disse. Vos item, qui amplissimam hanc provinciam, quae postea Polonia dicta est, sortiti estis, tot continentibus bellis, cruentissimis victoriis amplissimis regionibus finibus vestris adiunctis, magnam in re bellica laudem vobis comparastis. Sic Galli quoque ante duo millia annorum Asiam Minorem et Europam fere totam armis subegerunt atque ut victoriarum aliqua extarent monumenta victis provinciis Gallica nomina imposuerunt, ut sunt Gallatia in Asia, Gallia Cisalpina in Italia, Portugalia, Celteberia, Gallitia in Hispaniis, Cornvallia in Anglia, in Germania Vestphalia et provinciae aliae multae nobilissimae, quae earum unde originem duxerant, ad hanc usque diem retinuerunt.

Sub Carolo Magno, sub Ludovico Pio et posteris iterum excitati, Hispaniam, Germaniam, Bohemiam, Ungariam atque Italiam totam ad Galliorum imperium reduxerunt, tanta virtutis eorum fuit fama. Sub Valesiis autem, ex quibus Dux Andium ortus est, gentibus omnibus, quae alicuius erant nominis, Reges optimos et praeclarissimos a Gallis datos fuisse omnibus compertum est. Regem habuere Hispaniae Alphonsum, Reymundi Comitis Tolosani filium. Habuit Anglia a quingentis annis ex Gallia Reges, primum Gulielmum Normanorum Ducem, Stephanum postea Blesii Comitem, a quo ad Henricum Secundum Regni successio delata est, cuius stirps ad nostra usque tempora Anglis foelicissime imperat. Neapolitani, Ungari et vos quoque ex Gallia Regem aliquando habuistis, Constantinopolitanum Imperium sexaginta annis a Gallis Imperatoribus administratum est. Syriae, Palestinae, Hierosolymorum et Cipri Regna Galli a Turcis et Mauris erepta centum annis retinuerunt.

Addam et tertium gentis vestrae et nostrae ornamentum. Equitatum vestrum, o fortissimi Equites, et numero et fortitudine praestare et praezellere nemo est, qui non facile concesserit. Galli item equitatum fortissimum et praestantissimum habuere semper. Cuius ego rei ex Plutarco, Appiano et Polybio et aliis auctoribus exempla assumere possum, sed Hircii testimonio contentus ero, qui in Commentariis Caesaris de bello Africano ita scribit: Incredibile quoddam dictu accidit, quod Galli equites minus triginta duo millia Numidarum equitum fuderunt atque ad fugam compulerunt. Recentius exemplum mihi succurrit: mille cataracti equites, quo numero tria millia armatorum nobilium continebantur, ad Ungheros contra Turcas in auxilium missi, tanto impetu in primam Turcarum aciem se intulerunt, ut plus triginta millia equitum funderent et dissiparent. Sed adveniente secunda acie a sociis deserti, tribus exceptis, fortiter dimicando occubuerent omnes.

Haec a me audivisse, ut spero, vos non poenitebit. Atque tria haec menti vestrae fortasse haerebunt semper, quod Gallia vestrae gentis propter morum similitudinem fuit semper amantissima, quod eandem virtutis gloriam et famam et in re bellica laudem gens utraque, vestra et nostra, sit consecuta, quod Reges permultos et eos quidem viros praeclarissimos non tantum nobis, sed omnibus fere gentibus protulerit.

Generis splendorem in competitoribus iure vestro postulare vos

velle certissimum habeo. Qui enim ex antiquissimis et nobilissimis familiis orti estis, Regem quoque ex Illustrissima familia et longa Regum serie et Principum illustrata, ut assumatis oportet. Alioqui fortassis accideret, ut a multis ex vestris ipsis sperneretur. Principes autem, ex quibus hostes aliqui, amici alii et foederibus coniuncti vobis sunt, illius non tantam habituri essent rationem, quantam regiae huius coronae amplitudo et dignitas postularet.

Quod vero ad Ducem Illustrissimum attinet, non ego Clodovicum et posteros, non Carolum Magnum, Ludovicum Pium, Galliarum Reges et Imperatores, vobis obtrudam, sed de Valesiorum tantum familia, a qua Dux Illustrissimus proxime suam dicit originem, quae praeterire non possum, paucis referam. Valesiis cum coeteris Illustrissimis familiis multa sunt communia, sed sunt tria illis praecipua et singularia ornamenta. Quorum primum est, quod a mille ducentis annis omnes quotquot fuere in orbe Reges, Galliae Regibus priorem semper locum sine controversia concesserunt. Neque ante decem annos visus est aliquis, qui de hac re cum Regibus nostris vellet contendere. Sed hoc quidem incommodeum ad coetera, quae Regis aetas tenera attulit, est adiungendum.

Secundum est Imperii diuturnitas. Nam a sexcentis annis Valesii continuata Regum successione Galliam, invita hostium infinita multitudine, ad hanc usque diem sibi conservarunt, quod est faventis huic familiae numinis argumentum certissimum.

Tertio loco poni debet Valesiorum de coeteris gentibus bene merendi propensissimum studium. Nulla etenim gens in toto Orbe Christiano reperiri potest (vestram tamen excipio), quae necessitate aliqua oppressa Valesiorum fidem, humanitatem, liberalitatem non experta fuerit. Valesii Romanos Pontifices, sede et Urbe electos, vicies pristinae dignitati et libertati restituerunt. Valesii christianos, qui in Palestina, Syria, Aegypto et Africa erant, a servitute Turcarum et Maurorum saepissime liberarunt. Hispaniarum Principibus seditione laborantibus, dum inter notum et legitimum^{a)} de Regno certabatur, copiis et opibus auxilio fuerunt. Anglos Reges patria expulsos in Angliam, victis hostibus, reduxerunt. Alexio iuniori Constantinopolitano Imperatori auxilia contra Tyrannum, a quo premebatur, petenti potentissimum exercitum misere. Ungaris contra Turcas equitum nobilissimam turmam liberalissime concesserunt. Franciscus Primus, huius Regis avus, Scotiam Anglis ademptam Scottis Regibus bona fide restituit. Romam postea ab Hispanis captam, direptam et incensam a servitute, qua premebatur durissima, vindicavit, Clementem Pontificem e captivitate eductum liberavit. Henricus, foelicissimae memoriae Andium Ducis pater, Scotiam iterum ab Anglis occupatam extorsit et pupillae Reginae reddidit. Validissimum exercitum (ut conventum erat inter confoederatos) ad ripam Rheni adduxit, cuius adventu qui antea perterriti et pene prostrati erant Germaniae Principes, excitati et erecti virtutis pristinae gloriam et libertatem Germanicam fere collapsam ad priores vires et statum revocarunt. Octavianus Dux Parmensis, cui pater proditorie occisus cum esset, et urbs Placentia, quae est in Italia praeclarissima et munitissima, illi a militibus Caesarianis eo ipso die occupata, a Caesare statim eius filiam tamen in uxorem duxerat; ita Iulio Secundo Pontifice obsessus (statum enim illi Parmensem adimere, id est fortunis eum omnibus exuere constituerant) Henrici nostri fidem et liberalitatem imploravit, qui ut erat clementissimus, Ducis tam afflicti et tantis angoribus oppressi vicem dolens, potentissimo exercitu e Gallia in Italiam adducto, Pontificios et Caesarianos milites obsidionem solvere

coegit. Atque ita Dux ille, qui a castris Caesaris saceri contra Gallos nunquam antea discesserat, Gallorum postea copiis et opibus vitam, libertatem et fortunas suas omnes contra Caesarem sacerum tutatus est. Eant nunc, qui dicunt Gallorum amicitiam et coniunctionem, propterea quoad procul absint, inutilem vobis fore. Reges certe nostri, o praeclarissimi Equites, etsi equitatu et peditatu abundarunt semper, a cupiditate tamen et ambitione fuere remotissimi. Alienæ neque vi, neque dolo, neque insidiis ut occuparent, nunquam adduci potuere, sed amplissimo Regno, quod mille iam et ducentis annis possederunt, contenti, affectos Principes et oppressos populos e tyrannorum et violentorum hominum fauibus eripere semper conati sunt.

Familia igitur, ex qua Dux Serenissimus suam duxit originem, ea est, quae de gentibus omnibus bene mereri studuit semper, ea est, quae tot Reges, Duces et Principes praestantissimos non solum Gallis, sed aliis gentibus protulit. Unde Carolus Quintus inter coetera dignitatis sua ornamenta hoc priore loco ponere solet, quod ex Galliarum Regibus altera ex parte ortus esset. Ex ea familia Neapolitani Reges fortissimos habuere, quorum posteris Regnum Ungariae summa Ungarorum consensione post multos annos oblatum est. Quod quidem maiores vestri cum Ungaris tam foeliciter cesisse didicissent, Ludovicum Ungariae Regem, qui a Principibus illis Gallis et Andium Ducibus discederat, Regem quoque Poloniae esse voluerunt atque invitum ad tantum munus suscipiendum precibus coegerunt. Ille enim duobus se Regnis non posse sufficere ingenue fatebatur. Qui (ut scribunt vestri) foris acriter bella ex excelso animo gessit, domi placabilitate et iustitia pacem coluit, prudentiam et animi moderationem singularem in omnibus rebus praestitit (haec sunt verba vestri Historici), cuius memoriae et cineribus tantus a maioribus vestris habitus est honos, ut cum sine liberis masculis decessisset, eius filia omnium ordinum consensu Regina effecta sit et Iagelloni Lituano (Austriaco rejecto) in matrimonium data.

Aetatis vos quoque rationem in Rege eligendo habituros esse arbitror. Is est enim rerum vestrarum status, ut Rege, qui per se Regnum administrandum suscipiat, non diutius carere possitis. Dux autem Illustrissimus annos est tres et viginti natus, sed adeo praeclara corporis constitutione et firma valetudine, ut tricesimum iam annum attigisse omnino videatur. Itaque ad labores perferendos et ad res, quas vos Regno utiles esse iudicabitis, amplectendas illius aetas matura et commodissima dici potest.

Tres adhuc supersunt dotes, quibus Regem vestrum ornatum esse oportet, in quibus ego excutiendis, cum de Illustrissimo Duce mihi agendum sit, summam adhibeo cautionem, ne in mendacis aut asentatoris suspicionem apud vos incurram. Sic enim natura comparatum est, ut viventis hominis laudes sine molestia aut invidia nemo fere audire possit.

De moribus Illustrissimi Andium Ducis hoc unum tantum dicam, quod cum his ipsis diebus improbissimi aliqui homines illius existimationem sparsis famosis libellis proscindere statuissent, nemo tamen illius mores aut corruptos, aut depravatos, aut Reipublicae incommodos esse ausus scribere; qui postremo ut illis, a quibus mercede conducti erant, satisfacerent, ineptissima quaedam et risu certe digna confringere non sunt veriti, sed bene est, in quod in re tam aperta facile omnium bonorum testimonio convinci possunt. Et caute sane erant fecere.²⁾ Sciebant enim, si quid in hac re ementiti essent, se omnium bonorum consensu de

mendacio facile convinci posse. Cum autem in Principes, et maxime iuvenes, et subditorum et externorum oculi^{b)} coniecti sint omnium, nemo certe ex Principibus vitia, si quae habet, diutius dissimulare potest aut morum probitatem et integritatem confingere. Iniquissime ergo facere illi mihi videntur, qui cum de Principum vita et moribus inquiri volunt, ex coniecturis et falsis rumoribus, ex epistolis ab hostibus scriptis aliquid certi et explorati se habere dicunt.

Regem praeterea talem habere vultis, qui negotia publica tractare antea didicerit prudenter sane. Nihil enim incommodius, nihil periculosis Reipublicae accidere potest, quam eum Regem habere, qui et ipse rectore egeat, qui ex rerum ignoratione ad patris aut praceptoris, ad gubernatorum aut adulatorium fortassis arbitrium, quae sunt Regno administrando^{c)} necessaria, referat omnia. Dux Andium Serenissimus, in Reipublicae administratione a pueris educatus, totum iam quinquennium sub fratre totius Regni curam suscepit. Consilio secretiori et augustiori praefuit semper, in quo de pace, de bello, de foederibus, de peditatu, de equitatu, de stipendiis militum, de arcibus muniendis et publicis aliis negotiis quotidie agitur, exhibitis tamen consiliariis iuris prudentissimis, quos sibi assidere voluit et tanquam patres summa semper humanitate amplexus est. Itaque quo die Rex a vobis electus esset, eo ipso, tanquam Rex exercitatissimus, Reipublicae vestrae consuleret. Ad deliberationes, ad consilia, ad negotia publica omnia gerenda vestro prudentissimo consilio suum quoque iudicium adiungere et sciret et posset.

Quod ad rei militaris peritiam attinet, non ego Hannibalem, non Scipionem, non Marcum Marcellum, non Fabium Maximum vobis proponere statui, neque Illustrissimum Andium Ducem eum esse dico, qui cum patre, cum avo, cum Carolis octo, cum Ludovicis XII (Regibus maioribus suis et Ducibus fortissimis et foelicissimis) conferri aut possit aut debeat. Neque enim illius aetas vixdum corroborata fere potest, ut ad praestantem maiorum suorum gloriam bello partam tam prope et tam cito possit accedere. Sed eum dico esse, qui adolescentiam fere totam in castris consumpsit, qui ad famem, ad sitim, ad vigilias, ad algores, ad imbrues, ad calores ardentissimos et ad coeli iniurias omnes preferendas callum obduxit et assuefactus est. Eum dico esse, qui ex praestantissimorum Ducum, quos semper secum habuit, consiliis et consuetudine, ex usu praeterea et exercitatione didicit castra metari, vallum obducere, urbes obsidere et capere, signa conferre, manu cum hoste conserere, hostium repentinorum impetus retundere, hostes adoriri, vincere, profligare et castris exuere. Haec omnia illi praeter aetatem contigere. Et, quod caput est, victoriarum omnium gloriam, et quae vitoribus accidere solet, insolentiam summa humanitate et clementia temperavit.

Satis me vobis esse facturum putabam, si quemadmodum initio meae orationis constitueram, ex competitoribus unum^{d)} regiis dotibus ornatum vobis ostenderem atque a magna animi anxietate et solecitudine hac ratione alleviari^{e)} vos posse existimabam. Nam cum de hoc tantum laborare videamini, ut Regem habere possitis, qui ea, quae sunt boni, prudentis et fortis Regis officia, per se praestare possit, is certe a me repertus et vobis indicatus est, is est (ut audistis) Illustrissimus Andium Dux, in quo eorum, quae ad Regem vobis utilem et necessarium constitendum sufficient, nihil omnino desiderare possitis.

Linguae vestrae ignorationem Duci Illustrissimo, cum nihil aliud

praeterea habeant quod in eo reprehendant, tanquam pro summo impe-
dimento obiciunt. Hoc certe aliquid est, sed neque tamen inter impe-
dimenta perpetua et semper duratura annumerari potest. Episcopis cum
Senatoribus, oratoribus et causidicis expeditum sermonem et eloquentiam
maxime esse necessariam intelligo. Reges autem non pedibus, sed capite,
non lingua, sed ratione, iudicio, ingenii perspicuitate et autoritate im-
perare solent. Addam praeterea, quod Dux Illustrissimus uno anno tantam
sermonis vestri cognitionem sibi compararet, quantum ad subditorum
querellas intelligendas et negotia publica tractanda res ipsa postularet.
Iactura esset igitur, quae ad summum uno anno sarciri potest, neque
iactura dicenda, cum Reges vestri non soli, sed vestro semper consilio
adiuti de rebus omnibus statuant. Vos autem fere omnes, qui Regi
adstare consuevistis, et Latine et Italice loqui didicistis, quibus linguis
Dux Illustrissimus, ut sunt illi cognitae, apud vos tantisper uteretur, dum
linguae vestrae usum assecutus esset. Exemplum vobis proferam de
Gallo, qui cum triennium tantum apud vos versatus fuisset, sermonem
vestrum grammaticis legibus primus subdidit. Habet Turcarum Imperator,
habent Gallorum Reges populos propter linguae diversitatem adeo dissi-
miles, ut ne unum quidem vocabulorum commune inter se habent. Sed
et Veneti, qui Itali sunt, Illiricis, quorum sermo ad vestrum accedit, et
prudenter et foeliciter imperant. Itaque animum tot insignibus dotibus
ornatum propter linguae penuriam contemnendum et reiiciendum esse
nemo ex vobis, ut spero, iudicabit. Est tamen aliud praeterea (ut audio),
quod ab eo postulare statuistis. Ut scilicet provinciam aliquam insignem
vestris finibus adiungat, ingentem vim auri et commoda multa alia ad
Regnum hoc ditandum secum adferat. Sunt haec quidem honesta, utilia,
honorifica et vestra erga patriam observantia dignissima, sed (quod
bona venia dicta sit) sunt certe eiusmodi, ut a vobis magis optari quam
sperari possint. Difficile enim est eum reperiri posse, qui vestris optatis
satisfaciat omnibus. Sed quando ita vultis, dabimus nos quoque operam,
ne hac quidem via paternum vestrum affectum, si quem erga Illustrissi-
mum Ducem habere institueratis, proripiatis alius. Neque enim ab amicis
et ab opibus adeo inops est, ut non suis etiam opibus aliqua praestare
possit, quae vestris erunt rationibus commodissima.

Primum autem commodum illud est, quod si Rex vester erit, nihil
ab eo incommodi, nihil detrimenti Reipublicae vestrae accidere potest.
Hoc certe aliquid est, immo vero permagni momenti esse vos ipsi iudi-
cabitis. Nam fieri potest, ut Princeps aliquis bonus, prudens et qui in
coeteris Regnis Rex esset utilissimus, peculiare tamen quadam ratione
Regnum hoc totum in summum discrimen adduceret, quemadmodum de
eo dici potest (si quis est), cui maxime intercedunt cum coeteris Princi-
pibus potentissimis inimicitiae et de finibus antiquae controversiae. Ille
certe, si Rex vester esset, primo quoque tempore vires vestras omnes¹⁾
ad sua, ad suorum tuenda converteret. Ille, qui amici vobis antea fuerant,
hostes ut essent infensissimi efficeret. Ille vos, qui in pace et ocio et
summa foelicitate sub alio Rege vivere potuissetis, in summas molestias
et res vestras omnes in pericula haud contempnenda coniiceret.

Illustrissimo autem Andium Duci nullae extant cum quovis alio
Principe inimicitiae, nullae de provinciarum finibus controversiae, nihil
habet, quod in disceptionem cadere possit. Itaque quicquid virium hoc
Regnum habet et quaecunque per se habet ipse aut habiturus est, ea
vestris commodis, Reipublicae vestrae incolumitati et amplitudini ce-
derent omnia.

Aliud praeterea est incommodum, quod vos, ut arbitror, effugere constituistis, ne is scilicet eligatur, qui vobis antea hostis fuerit. Nam si de hoste, ut fit aliquando, ad certum tempus in socium adiungendo et de virium societate et coniunctione deliberatio haec esset tota, non prius foedus illud, etiam si facile dissolvi potest, ineundum esse existimaretis, quam qua ratione res vestrae constitui possent, ut nihil inde detrimenti Respublica vestra caperet, conpertum et exploratum haberetis. Quod si in re ad breve tempus duratura tam magna adhibenda est cautio, quanto magis tam repentinam voluntatis immutationem periculosam esse iudicarent omnes, ut qui pridie vos spreverat, qui vos acerbissimo odio semper fuerat insectatus, postridie Rex esset vester atque Dominus, praesertim si is talis esset, qui subditis pro servis uti et illorum vita ac fortunis immanissime abuti consueverit, vobis ille certe non alia ratione, quam qua apud suos solitus est, imperare posset. Illius autem subditi globatim ad vos accurrerent omnes, vestris inhiarent opibus, praefecturas, magistratus et coetera dignitatis ornamenta vobis priperirent, vestra commoda sua ducerent esse incommoda, atque ita odia, quae extincta esse existimabatis, parvo negotio recrudescerent et inflammarentur. Dissimilium (mihi credite) nunquam erit fida societas. Sigismundus quidem Rex vester,¹² Caroli Quarti Imperatoris filius, quod vos pro exteris sperneret, a maioribus vestris Regno pulsus est. Quod si tantae illi tunc fuissent copiae, quantae nunc? Sed me ipsum revoco. Vos quod dicturus eram, me tacente, facile intelligitis.

Andium autem Dux Illustrissimus ab hoc vos periculo et incommmodo omnino vindicaret. E gente enim et familia ortus est vestrae amantissima. Magna (ut dixi antea) inter vos et nos semper fuit amicitia. De dignitatibus autem et praefecturis et rebus omnibus, quae indigenis tantum dari debent, quieto et seculo vos animo esse oporteret. Gallia enim a coeli temperie et clementia, soli fertilitate, proventuum ubertate, locorum amenitate et rerum omnium, quae ad necessitatem, commoditatem et delicias attinent, summa copia ab exteris quoque omnibus commendari solet. Itaque nemo fere unquam Gallus, qui in alieno solo consuescere voluerit, nisi exul, repertus est. Si quos igitur ex Gallia, et eos quidem paucos, obsequi ergo Dux Illustrissimus secum abduceret, illi certe neque rebus suis, neque uxoribus, neque liberis, neque propinquis, neque amicis diu carere possent, quos domum redeentes aut hic aliquantum commorantes in Gallia remunerare, ditare et honestare suis posset opibus, ut quae sunt Regni huius, vobis, ut par est, reservaret omnia.

Habet enim ille hereditario iure novem provincias, ex quibus tres Ducatus, sex vero Comitatus titulo sunt insignitae, atque in illis Episcopatus sunt novem amplissimi et ditissimi, Abbatiae circiter ducentae, Prioratus circa mille. Habet praefecturas, magistratus, baillinatus, capitaneatus, quae omnia aequo iure, ac si Rex esset, cui vult dare potest. Provintiae autem illae Reipublicae et vobis omnibus magno essent usui et non oneri. Nam, ut omittam, quod non vires vestras, non copias, non milites vestros cogere ad eas ab hostium excursione tuendas ulla urgeret unquam necessitas, permulta certe inde huic Regno accederent commoda.

Sunt illi opes non adeo immensae, ut montes aureos polliceri velit, neque adeo sunt exiguae, ut spenni et contemni debeant. Opes sunt non regiae, sed quae Duci, Regis fratri et filio, convenient. Atque quaecunque tandem illae sint, sunt tamen illi certe praesentes et paratae. Rem ipsam, non spem vobis proponimus, habet, non habebit, dicimus. Nihil eorum, quae ab eo autem sperare aut exigere constituistis, ad futurum tempus

detendere volumus. Haereditas illi amplissima ante quinquennium, tanquam Regis fratri, obtigit non casu, non sorte, non dono, sed illorum decreto, qui ad hanc rem iudices constituti sunt. Quod quidem decretum a Senatu Parisiensi et coeteris postea parlamentis summo omnium consensu confirmatum est. Hereditatem, inquit aliqui, Rex aliquando illi auferet. At cur Duci de Republica tam bene merito illud ominantur, quod ad hanc usque diem contigit antea in Gallia nemini. Habent Mantuae et Ferrariae Duces, habent Infantissa Portugalliae, Ducissa Sabauidiae et Regina Scotiae in Gallia amplos annuos redditus, de quibus nulla unquam illis mota fuit controversia.

Nunc vero quid ex illius opibus vobis sperandum sit, expendamus. Aerarium vestrum publicum, si forte exhaustum est aut aere alieno oppressum, si regii proventus sunt imminuti, Rege vobis opus est, qui suis opibus vos his difficultatibus levare possit. Habet Dux Illustrissimus praesentes et paratas apud se pecunias, quibus in omnibus publicis expungendis fidem et existimationem vestram tueri et conservare, militibus, si necessitas ita postularet, stipendia dare et equitibus, qui in finibus Podoliae et Russiae totum iam biennium militarunt, si quae debeantur, persolvere posset. Atque haec sunt primi articuli capita tria.

Ex provinciarum, quas possidet, redditibus quadringenta et quinquaginta florenorum millia quotannis in Poloniam importarentur. Itaque de redditibus illis idem vos existimare debetis, ac si auri fodina recens reperta vestris finibus adiungeretur.

Subsequuntur alii nonnulli articuli, quos qui ante me pro competitoribus in hoc loco dixerunt, orationi suae inseruisse audio. Quo nomine mihi ipse gratulor, quod a tanto Principe profecti oratores quae vobis obtulerunt, ex meis scriptis desumpsisse negare non possunt; si fatentur, mutuo a me acceperunt, si negant, surripuerunt. Ex vestris enim sunt permulti, qui articulos illos in ipso meo legationis aditu divulgatos a me fuisse testari possunt. Quod si ego ad vos non venissem, nihil certe, ut videtis, vobis offerre constituerant. Regnum igitur hoc amplissimum solo oratorum aspectu a vobis extorquere sperabant.

Classem praeterea vallidam²⁾ Dux Illustrissimus suis sumptibus instruendam et alendam curaret, quae ad nobile aliquod emporium vobis acquirendum esset necessaria. De quo loquor, intelligitis.

De navigatione autem Narvica nos pro ceteris competitoribus, quod optatis, praestare possumus.

Cracoviae Accademiam et Gymnasium instrueret, eruditis viris et magistris aliis ab omnibus partibus evocatis, quorum dictu iuuentutis vestrae pars alia ad optimarum artium studia, alia vero in omni armorum genere institueretur. Quo in loco aut in Gallia, si ita vobis videbitur, centum ex vestris nobiles suis sumptibus erudiendos curaret.

Si ad bellum propulsandum aut ad res, quae olim vestrae fuerunt, recuperandas peditatu externo vobis opus esse iudicabitis, sclopétarios ex Vasconia selectissimos, navibus vectos, in quem locum statueretis, suis sumptibus stipendio illis persoluto transmitteret, cuius praeterea expeditionis ipse dux esse vellet.

Hic me consistere paulisper oportet. Nonnuli ex vestris, amore patriae, ut existimo, ducti, ita secum ratiocinantur: Si Dux Illustrissimus a vobis eligetur, dum illum expectamus, Moschus³⁾ ad nos invadendos paratus nos deglutiens. Quos ego admonitos esse cupio, ut saltem meminerint se Polonus esse, qui sub Ducibus expertis Moscovitas, Tartaros et Ungaros tam saepe profligaverunt. Alii autem, quorum nomen ego consulto⁴⁾

reticeo, qui utinam res suas tantum curassent et coeteris competitoribus pepercissent, a coeteris competitoribus nulla vos auxilia sperare debere inquiunt, propterea quod a vobis procul absunt.

Addunt praeterea, quod invitis Austriacae Domus Principibus auxilia ad vos perduci non possent. Ego vero neminem ex illis Principibus (quos ego honoris causa nominatos esse nolo) puto esse, qui patriae vestrae tam male consultum vellet, ut tanto Principi et consanguineo auxilia ad vos adducentiⁱ⁾ aditum impeditret, neque mare alicui interclusum fuisse me usquam legisse memini.^{j)} Quod si ita accideret, sciunt Galli, qua ratione viam sibi aperire soleant. Habet Dux Illustrissimus triremes, quae invitis ventis remis aguntur, habet classem instructam, habet milites paratos adeo, ut sub periculo existimationis nostrae affirmare possimus, quod ab eo die, quo de sua electione certior factus fuerit, ante trigesimum diem Dantiscum appelleret. Atque vobis illic salutatis, si ita urgeret necessitas, recta in Livoniam proficiseretur, neque mirum id vobis videri^{k)} debet. A portibus enim nostris Dantiscum usque decem tantum dierum navigatione perveniri potest.

Vobis etiam adferet cum Rege Gallorum perpetuum atque inviolatum foedus, quo de praestandis vobis auxiliis, si opus esset, caveretur et prospiceretur. Gallorum omnium praeterea societatem et arctissimam coniunctionem, qui Gallicas merces, quibus exteri carere non possunt, ad vos deferent. Vestri autem ea, quibus maxime abundatis, magno utriusque gentis commodo in Galliam exportarent.

Sunt haec quidem exigua, si ad tanti Regni amplitudinem conferantur. Quae tamen, ut spero, a vobis amico et benevolo animo excipientur, praesertim cum simul cum illis Regem ad omnia vobis habere possitis. Atque haec ea lege a nobis dicuntur et offeruntur, ut nisi re ipsa illa praestiterimus, Ducem Illustrissimum a vobis non admitti aequo feremus animo.

Potentissimi autem cuiusdam Principis ope aliquid se posse consequi sperat, ex quo ad Regni vestri amplitudinem non parva fieret accessio.

Si Valachiam, dicunt illi, Turca in gratiam Ducis concederet, is certe a Turcae nutu omnino penderet. At sciant Gallorum Reges a nullius unquam cuiusque nutu pendere voluisse. Illud praeterea illis affirmo, quod Dux Illustrissimus adeo excelso et erecto est animo, ut Turcae feudatarius et tributarius nunquam esse velit.

De privilegiis autem et immunitatibus vestris, de praefecturis solis indigenis dandis non est, cur admodum laboremus. Haec enim vestra sunt, non nostra, quae salva et intacta vobis per nos semper manebunt.

Articuli supradicti longiore quidem et fusiore explicatione indigerent, sed si Illustrissimi Ducis persona vobis grata fuerit, aut per litteras aut per deputatos ab his ordinibus, cum vobis libuerit, accuratius agemus. Interim, si de fide nostra dubitetur, nos legatorum persona deposita in arce custodiri offerimus existimationemque nostram obligamus, nisi intra Iulii mensis quindecimam diem quatuor Vasconum sclopetariorum millia, in qualibet huius Regni parte volueritis, ab Illustrissimo Duce sistentur.

Prolixior, quam initio constitueram, erit haec mea oratio, ne sciens et prudens quae in Ducem Serenissimum scripta sunt praeterire videar. Quibus ego aliqua ex parte quam paucis potero respondebo. Improbi quidem homines, quibus lingua et calamus venales sunt, a nonnullis mercede conducti, cum Illustrissimum Ducem tantis virtutibus ornatum esse intelligenter atque vos, ut estis patriae amantissimi, hac ratione

facile adduci posse, ut illum in Regem vestrum assumeretis suspicarentur, si qua via vestro huic iudicio occurrere et pulverem vestris oculis effundere possent, excogitandum sibi esse duxerunt, nullum illis praesentius remedium visum est, quam calumnias ineptissimas quidem, sed virulentas et tempori accomodissimas confingere.

Primum, quod nullae cum Turcis nobis sunt apertae inimicitiae, haec nobis summo dant vitio. Sed cur non illud ipsum damnant in multis aliis, qui cum Turcis, nisi necessitate aliqua adducti, nulla unquam bella gessere? Nos certe Turcas et Mauros ex Palestina, Syria, Aegypto, Aphrica et ex Hispaniis olim expulimus. A quo instituto Reges nostros non socordia, sed bella, quae nobis a finitimis Principibus inferebantur, magno christianaee religionis dispendio, revocarunt. Nunc vero quantum rerum nostrarum necessitas et commoditas et Reipublicae Christianae utilitas postulare visa est, cum Turcis, sicut vos ipsi, retinuimus.

Duae in Gallia sunt nobilissimae provintiae, quas mare Gallicum alluit et Africano littori sunt oppositae, quae nisi bellum inter Turcas et nos quievisset, dum bello Hispanico, Anglico et postea civili distinti²) et occupati quadraginta annis fuimus, a piratis, quorum in eo mari magna est copia, infestatae aut fortassis direptae et incensae fuissent.

Aliud praeterea nobis accedit commodum, quod mercatores nostri ex Alexandriæ et coeteris Turcarum emporiis aromata et praecipuas Indicas merces, decem tantum dierum navigatione atque vili pretio, ad nos defferunt, quas, si Turcae nobis hostes essent, multo maioris, et eas quidem magna ex parte corruptas et adulteratas a Lusitanis accipere nos oporteret.

Quod autem ad Reipublicae utilitatem attinet, prudentissime Reges nostros fecisse, qui in negotiis publicis vel mediocriter versati sunt, fatebuntur omnes, cum gentem ferocissimam viribus se non posse vincere persicerent. Hoc saltem ut assequerentur, tentare voluere, ut si quando urgeret necessitas, Principis potentissimi gratiam retinendam duxerunt et christianis afflictis eum moderatiorem et placatiorem reddere possent. Quid autem promoverint, res ipsa docuit.

Possum ego vobis fratrem Tridentini, virum nobilem et equitem fortissimum, duces praeterea cohortium Hispaniarum, qui in Aphrica capti fuerant, et ex Maltensibus permultos nobilissimos equites in testes proferre, qui omnes gratia, precibus, commendatione Regis nostri e Turcarum manibus erepti sunt, sed in re tam illustri illustrius vobis etiam exemplum proferam.

Carolus Quintus, cum Regem Francicum, quos ego ambos amplitudinis et honoris causa nominatos esse volo, Carolus ergo, cum Francicum aut fortunae impetu, quae illi semper fuerat adversissima neverca, aut suis viribus vincere posse omnino desperaret, singulari artificio Germaniae omnes Principes et Anglos sibi socios adiunxit, eam praecipuam belli causam prætexens, ut Regem ad revocandum Oratorem, quem apud Turcam habebat, vel invitum cogeret. Speciosus quidem prætextus, sed revera sociali foedere cautum erat, ut Regnum, quod iam spe devorarant, inter se partirentur et dividerent. Anglis igitur Regnum ab una parte ad diem constitutum invadentibus, Carolus exercitu potentissimo, ex Italis, Hispanis, Belgis et Germanis coacto, alia via Regni fines ingressus est. Cum Regem ad dimicandum cum utroque exercitu paratissimum offendisset, de redditu cogitandum sibi esse duxit, ut tuto et honorifice, quamvis re infecta, exercitum saltem reducere posset, pacem optatissimam offerre placuit. Pax autem aequissimis con-

ditionibus inter eos confecta est. Carolus Ducatum Mediolanensem Duci Aurelianorum, Francisci filio, intra annum, ut saepe antea fuerat, restituere pollicebatur. Rex a Caesare vehementissime rogatus, ut Christiano Orbi afflito pacem Turca concederet, se facturum recipiebat. Illud praeterea convenerat, ut Carolus et Ferdinandus legatos ad Turcam mitterent, quos Regis Francisci Orator deduceret. Dux ego tam honofifcae, tam christianaem, tam paeclarae legationis a Rege electus fui atque, febre licet ardentissima in via correptus, mediis etiam caloribus, continuatis tamen itineribus Constantinopolim accessi, Caroli Caesaris legatum, hominem Belgum in omni scientiarum genere eruditissimum, mecum abduxvi. Ferdinandi legatus, homo Italus, vir acutissimus et doctissimus, qui nos praecesserat, e custodia, in qua arctissime detinebatur, mea opera liberatus est. Oratores ambo pacem petentes Turcae obtuli, illorum petitioni gratiam et preces Regis efficacissimas adiunxi. Pax, ut optabatur, tandem est composita. Oratores fidei meae creditos per medias Pannomias salvos et incolumes ad Ferdinandum (quem honoris causa nomino, qui Viennae erat, Principem certe humanissimum atque clementissimum) reduxi. Cuius ego facti quoties recordor (recordor autem saepissime), ingentes et immortales Deo Optimo Maximo ago gratias et agam quoad vixerim, quod me tam honorifico legationis munere ornatum esse voluit, quod immensos labores meos, quod consilia, quod conatus ad finem optatissimum perduxit, quod Ungaros, qui Gallorum fratres olim dicebantur, mea opera et meis laboribus a praesentissimo exitio liberasset. Hoc ego vobis exemplum protuli, ut sciant, qui de Gallis tam male sentiunt, Galliarum Regum nomen summae apud exteris nationes auctoritatis semper fuisse. Discant etiam de Regum ac Principum consiliis, quorum ratio, ut plurimum ignoratur, non sine periculo posse iudicari.

Carolus Quintus, ut scitis omnes, prudentissimus et foelicissimus fuit Imperator, qui Regem affinem et sororum in invidiam apud christianos omnes adducere conatus erat. Vix quatuor intercesserunt menses, cum de repente consilio immutato, quod in Rege acerbissime paulo ante improbarat, pro se ac suis cupidissime amplexus est.

Crudelitatem nobis secundo loco obiciunt. Regem nostrum immannissimum tyrannum ausi sunt affirmare. Ego vero, Clarissimi Nobiles, eum tantum tyrannum esse hucusque existimavi, qui vi et iniuria populos, incendiis, rapinis et excursionibus vexat, qui sedibus avitis Reges legitimos deturbat, qui innocentes aut questus gratia aut animi libidine saepissime occidi iubet, qui ad Respublicas opprimendas, liberos populos libertatibus exuendos, subditos gravissimis exactionibus expilando vires, quascumque habet, consilia et cogitationes suas dirigit. Hic certe tyrannus et dici et haberi potest, cuius vita homicidiis, excursionibus et sceleribus deformata est atque deturpata. Mores autem isti, quam sint a Rege nostro et a Gallorum omnium instituto alienissimi, vos, qui nullis privatis ducimini affectibus, ex his, quae longe antea didicistis et quae a me audietis, vos, inquam, ipsi iudicabitis.

Carolus Rex noster eo ipso die, quo fratri mortuo successit, qui Franciscus iunior dicebatur, Principem Condeum, qui in vincula antea coniectus fuerat, ad se evocavit et in summo postea honore apud se habuit. Ducentos circiter aut nobiles aut inferioris ordinis (sed honesti) homines, qui propter conspirationis suspicionem ipsi quoque in carceres detenti fuerant, e vinculis eductos liberavit omnes. Severissimas leges, e iure civili et canonico dessumptas, quibus id temporis non modo in Gallia, sed in Regnis aliis fere omnibus, qui postea Hugoneti dicti sunt,

capite damnabantur, antiquatas et sublatas esse voluit. Ad id autem statuendum non iuvenili impetu, non levitate, non temeritate, sed praestantissimorum virorum iudicio, auctoritate et consilio adductus est, qui tantae multitudini, et praesertim nobilium, qui a catholicis defecerant, veniam et impunitatem, ne qui in Gallia motus fierent, concedendam esse existimarent. Videbant enim illi et perspiciebant, quanta tempestas excitaretur et quanta impendere procella Reipublicae, si contrarium statuissent. Res praeterea omnes, quae ad pacem et otium pertinere visae sunt, ad veterem disciplinam et pristinam vivendi normam sanctissimis legibus constitutis revocari studuit.

Tantam Principis benignitatem, tantam temporum securitatem summa aliquorum ingratitudo atque contumacia, summa item rerum omnium perturbatio consequuta est. Vedit ille totum fere decennium infoelicia et infausta et nunquam antea apud nos audita, quae dissidium religionis et potentissimarum familiarum discordiae nobis attulere. Vedit nobilitatem fere totam, vedit plebem et plebis fecem in duas distractam partes, atque, ut apud Romanos, viros alioqui prudentissimos, et in bellis civilibus omnibus evenisse legimus, flagitosi et perditи quicquam homines in castra praesertim Evangelicorum admittebantur, ut maiorem militum copiam hac saltem via possent colligere. Quae res his, qui apud nos religionis reformatae dicuntur, infoeliciter cecidit. Non erat, cur nobis adeo insultarent nonnulli, quod intestinis exagitati fuimus discordis. Non est, cur tantopere gloriari debeant, quod subditis sine ferro et sanguine imperent. Quae nobis etenim acciderunt, non imprudentiae, non tyrannidi adscribenda sunt. Scotiae, Angliae et Germaniae, sicut et nobis, dissidium religionis funestissimum bellum attulit. Sed neque Belgicum, neque Hispaniae a seditionis motibus sub Carolo Quinto et Philippo immunes fuere, cuius quidem seditionis in Belgico vivae adhuc supersunt reliquiae. Qui motus omnes neque a Carolo Quinto, neque a Philippo sine magna sanguinis effusione sedati sunt. In Gallia potentissimae sunt familiae, ex quibus aliquae Regibus etiam aequari possunt, magna item nobilium et praestantium equitum multitudo ex tertio ordine peditatus numero et fortitudine celebris extat. Qui augustioribus autem provinciis praesunt, qui subditis magis ad serviendum quam ad arma ferenda magna ex parte natis et asuefactis imperant, illis certe in ocio et pace vivere licet.

Sed ad rem redeo. Rex vero, quem ipsi pharaonem vocant, temerarios ausus illos tot annis perferre coactus, summam tamen humanitatem et clementiam erga omnes semper praestit. Victis, fusis et fugatis pacem liberalissime concessit. Bellum enim civile, quod funestissimum exitum habere solet, pace potius quam victoria finire et restinguere cupiebat, prudentissimorum hominum, qui in Reipublicae administratione diu versati sunt, iudicium hac in re sequutus. De quo apud Ciceronem scriptum ita legimus: Omnia sunt in bellis civilibus misera, sed miserius nihil quam ipsa victoria, quae etsi ad meliores venit, tamen eos ferociores impotentioresque reddit. Nulla in Rege, quem tyrannum immanissimum esse dicunt, integris XII annis crudelitatis vestigia apparuere unquam. Nemo illius iussu aut caesus, aut vulneratus, aut bonis et fortunis suis exutus est. Immutatum tamen ab illo, qui antea fuerat, eum esse volunt, et Admiralii et nobilium aliquot caedis culpam in illis tyrannidem, et humanitatem omnino reiiciunt, atque de caede illa longe cum antea apud se constituisse vehementissime contendunt. Quibus hoc unum dixisse satis est: antea occisi non fuere, ergo noluit. Adfuerant enim centies in

Aula et eo praesertim tempore, quo Rex ante annum Blesiis fuit, qui omnes minore negotio facile interimi potuissent, culpa in Ducem Guisium reiecta, qui patrem sibi ademptum et iussu Admiralii proditorie occisum acerbissime querebatur. Adfuissent illi propinquui, consanguinei et Monpenserii, Nemoreii et Novernensis Duces, qui Admiralio propter privatas iniurias et inimicitias hostes erant infensissimi.

Quod vero Parisiis postea factum est, id certe casus aliquis, quem nemo futurum antea prospexerat, propter²⁾ spem omnium et opinionem attulit. Nam etsi Regem imprudentissime id tempus offendissent et de conspiratione ab aliquibus insimularentur, captos tamen illos Rex, ut erat, ut semper fuerat clementissimus, quam occisos maluisset, atque illius erat hoc²⁾ constantissima sententia, ut de re omni accurate inquireretur et interim ad Senatum Parisiensem negocium deferretur totum. Sed ut in repentinis tumultibus, a plebe furore percita excitatis, evenire solet, ita tunc quoque res aliter, quam optabatur, cecidit.

Post caedem autem Regnum in summum periculum adductum esse prudentissime animadvertisit. Videbat enim in Belgico potentissimos exercitus duos, Albani scilicet et Orengiae²⁾ Principis, quorum uterque alteram ex partibus tuendam libentissime suscepisset atque ea ratione bellum e Belgico in Galliam transmittebatur. Sciebat praetera Evangelicos, ut cladem acceptam ulciscerentur, arma facile sumptuosos. Prospiciebat alia ex parte ex catholicis multos ad bellum iis, qui reformati dicuntur, inferendum, si quicquam moliretur, paratissimos fore, ad quos Albanus, etiam non rogatus, cupidissime accurrisset, neque Orangeus reformati deesse voluisse. Itaque quantum civile bellum omnino experiendum erat, quod quidem certe Regno, tot annis afflito, extremum exitium intulisset. Quapropter ut utriusque factionis homines a belli cogitatione et ab iniuriis acceptis deterrerentur, caedem infaustam Admiralii et nobilium, tantum instantibus Principibus, urgente Senatu Parisiensi, cuius semper apud nos fuit autoritas, omnino probare oportuit.

Multa quidem ante Regum oculos saepissime versantur, quae illos ab eo, quod antea constituerant, vel invitatos abducere possunt. Theodosius Imperator pius, clemens et, si quis alias unquam, fuit ad christianam religionem propagandam utilissimus, humanitatis tamen pristinae vel potius suimet oblitus, sex millia hominum Thessaloniae, quod ipsius imaginem evertissent, crudelissime interrimi²⁾ iussit. Sed quia humannissimus semper antea fuerat, et ab Ambrosio Episcopo Sanctissimo gravissime obiurgatus, humanitatem sibi innatam, quam deposuisse videbatur, magna animi constantia postea retinuit atque inter Imperatores pios et optimos omnium hystoricorum²⁾ consensu annumeratus est. Videant igitur scriptores isti acutissimi, an Regem, qui clementem et humanum semper se omnibus praebuit, propter curatum unum, cuius etiam culpa in alio derivare et potest et debet, tyrrannum, proditorem et pharaonem eum esse iure dicere possint. Qui, ne quid simile in coeteris Regni urbibus accideret, edicto per dispositos equos celerrime ad omnes provincias allato, ne in quemquam seviretur, adiectis poenis gravissimis in dicti contemptores, prohibuit. Cui edicto paruere urbes omnes, sex tantum exceptis, in quibus plebs efferata et superioribus iniuriis lacessita nulla ratione cohiberi potuit. Quod quidem edictum in causa fuit, quod non 100 millia hominum id temporis occisa fuere.

Dux autem Illustrissimus, cuius nunc causa agitur, a crudelitate, immo vero a nimia severitate abhorruit semper, nunquam vel semel irasci vel commoveri visus est, nullius cuiusquam os offendit, nemini

unquam convicium dixit, nemini vim intulit, omnes ad congressum libenter admittit, adeentes humanissime excipit, nobiles et milites officiis, munibibus et quibuscumque rebus potest honestat. Qui propter morum suavitatem, propter singularem erga omnes humanitatem a Gallis omnibus et ab exteris quoque, quibus cognitus est, amatur et colitur. Illum tamen productionis^{z)} et inhumanitatis scriptores isti accusant atque ad hanc rem ineptissima quaedam configere non verentur. Ego vero eum de caede illa sententiam dicere noluisse et interemptorum vicem summopere doluisse constantissime affirmo. Quos enim fortissimis exercitibus sti- patos, Deo ita statuente, saepe vicerat et profligarat, eos a canistris et fece plebis occidi aegerrime ferebat.

Scriptores contra asserunt, quibus nulla fides habenda est hoc saltem nomine, quod nomen suum prodere non audent. Testibus se non egere sibi ipsi persuaserunt atque, quod antiquis calumniatoribus dici solebat, pro se dictum fuisse existimant, audacter calumniare semper aliquid haeret. Mihi autem satis fuerat negasse. At dicerent fortasse illi, quod calumniator quidam coram Iuliano Caesare dixisse fertur, si negare sufficit, quis tandem damnabitur? Quibus ego, quod Iulianus prudentissime. At si accusare sufficiat, quis de salute unquam aut existimatione tutus erit?

Sed ne quid in animis vestris resideat scrupuli, proferam ego vobis testes et coniecturas, quae neque cavillis, neque ratione aliqua refutari possunt. Testem habeo locupletissimum Illustrissimum Ducem, qui luculentissime ad me litteris sua manu scriptis Regem, ut par est, a culpa alienissimum esse ostendit. Se autem neque auctorem, neque participem illius consilii fuisse. Hic eo Marcum Attilium Scaurum, civem Romanum, si viveret, causae nostrae patronum mihi assumerem, quem Alphenus Varrus vehementissima ratione habita prodictionis accusabat. Illum ad Alpheni accusationem fortissimis argumentis deluendam^{z)} peroratum advenisse existimabant omnes, sed hac tantum brevissima defensione uti voluit: Alphenus Varrus ait Scaurum, Latinos contra Romanos arma coegisse. Scaurus negat. Utri potius credendum putatis? Sic ego tanti viri exemplo fretus, hoc etiam defensionis genere ad causam Serenissimi Ducis tuendam uti possem. Scriptores quidam mercede conducti Ducem humanissimum Admiralii et aliorum nobilium caedis auctorem fuisse dicunt. Dux Illustrissimus id negat. Utri potius credendum putatis?

Ex coniecturis harum prima est, quod in provinciis, quae ad Ducem pertinent, nemo vulneratus aut contumelia affectus est. Potuisset certe ille, si crudelis adeo fuisse, ad praefectos urbium suarum scribere, non ut reformatos occiderent (neque enim Principes nostri tam barbaris et truculentissimis vocibus uti consuevere), sed scribere satis erat, ne plebem furentem compescerent.

Secunda haec mea coniectura est. Tanti Dux Illustrissimus Regnum hoc amplissimum facit, ut saepe honorificissima de vobis facta mentione dicere soleat, se malle tam numerosae, tam praeclarae, tam fortis nobilitatis Regem ac Ducem esse, quam auri millions quinquaginta in redditibus ad singulos annos habere. Sciebat autem ille, cui iudicium et prudentiam tribuunt omnes, caudem illam magna huic negotio allaturam esse impedimenta. Nemo igitur sanae mentis illum putabat unquam amplissimum hoc Regnum amittere maluisse, quam nobilibus illis omnino parcere aut illorum mortem commodiori tempore, sine periculi metu, reservare.

Scriptores autem, ne intentatum aliquid relinquant, quo possint ves-

trum de eo ornando iudicium remorari, aut vos saltem anticipites animi et suspensos aliquot diebus efficere, ad res futuras praedicandas totos se convertunt. Dux (inquiunt) ille bellum inter vos excitabit, ac si dicerent: Dux ille tanta clementiae et humanitatis indole a natura honestatus, inhumanus tamen, ferox et truculentus, ex amico hostis, ex Principe existimationis suae cupido ingratus, ex religioso periurus evadet. Id certe neque amenti, neque perditio et furioso cuivis¹⁾ homini, ne dicam Principi laudis studiosissimo, in mentem venire posse fatebuntur omnes. Sed sit ille, si volunt, pristinorum morum et sui ipsius oblitus. Bellum (inquiunt) ad vos adferet. Egregium sane et tanto Principe dignum consilium! Quibus ego Cassiani illud dictum commodissime oppono: Cui bono? Quid inde utilitatis consequi se posse speraret? Multa ego, quae a belli cognitione illum deterrent et abducerent, recensere possem.

Sed priores illi dicant: Quid Ducem Illustrissimum ad bellum conciendum commoveret? Ut Evangelicos, inquiunt, ad catholicos ritus etiam invitatos perduceret. Tantumne vobis erit ocii et quietis ab exteris hostibus, ut intestinis discordiis exagitati ad bellum vobis ipsis inferendum commoveri possitis? Sed vos de istis iudicabitis.

Mihi ad ea, quae ex rebus vestris a me observata esse dixi, aliud quidem praeterea succurrit, quod praeterire neque possum neque debeo. Quicunque evangelicam, quam vocant, religionem amplexi sunt, illi certe omnes catholicae Ecclesiae ritus publicis edictis, postea vi et armis omnino sublatos esse voluerunt. Qui apud nos religionis reformatae esse dicuntur, invito Rege, obstantibus Principibus, reclamantibus parlamentis et catholicis omnibus, Ecclesiae catholicae nomen armis et vi e Galliae finibus expellere conati sunt. Vos autem ad hoc unum consequendum conspirastis omnes, ne quid detrimenti ob dissidium religionis Respublica vestra caperet, ne iura, sanguinis vincula, amicitiae vestrae inter vos societas aliqua ratione dirimi aut infringi possent. Qui Evangelici apud vos dicuntur, catholicos ritus neque detestari, neque conviciae et maledictis proscindere, neque ex finibus vestris expellere tentare voluerunt. Vos igitur sanguinis propinquitate, antiquis necessitudinibus et dulcissima vivendi inter vos consuetudine cum sitis coniunctissimi, Dux Illustrissimus (si scriptoribus creditur) adventu ad vos suo in rerum omnium perturbationem atque se ipsum in summas angustias et animi molestias vellet coniicere? Quod quidem quam sit a vero et ab omni conjectura alienum, vos pro summa vestra prudentia iudicabitis.

Nunc vero quae illum a bello vobis inferendo deterrent, paucis referam. Primum iuriandi violandi metus; cuius certe metus apud dissolutissimos quosque ratio tamen aliqua haberi solet. Nemo enim tam perditis moribus reperiri potest, qui non periurii et perfidi nomen abhorreat et detestetur.

Secundo loco poni debet existimationis tuendae cupiditas, quae res certe plebeios et abiecate conditionis homines, ne dicam Principes ad praestanda promissa obstrictos, maxime retinet.

Tertio, si quid tale (quod dicitur) adversus vos tentare vellet, summa vitae et fortunarum omnium discrimina et pericula ab ea cogitatione omnino eum deducerent.

Dux ille, qui Regno, tam foeliciter et sine labore vestra benevolentia parto, summa cum gloria, summa apud exteris gentes existimatione, summa cum voluptate frui potuisse, ille, inquam, Galliam, quae veluti numen quoddam illum diligit, colit et amat, deserereret et hic in summa pericula, in summas molestias et angustias volens, sciens et prudens

animi angoribus postea viveret semper aut ad suos inglorius redire cogeretur? Aliud certe ex infoeli et infausto bello sperare non licet.

Ad quartum impedimentum refero militum et copiarum inopiam, quae ad bellum inferendum sunt necessaria. Doceant, qui sibi timere ab Illustrissimi Ducis crudelitate ineptissime fingunt, doceant, inquam, quibus armis, quibus copiis, quibus militibus tam arduum, tam difficile opus tentare, ne dicam conficere, possit? Dentibus fortasse vel ungibus.⁷⁾ Ille enim inermis, ille nulla auxilia, nullas copias, nullos exercitus alios, quam vestram erga se benevolentiam haberet. At illi vos ipso ad hanc rem arma, milites et copias subministraturos esse dicunt. Sed cur non illud ipsum Regis, qui proxime decessit, tempore facere noluistis? Qui catholicus et ipse, qui apud vos natus et educatus, qui beneficiis et muneribus maiorem ex vobis partem sibi devinctam habebat.

Mihi vero, ut causae iugulum tandem petam, duo reliqua sunt, quae (ut spero) vobis omnibus facile probabuntur et item hanc diriment totam. Primum, quod nihil incommodi, nihil periculi excogitari aut confingi potest, quod non potius a coeteris omnibus, qui Regnum hoc ambiunt, quam ab Illustrissimo Duce vobis timendum sit. Nemo enim ex competitoribus, nemo ex vobis Rex eligi potest, cui ad pacem vestram interturbanam non maiores suppetant vires et facultates. Si ex competitoribus aliis in Regem assumitur, is certe copias, quas domi apud suos relinquisset,⁷⁾ tribus diebus in Poloniam immitteret. Si ex vestris Rex esset, illi certe, aut catholico aut (ut dicitur) evangelico, si malae menti praetextum religionis recolligendae et restituendae adderet, adessent affines, propinquai, amici et necessarii clientes, quorum opera inter vos committere et vires vestras in vestrum ipsorum exitium convertere posset.

Illustrissimo autem Duci, si quicquam adversus vos tentare vellet, haec omnia defutura esse vos ipsi, me tacente, intelligitis. Ille enim inermis, ille a partibus remotissimis a vobis evocaretur, ille, vobis omnibus incognitus, tam fidum inter vos haberet aliquem, quicum periculoso hoc consilium communicare vellet? Non ille cognatos, non propinquos, non affines, non veteres amicos ad tantum facinus moliendum sibi adiungeret et (ut apertius loquar) qui nullis privatis ducitur affectibus. Facile fatebuntur omnes Illustrissimo Duci, si quid tale, quod dicitur, tentare vellet, magis a vobis timendum esse, quam vos ab eo quicquam timere posse.

Alterum, quod ad finem orationis sustui, illud est. Quaecunque a Rege, quem habituri estis, quisquis tandem ille sit, a vobis aut sperari aut optari possunt, illa certe omnia praestaret Dux Illustrissimus nulla temporis interposita mora. Illum enim praeclarissimis animi et corporis dotibus ornatum ne adversarii quidem negare vellent. Caedis autem, quae facta est Parisiis, culpam in alios reiiciendam esse fortissimis argumentis comprobavi. Ex quibus unum ne vobis excidat, vehementer rogo. Sciebat Dux Illustrissimus, quod tantae et inusitate rei fama vos omnes (ut estis a crudelitate remotissimi) ab eo ornando aut abduceret aut suspensos saltem aliquod diebus retineret. Concedant igitur adversarii opertet, quod Princeps ille, qui prudens ab omnibus habetur, qui occisi sunt, omnino liberare, aut si id non obtinisset, ad aliquod saltem tempus reservare maluisset, quam spem tanti Regni iam animo conceptam omnem abiicere. Id autem quia non fecit, argumentum est certissimum eum non potuisse.

Rege vobis opus esset, qui negotia publica tractare didicerit. Is in negotiis publicis diu versatus cum sit, eo ipso die, quo Rex electus

esset, vestro prudentissimo iudicio adiutus,^{m)} rebus vestris consuleret et Rempublicam foeliciter et prudenter posset administrare.

Regem praeterea habere vultis, qui miles et dux exercitus antea fuerit. Tot enim nobilium, tot equitum fortissimorum myriades sub duce incauto et inexperto militare iniquissimo ferent animo. Ille, ut iam audivistis, in castris diu versatus est, cum hostibus potentissimis saepe dimicavit et foeliciter victor semper evasit. Itaque ad pacem retinendam et ad bellum subeundum hominem habetis paratissimum.

Si opes requiritis, non sunt illi quidem immensae, sed tamen sunt praesentes, ita ut nihil illi a patris clementia et liberalitate expectandum sit, sed neque ita sunt exiguae, quia multa rebus vestris commoda adferre possit. Itaque si quid illius causa nos promiserimus, promissa statim per se, sine cuiusquam ope exolvere potest.

Si preces alterius Principis precibus Regis Christianissimi coniunctas esse vultis, Regis unius tantum, qui Rex vester olim fuit, memoriam in subditum revocabo. Ludovicus is est, Hungariae et Poloniae Rex, qui ex Gallis et Andium Ducibus descenderat, cuius cineres, cuius nominis iucundissima recordatio vos hodie rogatos vult omnes, ut gentilem, affinem et propinquum suum vestris suffragiis regia dignitate ornetis.

Rogat ille atque a vobis vehementer contendit, ut in eius gratiam, a quo et libertatis et immunitatum vestrarum praecipua capita habuistis, tanti beneficii memores unum ex familia, unde suam duxerat originem, in Regem vestrum assumatis. Quod si feceritis, magnus certe summis vestris laudibus apud exteris gentes accederet cumulus, cum vestra suffragia ad maiorum vestrorum exemplum, iudicium et institutum compонere vos voluisse intelligent.

Itaque, Reverendissimi Domini, vos item Magnifici et Illustres Domini Palatini, Castellani, vos Clarissimi Nobiles et Fortissimi Equites, quod faustum foelixque sit Reipublicae vestrae, Serenissimus Dux Andium, Borboniorum, Alvernorum a Rege Christianissimoⁿ⁾ per me vobis offertur. Hunc ad Rempublicam administrandam institutum et paratum tanquam vobis natum in filium assumite. Vos illi parentes, vos fratres, vos affines, vos propinqui illi ut sitis, efficere potestis. Quos enim habet in Gallia, quae a vobis est remotissima, relinquet. Et propterea non illum sanguinis propinquitas, cui perpetuum vale dicaret, non amicorum importunae preces, non pristinae consuetudinis et familiaritatis memoria a vero et recto deduceret, non vos ad illum propinquorum mendicata commendatio, non aulicorum venalis gratia, non indigna servitia, non inertes et inepti homines ad illum intromitterent. Sed illius videndi, adeundi, conveniundi potestas vobis esset omnibus. In Gallia enim omnes admittere, congressum nemini denegare, acceptos humunissime dimittere semper visus est. Ille vestrorum laborum et periculorum, o Fortissimi Equites, testis, socius et particeps esset atque summa sua liberalitate et humanitate leviora vestra redderet incommoda. Sola vestra pietas, o Reverendissimi Domini, sola vestra erga Rempublicam merita, Magnifici Domini, sola virtutis et fortitudinis vestrae^{o)} recordatio, o Clarissimi Equites, illum ab omni privato affectu^{p)} liberum ad vos diligendos, amandos et ornandos impelleret. Hunc igitur, qui nulla in re vobis obesse potest, qui in rebus omnibus Rex esset utilissimus, qui Reipublicae vestrae tuenda et amplificandae praesentem curam impendere paratus est, qui libertates vestras et immunitates imminuere nollet, neque si vellet id tentare aut perficere, posset, qui integrum ad res vestras constituendas suum iudicium, nullis inimicitias, nullis necessitudinibus

praeoccupatum, haberet, hunc, inquam, Regis Christianissimi nomine Regem vestrum ut efficiatis, etiam atque etiam rogamus. Qui si Rex vester erit, cogitationes, affectus et consilia sua omnia ad hoc unum consequendum revocare statuit, ut vos facti nunquam poeniteat et a vobis et a posteritate Rex pius, bonus, prudens et fortis et pater patriae iure vere, et non adulatorie, dici possit. Dixi.

- | | |
|--|----------------------------------|
| a) <i>in ms. legi optimi</i> | j) <i>in ms. nemini</i> |
| b) <i>in ms. oculis</i> | k) <i>in ms. videre</i> |
| c) <i>in ms. administrandae</i> | l) <i>in ms. cuius</i> |
| d) <i>in ms. unus</i> | m) <i>in ms. adiutrix</i> |
| e) <i>in ms. allevari</i> | n) <i>in ms. Christianissimi</i> |
| f) <i>in ms. abbreviatio (contractio) eos loco oes</i> | o) <i>in ms. vestra</i> |
| g) <i>in ms. Mochus</i> | p) <i>in ms. effectu</i> |
| h) <i>in ms. consulti</i> | z) <i>sic in ms.</i> |
| i) <i>in ms. adducente</i> | |

N. 29.

Varsaviae, post 9.IV.[1573]

*Ignodus
ignoto*

transcrit relationem: "Legatio [Gulielmi Rosenberg] Sacrae Caesareae Maiestatis..."

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 82-91.

Legatio Sacrae Caesareae Maiestatis Catholicae, Waraszviae^{z)} in Conventu Regni Generali ad electionem Regis designato IX die mensis Aprilis coram residentia Senatorum et astantia ordinis^{a)} militaris per certos oratores ipsius Caesareae Maiestatis idiomate Bohemico in castris habita.^{b)}

Reverendissimi, Illustrissimi etc.

Cum mensibus praeteritis Sacra Caesarea ac Ungariae et Bohemiae Regia Maiestas, Dominus noster clementissimus, certior factus esset Serenissimum quondam Principem, Dominum Sigismundum Augustum Regem Poloniae, Magnum Ducem Lituaniae^{z)} etc. foelicis memoriae, e vivis sublatum esse, equidem Maiestas Sua non potuit huius tam multiplici arctissimoque et sanguinis et affinitatis vinculo sibi coniunctissimi atque insuper Maiestatis Suae incolitaeque Domus Austriae amantissimi Regis intempestivo^{c)} ac plane inexpectato obitu non summo dolore affici. Subiit namque praeter hanc propinquitatem et necessitudinem Maiestatis Suae animum, quo ipsa una cum Regnis et dominiis suis vicino, quo nos ad Regnum istud vestrum Rege et patre, quo denique Respublica Christiana praesidio et ornamento orbata esset, ac eum quidem Regem orbis erectum esse existimavit, qui maiorum suorum praestantissimorum Iagellonicae Domus (cuius laudes coram vobis, quibus illae maxime cognitae sunt, recensere nec loci huius nec temporis esse putamus) Regum laudatis vestigiis insistens, tum Regni istius quam maxime ornandi et

amplificandi studiosissimus fuit, tum et cum vicinis quibusque Principibus et potentatibus, praesertim vero Maiestatis Suae Domino genitore colendissimo, divo quondam Imperatore Ferdinando augustissimae memoriae, ac ipsa Caesarea Maiestas, mutuae fraternaeque amicitiae constanter retinendae Reique Publicae Christianae iuvandae summam semper curam habuit.

Quae et si talia sunt, ut comunem hunc dolorem iustissimis de causis conceptum esse nemo inficias ire queat, nihilominus tamen, quoniam Deo Altissimo ita visum est huncque vestrum Regem ex hac fragili et caduca vita in coelestem evocare placuit, utique divinae suae voluntati cedendum, cumque res huc redacta sit vosque iam in eo versamini, ut pro vetero ac a maioribus vestris per manus vobis tradito laudatissimo Regno more, consuetudine et libertate de successore eligendo consultetis, idem Deus Optimus Maximus suplicibus votis orandus erit, ut quemadmodum hanc vestram liberam electionem in tale tempus incidere voluit, quo Regnum istud nullis intestinis dissidiis vel simultatibus dissipatum nullisque externis bellis agitatum paratissimum et florentissimum existit, ita corda et mentes vestras ad eandem concordiam retinendam regat ac eum vobis Regem largiatur, qui universo Regno totique Reipublicae Christianae maxime commodus et salutaris sit.

Quod si Caesarea Maiestas sibi de vestro tot sapientissimorum virorum amplissimo consensu plane pollicetur neque dubitat vos in hac gravissima deliberatione ea quoque omnia vobis ob oculos posituros esse, quae tali casu merito consideranda sunt, nihilominus tamen Maiestas Sua, tum de ipsis Poloniae Regni, ut pote Maiestatis Suae Regnis et dominis non vicini solum, sed et a multis seculis coniunctissimi, incolumitate, quiete et securitate (a qua non minimam partem eorundem Maiestatis Suae Regnorum et dominiorum tranquilitatis pendere existimat) sollicita, praetermittere noluit, quin vobis nonnulla per nos, ea de causa ablegatos, in mentem vocaret. Quae ut aequis ac benevolis auribus percipiatis, nos summopere rogamus.

Existimat autem Caesarea Maiestas vos in hac futura electione omni cogitatione animi deliberaturos omnique cura, studio ac sollicitudine datus esse operam, ut huic amplissimo florentissimo Regno, suo Rege nuper orbato, eiusmodi praeficiatis caput atque Principem, qui primum omnium sancta et spectata pietate in Deum, qui claritate stirpis, antiquitate generis, maiorum suorum gloria, sua vero in primis virtute et erecti atque excelsi animi dotibusque plurimum emineat caeterosque antecellat, qui et pacis et belli, secundum Regni istius laudatissimas leges, iura, consuetudines et libertates, recte ac iuste imperare, in rebus adversis forti, in rebus vero secundis aequo et mansueto animo prudenter regere, denique ad summum Reipublicae gubernaculum sapienter omni tempore ac vigilanter sedere possit.

Talem vobis Imperator Maximilianus unum ex filiis suis charissimis Principem offert ac eum quidem, cum Maiestatis Suae filius primogenitus, ut pote nuper Hungariae Rex coronatus ac in aliis quoque Regnis successurus, hoc quod vos desiderare censem, videlicet ut futurus Rex gubernaculis istius Regni continue adsit, difficulter praestare posset, secundogenitum Serenissimum Principem Dominum Ernestum, Archiducem Austriae etc., gloriosissimi Regis Casimiri Tertii ex fratre, necnon divi Imperatoris Maximiliani Primi et quondam Ferdinandi Catholicii Hispaniarum Regis, sique trium, et nominis celebritate et rerum gestarum gloria eodem tempore in universo Orbe Christiano clarissimorum

Principum^{d)} abnepotem,^{e)} qui iam pridem vigesimum aetatis suaem ingressus annum praeter hunc stematis et originis, qua nulla illustrior esse potest, splendorem eximia pietate, egregia virtute, maturo et acri ingenio ac, uti natura^{f)} Domui isti Austriacae tribuere solet, pecculiari mansuetudine et clementia morumque comitate singulari praeditus, religionis insuper et iusticiae a natura amans, in sermone benignus, aditu et affatu facilis ac compluribus aliis heroicis virtutibus praecellare ornatus, non ad levitatem, ignaviam, libidinem, crudelitatem aut alia eiusmodi via inclinatus est.

Ad has autem insignes naturae animique dotes accessit diligens educatio. Siquidem Caesareae Maiestati, tanquam pio parenti, nihil magis curae fuit ac etiam nunc est, quam ut adhibitis Serenitati Suae ac eiusmodi fratribus, viris piis, eruditis et gravibus, praecelaram alioqui indolem ad honesta et talis Principis digna humanitatis, modestiae et virtutis studia magis etiam excitaret. Et quamvis pro ea coniunctione et propinquitate, quae Maiestati Suae cum Serenissimo Hispaniarum Rego Catholico intercedit, non abs re fore duxerit, ut eosdem filios suos, Rudolphum Hungariae Regem et Ernestum primis fere adolescentiae suae annis in Hispaniis^{z)} ablegaret, quo exteras quoque ac eam potissimum nationem, cum qua sibi huiusmodi coniunctionis et propinquitatis occasione subinde tractandum foret, inviserent eiusdemque ac aliarum etiam in regia illa aula confluentium nationum ritus et consuetudines inspicerent, tamen Maiestas Sua suarum in primis nationum Bohemiae et Austriacae^{z)} homines, illis homines,^{z)} continue adesse ac praeesse voluit, quibus Serenitatum Suarum mores ac ingenia formandi cura esset et quorum conversatione absentes etiam eorum maxime animis se accommodare adsuescerent.

Ad eam autem aetatem, quae nunc rebus gerendis matura esset, proiectos esse revocavit, quo Regnis et provintiis gubernandis adsuescerent. Adeoque Serenitates eorum non solum gravissimorum quorundam tam belli, quam pacis, negotiorum consultationi adhibuit, verum etiam cognita ipsorum industria et prudentia, iisdem ante plures menses in generali Regni Hungariae ordinum conventu vires suas demandare non dubitavit. Quo in loco suo officio non satisfecerunt modo, sed et Domini genitoris et dictorum Ungariae statuum expectationem superarint^{z)} ac tale benignitatis, comitatis, sapientiae ac firmioris iudicii specimen de se praebuerunt, ut ipsi status et ordines alterum eorum, praefatum Rudolphum, tanquam primogenitum, iam tum in successorem Regni istius designari et Hungariae Regem rite coronari unanimiter peterent, haud dubio non minore studio Serenitatis Suae fratrem postulaturi, nisi hunc primogenitum ratione illi praferendum esse recte consuevissent, cum utriusque eae qualitates sint, ut eorum, quae in bono, pio, iusto, magnanimo ac forti Principe requiruntur, in neutro desiderari posse arbitremur. Ac proinde si eius, quem Caesareae Maiestatis nomine vobis offerimus, origo, propinquitas et forma, vel eae, quibus praeditus est, virtutes, educatio, denique aetas ac caetera, quae hoc loci in eligenda persona considerari possunt, perpendantur, nihil dubitandum videatis, quin locum et dignitatem suam recte tuiturus ac vestrae insuper gentis mores, linguam, leges et consuetudines, a quibus nec nunc nostrae nationis Bohemicae hominum, quos ex praecipuis quibusdam familiis intercubicularios suos continue secum habet, conversationi iam pridem ausetus^{z)} ac in dies magis asuescens, alienus existimari deberet, non diffi-

cultur assecuturus. Adeoque horum omnium condigna ratione habita merito aliis quibuscunque praferendus sit.

Quod si quis rei militaris peritiam atque usum hoc loci desiderari velit, ea in parte illud vobis de Archiduce Ernesto polliceri poteritis: Serenitatem Suam, ubi accedente vestro consilio ad arma deveniendum ac aperto Marte res gerenda erit, magnanimi ac fortissimi ducis officio non esse defuturam ac ne hoc loci quicquam alteri esse cessuram.

Praeterea quemadmodum Caesarea Maiestati, divina benignitate ad imperiale culmen evectae et ad aliorum quoque Regnorum et dominiorum gubernaculum assumptae, istud summae semper curae fuit ac etiam nunc est, ut muneri suo quoquo tempore quam exactissime cumulatissimeque satisfaciat ac concordiam, pacem, quietem Sacri Romani Imperii et Maiestatis Suae Regnorum et dominiorum pro viribus tueatur ac stabiliat, debitamque et religionis et iusticiae aequabilitatem erga omnes servet. Adeoque hanc suam paternam curam et studium re ipsa comprobavit, dum quotiescunque vel in Sacro Imperio vel Maiestatis Suae Regnis et ditionibus aliquod religionis disidium^{a)} incidit (quod quidem nimis saepe evenisse nobis haud ignotum est), talia media eanque moderationem adhibuit, quibus eiusmodi disensiones bono modo ac placide, sine turbis, ferro, caede et sanguine quoquo tempore compositae sunt, sic nec vobis quidem ac quibuscunque aliis incliti huius Regni statibus, ordinibus et subditis, tam ecclesiasticis quam secularibus, a Maiestatis Suae filio Archiduce Ernesto aliud expectandum erit, quam eundem paternis vestigiis insecurum^{b)} ac servata tam in religione, quam iusticia administranda condecenti aequabilitate et moderatione, cunctis ordinibus esse satisfacturum.

Porro ne antiquissima ea ac nulli vestrum incognita coniunctio, amicitia et concordia praetereunda erit, quae Maiestatis Suae Regnis Hungariae et Bohemiae ac annexis provinciis cum Regno Poloniae intercedit, multis foederum tractatibus et compactatis firmata roborataque, cum interdum et quidem aliquoties unus Rex duabus Regnis, videlicet vel Hungariae cum Polonia, vel Poloniae cum Bohemia imperaverit, atque insuper memoria proditum sit Polonicae et Bohemicae gentis unam et eandem originem esse, actum his de causis, tum et morum, linguae ac omnium denique rerum et actionum similitudinem, in quibus nulla alia certe natioⁱ⁾ proprius ad Polonię accedit, quam Bohemica, nec eidem sine impudentiae nota comparari poterit, ita se etiamnum mutuo amore diligere atque complecti, ut quantumvis diversis Regibus hoc tempore subiectae sint, nihilominus se invicem fratres appellant ac pro una eademque gente habeant.

Caeterum, si de hostili necessitate dicendum est, utique ipsi optime novistis, nos ab huiusmodi necessitatis periculo, tum ob vicinos Moschos et Tartaros, tum ipsos etiam Turcas, quibus nec in pace nimium fidendum esse Respublica Christiana hactenus non sine magno suo malo atque clade plus satis didicit, aliasque nonnullos, quos Poloniae Regnum incastos sibi habet, non usque adeo tutos securosve esse. A quo autem tali casu plus auxilii atque praesidii expectandum sit, haud difficile erit iudicare, cum non solum Caesarea Maiestas eiusdemque filii Maiestatis Suae Regnorum et provinciarum, Poloniae magna ex parte adiacentium, Reges et Domini, filium et fratrem Poloniae Regem proculdubio haud defecturi, sed eidem suis auxiliis mox praesto affuturi sint, verum etiam si de eorum Principum^{j)} et potentatum sibi arctissimis sanguinis et necessitudinis vinculis coniunctorum auxiliis, quibus alii nonnulli fortasse

nitantur, dici velit, Archidux Ernestus longe maiora certioraque,^{k)} tum a Caesareae Maiestatis fratribus, Serenissimis Archiducibus Ferdinando et Carolo, tum Serenissimo Hispaniarum Rege Chatolico, terra marique potentissimo, qui tali casu Serenitatum Suarum nepoti aud^{z)} dubie minime defuturi essent, ac compluribus aliis, tam Germaniae quam Italiae, Principibus policeri^{z)} possit. Cum vice versa hi, qui Archiduci Ernesto competitores esse poterunt (nisi forte talem aliquem in Regem assumendum duxeritis, cuius assumptione Regnum istud, quod hucusque in libertate vixit, mox in servitatem redigendum ac eiusmodi iugum subiustum sit, quod postmodum excutere frustra conabimini), ut tales futuri sint, ut huiusmodi necessitate ingruente parum vel nihil defensionis vel opis ab illis sperare liceat, ipsis vel nulla potentia pollutibus, vel iis locis, a quibus ea expectari possent, tam longe a Polonia dissitis, ut non solum tardissime auxilia illa explicari et in Poloniam adduci, verum etiam Caesarea Maiestate et aliis Domus Austriacae Principibus, quorum Regna terra ac mari interiacent,^{l)} invitis difficilime isthuc transire queant. Nam quod ad Turcica auxilia spectat, in quibus forte aliquid sibi magnum praesidium fore sperant, Caesarea Maiestas a vestro tot amplissimorum virorum Senatu sibi nequaquam persuadere potest vos vobis ipsis, coniugibus et liberis vestris, patriae denique totique Reipublicae Christianae tam infestos fore ac pessime consulturos, ut tale malum ac extreum vestrum ipsorum exitium ultro accersatis, quin potius aliorum lamentabili exemplo cautos, ut huiusmodi suspecta auxilia ac periculosa in Regnum istud admittatis, ullis persuaderi artibus vos adduci minime passuros esse, ne iis admissis vos tandem facti vestri sero ac frustra poeniteat.

Superest, ut de aliis quoque commodis dicamus, quae vobis tum publice,^{m)} tum private Serenissimi Archiducis Ernesti electione expectanda erunt. Quo in loco vobis istud primum policeri possumus, quod Serenitate Sua in Regem Poloniae assumptaⁿ⁾ omnia in suo pristino ordine et statu permanebunt, privilegia, iura, leges, consuetudines, exemptions et immunitates non modo non infringentur vel labefactentur,^{z)} verum etiam tum in universo totius Regni ordinum corpore, quam singulis eius membris integre conservabuntur, confirmabuntur ac,^{o)} si qua in parte Regno expedire visum fuerit, augebuntur. Distributiones item ac collationes functionum et officiorum, tum ecclesiasticorum tum secularium, iuxta ordinationes et constitutiones Regni nullis extraneis, sed indigenis tantum Polonis et Lituuanis, ut moris est, conferentur. Quemadmodum nec in Hungaria, nec in Bohemia a Maiestate Sua hactenus alter factum, ac extranei ad nulla penitus officia (militaribus in Hungaria exceptis, a quibus aliarum quoque nationum, ut quarum subsidiis Maiestas Sua pro Regni^{p)} illius defensione carere non potest, haud plane excludi queant) admittantur. Quod si tamen vel de hoc, vel de aliis articulis leges, quas Serenissimum Archiducem Ernestum ad Regnum assumptum servare velitis, ferendas duxeritis, illud vobis promissum erit. Serenissimus autem Archidux quaecunque promiserit, sancte adimplebit.

Cum Regno huic graves iam diu tam de Prussia, quam Livonia controversiae^{z)} cum Sacro Imperio intercesserint, ac eae quidem tales sint, ut nisi eas sopiendi idoneae rationes ineantur, gravissimis aliquando motibus causam atque matricem subministrare possint, Caesarea Maiestas plane confidit Archiduce Ernesto in Poloniae Regem electo controversias istas componendi opportuna aliqua media inventum iri. Quam ad rem Maiestas eius omnem suam operam atque studium impendet idque se effecturum sperat, ut sublati quibuscumque simultatibus, quae ob easdem

controversias inter Sacrum Imperium, vel saltem nonnullos eiusdem Principes, et Poloniae Regnum¹⁾ hactenus extiterunt, non solum nihil amplius periculi, sed et iis, de quibus diximus, necessitatis casibus eidem Sacro Imperio, non parum nobis praesidii atque auxilii expectandum sit. Eodem modo multi²⁾ suae curae erit, ut Narvicae navigationis negotium cum Serenissimo Daniae Rege ac civitatibus maritimis per opportuna media componi ac septuaginta Germaniae civitatum maritimarum, quas vulgo Hansestete vocant, societas restitu queat. Atque insuper se cum Serenissimo Hispaniarum Rege Chatolico omni maiori studio in id acturum offert, ut de Barenthus Ducatus et Rosanensis Principatus negotiis necnon redditibus Neapolitanis Poloniae Regno aequis rationibus satisfiat. Nec dubitat hanc suam intercessionem atque operam apud patruellem, fratrem et generum haud sine fructu fore. Quod si etiam vobis non displicerit, Maiestas Sua eundem Serenissimum Hispaniarum Regem ad fedus cum Poloniae Regno ineundum ac ferrenda²⁾ terra marique auxilia inducere studebit.

Ad haec Serenissimus Archidux Ernestus offert se in recuperandis iis locis et dominiis, quae ad Moschum Poloniae Regno erupta sunt, recuperandis²⁾ nihil laboris vel studii praetermissurum seque hac in parte nihil minus, quam alium quempiam praestitum plane confidit. Nec videmus sane, quod alias quispiam ulterius quam Serenitas Sua hoc loci praestare vel etiam policeri possit.

Insuper praeter mutuam illam amicitiam, concordiam, bonam vici-nitatem ac animorum benevolentiam, quam hac electione inter Poloniam et Maiestatis Suae Regna et dominia conservatum iri dictum est, pacta quoque et federa, quae Hungaria et Bohemia cum Poloniae Regno habent, firmabuntur ac stabilientur, comertia insuper et negotiatio, quae hucusque neutri Regno incommoda vel inutilia fuerunt, plurimum promovebuntur.

Ea vero pacta et foedera, quae cum³⁾ Turcarum Imperatore sunt, Archidux Ernestus non solum observabit, verum etiam, si opus sit, resignabit, nec usurus est bello in Hungaria contra Turcas existente, Poloniae et Lituaniae viri etc., vobis invitatis.

Quemadmodum etiam alias ex arbitrio ordinum et statuum bello vel paci studebit. Caesarea autem Maiestas erga filium suum Ernestum, tum ob paternae pietatis officium sanctissimumque affectum, tum ob singularem obsequentissimi filii probitatem eiusdemque miram virtutem, maiorum suorum imitationem ita se benigne liberaliterque praebebit, ut omnes homines intelligent, quod tam chari et tam multis de causis grati¹⁾ ac periucundi filii condecentem rationem habuerit eundemque non indotatum a se dimisserit.²⁾

Atque ut ad privatos quoque huius electionis commoda redundant, Maiestas Sua centum adolescentes nobiles Polonus et Lituanos, vel plures etiam, suis sumptibus sustentabit Viennae et in aulis Principum, vel alibi in Germania, Hispania, Gallia, pro commoditate et ingenio cuiusque adolescentis, ut in linguis, liberalibus disciplinis et militaribus artibus a prima iuventute exerceantur.

Praeterea Maiestas Sua eiusdemque filius Serenissimus Rudolphus Hungariae Rex ad tempora vitae Archiducis Ernesti concessuri sunt liberam facultatem Dominis Polonis et Lituanis exportandi vinum ex Ungaria absque vectigalium persolutione. Serenissimus autem Archidux Ernestus habiturus est in aula sua officiales et consiliarios Polonus et Lituanos, cum certo et honesto salario aliquot milium florenorum ad evitandas corruptiones et ut maturius expediantur supplicantium causae.

Cumque gens Polonica fortissima sit et bellicosissima ac nobilium opera in magnis et praecipuis militaribus officiis Reipublicae Christianae usui esse possit, Caesareae Maiestati curae erit, ut non solum in Regnis suis nobiliorum Polonororum virtute utatur, verum etiam apud Serenissimum Hispaniarum Regem ad amplissima militaria munia ac honorifica opimaque stipendia eosdem provehat. Ac denique tam Maiestas Sua, quam Serenissimus eius filius Hungariae Rex offerunt se et in aliis omnibus, quae ad vestra et incliti huius Poloniae Regni commoda, dignitatet et defensionem pertinebunt, Archiduci Ernesto filio, et fratri suo, necnon vobis omnibus et singulis ac ipsi Regno nusquam esse defuturos. Hisque omnibus non solum Caesarea Maiestas idemque Serenissimus Archidux Ernestus se pro eo, quo in omnibus suis actionibus versari consueverunt, candore et integritate plene satisfacturos pollicentur, sed et nobis ad Maiestatem et Serenitatem eorum de iis, quae ad hanc electionem necessaria fuerint, in amplissima forma obligandum et obstringendum specialia mandata dederunt, suo tempore vel quandounque vobis opportunum videbitur, producenda. Et haec sunt, quae Caesarea Maiestas suo et Serenissimi Archiducis nomine offert.

Iam vero si quis existimet easdem conditions, nempe Prutenici et Livonici negotii compositionem, Narvicae navigationis sublationem ac maris dominium, necnon societatis septuaginta illarum civitatum maritimarum restitutionem ab iis quoque praestari posse, is profecto si animo rem diligenter et accurate perpenderit, reperiet neminem christianorum Principum ea negotia commodius et efficacius ad eum, quem desideratis, effectum deducere posse, quam Caesaream Maiestatem. Cum non modo verisimile sit Maiestatem Suam apud Sacri Imperii electores aliosque Principes et status civitatesque maritimas autoritate plus valere, quam quispiam alias sibi polliceri queat, sed et istud certum sit, ut maxime idem status ac civitates maritima de huiusmodi articulis aliquos tractatus inire velint, id Maiestate Sua inscia ac invita nullo modo fieri posse. De Serenissimo Daniae Rege, qui et ipse quoad Helsetiae²⁾ Ducatum Sacri Imperii Princeps est ac illud recognoscit, Maiestas eius in his, quae Serenitatem concernunt, non minorem Maiestati Suae gratificandi promptitudinem expectat, quam alii fortasse sibi pollicentur.

Quod vero ad Barensem Ducatum et Rosanensem Principatum attinet, quis credit Serenissimum Hispaniarum Regem alteri cuiquam potius, quam Caesareae Maiestati eiusdemque filiis charissimis, tam multiplicibus arctissimisque sanguinis et affinitatis vinculis coniunctissimis, vel his vel aliis quibuscumque in rebus, quae ad inclitum Poloniae Regnum pertinebunt, gratificaturum ac non maiorem tam arctissimae illius necessitudinis et propinquitatis, quam mutuae sincerae veraeque, fraternalae et constantis amicitiae rationem esse habiturum. Verum dixerit aliquis competitoribus aliis huius Regni nulla existere cum vicinis Poloniae Regno nationibus disidia, nulla odia vel controversias, esse pacem perpetuam cum Turcarum Principe et Valachiae cessionem fore. Caesarea Maiestas facile credit, cum longius a Polonia absint atque ob id cum vicinis eidem nationibus ipsis his in locis haud multum rei esse potuerit, nihil quoque disidii illis hactenus cum iisdem nationibus fuisse. Atque nec Maiestas Sua ullius controversiae, quae cum quoque vicinarum nationum Principe vel statu hoc tempore ipsi intercedat ac^o) hostilitatem aliquam sapiat, sibi conscientia est.

Nam ad memoratum Turcarum Imperatorem quod attinet, vobis haud ignotum esse arbitramur Caesaream Maiestatem Suam iam pridem

octennales inducias cum illo pepigisse. Eae vero non modo in hodiernum usque diem ultro ultroque observatae sunt, verum etiam earundem induciarum, quarum annus quintus vix integre praeterit, prorogationi (si ita rebus expedire Caesaream Maiestatem duxerit) a Turcis haud difficulter locum datum iri arbitramur, adeoque ex his et aliis nonnullis causis facile fieri poterit, ut Maiestati Suae, praesertim Serenissimo Archiduci Ernesto, cum iisdem Turcis aeque firma ac diuturna^u pax sit, ac si alius quispiam in Regem Poloniae eligeretur. Nec sane credendum est Turcas ob hanc Serenitatis Suae electionem Poloniae Regnum infestis armis^v petituros, sicque abrupta cum eodem pace Maiestatem quoque Suam in se concitatueros, quin potius tanto firmiores utrinque pacem culturos sicque hanc Serenissimi Archiducis Ernesti electionem longe plus momenti ad perpetuam illam pacem allaturam esse, quam alio quopiam electo. Cum nemo non hactenus multifariam ac recenti quidem exemplo, nec sine magno Christianae Reipublicae malo expertus sit, quid alias Turcicis illis foederatis, quantumvis firmissime roboratis, fidendum nec de eo dubitandum tali aliquo, qui Turcis gratus ac commodus sit, ad Regni gubernacula evecto alterutrum certo sequuturum esse, ut scilicet is vel a Turcarum Imperio ac metu prorsus pendere, vel id recusans, hoc ipsi belli periculum, quod Archiducis Ernesti electionem minus timendam fore ostendimus, omni externo auxilio destitutus subire cogatur. In utrumque vos una cum vestris privilegiis, libertatibus, immunitatibus et iuribus in summum discrимen coniiciamini.

Quod autem Turcae Valachia sua sponte cessuri sint, nobis haud verisimile videtur. Neque sane cuiquam, qui illorum naturam ac ingenia hactenus nimis saepe perspecta non omnino incognita habet, dubium esse potest, quam res haec suspecta, anceps et incerta sit, cum hactenus Imperium suum non minuere, sed quacunque possunt arte praeferre assuetos,^w hunc bolum suis faucibus eripi haud facile passuros, nedum ultro ea provincia cessuros esse credendum sit, nisi forte in eum finem consulto id faciunt, ut sui voti compotes id, quod dederunt, mox non sine fenore repeatant, ac vobis vel Rege electo refragantibus eandem ditionem cum aliarum quoque provinciarum, illi adiacentium, periculo armis invadant atque occupent.

Quae cum ita sint, utique nos, quae cuinam^x est summa prudentia ac rerum usus facile aestimaturus, confidimus, a quo vobis non solum quamvis necessitate ingruente plus praesidii et auxilii, verum etiam tam publice,^m quam privatim maiora commoda expectanda ac quid aliorum competitorum promissis tribuendum sit; adeoque his omnibus ac quae praeterea hoc incliti Regni statu consideranda sunt, recte sapienterque persensis, ita iudicatueros esse. Quod etiam si competitoribus^y omnia ea, quae offerunt, praestare possibile foret, nihilominus amplissimo tamen isti Regno totique Reipublicae Christianae, cuius illud tam insigne membrum est, longe potiora ac salubriora futura sint ea, quae Caesaream Maiestatem, Serenissimum eius filium Archiducem Ernestum re ipsa integre ac sincere praestituros esse vobis certe polliceri possumus.

Ac perinde condigna ratione habita tum eorum omnium, tum et memoratae multiplicis arctissimaeque necessitudinis et propinquitatis, necnon Maiestatis Suae Regnorum, praesertim vero Bohemiae cum Poloniae Regno antiquissimae coniunctionis (in quibus utique haud ullus alias Princeps vel natio in toto Orbe Christiano Maiestati Suae eiusdemque filiis et Regnis comparari poterit) ac insuper praeclarissimarum ac tanto Rege dignissimarum virtutum et qualitatum, quas in Serenissimo Archi-

duce Ernesto elucere ostendimus, quaeque tales sunt, ut nulli alteri cedat, vos eundem caeteris quibuscumque competitoribus in hac vestra futura electione praelatueros esse, plane persuasum habentes, vos hoc pacto dulcissimae patriae, coniugibus et liberis vestris totique Reipublicae Christianae optime consulturos, antiquum incliti istius Regni decus, dignitatem, privilegia, libertatem, leges, consuetudines et iura sarta tecta inviolataque conservaturos ac veteribus illis Hungariae et Bohemiae Regorum pactis et foederibus firmissime stabilitis, quam maxime tranquillo florenteque eius Regni statu usuros esse. Negotiationem insuper et comertia mutua plurimum promotum, controversias vero, quae Regno isti cum Sacro Imperio eiusdemque Principibus aliisque statibus, necnon Hispaniarum et Daniae Regibus intercedunt, facilime sopitum iri ac denique, praeter complura alia commoda, vobis quamvis hostilis necessitatis casu longe firmiora certioraque praesidia quam a quoque alio, tam in propinquuo ex Caesareae Maiestatis Suae Regnis et dominiis, tum etiam, ubi opus fuerit, alicunde praesto fore.

Quod superest, Deum Optimum Maximum iterum atque iterum oramus, ut mentes vestras ita gubernet,^{aa)} quo in hac omnium gravissima deliberatione, qua omnes Reges et Principes in vos oculos coniectos habent, et vobis et universo Orbi Christiano quam maxime salutaria consilia amplessi^{z)} esse sicque omnium de vestris prudentissimis iudiciis conceptae expectationi respondisse censeamini.

- | | |
|--|---|
| a) <i>in ms. oratores</i> | <i>niae assumptam</i> |
| b) <i>hic titulus in separato folio repetitur.</i> | <i>o) in ms. hac</i> |
| c) <i>in ms. intensivo</i> | <i>p) in ms. Regnis</i> |
| d) <i>in ms. Principem</i> | <i>r) in ms. Regum</i> |
| e) <i>in ms. ab nepote</i> | <i>s) verbum: cum in margine additum.</i> |
| f) <i>in ms. matura</i> | <i>t) in ms. gratis</i> |
| g) <i>in ms. asuetos</i> | <i>u) in ms. adiuturna</i> |
| h) <i>lectio incerta</i> | <i>v) in ms. verbum: armis repetitur.</i> |
| i) <i>in ms. ratio</i> | <i>w) in ms. assuestos</i> |
| j) <i>in ms. principium</i> | <i>x) in ms. uinam</i> |
| k) <i>in ms. cetioraque</i> | <i>y) in ms. competitores</i> |
| l) <i>in ms. interiacet</i> | <i>aa) in ms. gubernat</i> |
| m) <i>in ms. publicae</i> | <i>z) sic in ms.</i> |
| n) <i>in ms. Serenitatem Suam in Regem Polo-</i> | |

N. 30.

Lutetiae Parisiorum, 13.IX.1573.

*Carolus IX rex Galliae
universis
articulos a Polonis in electione Henrici ad coronam Poloniae propositos
confirmat.
(Exempl.*))
A.M.F. F. 4293, f. 92-93.*

Carolus, Dei gratia Francorum Rex.
Significamus hisce litteris nostris quorum interest universis et singulis, quod post mortem divi Sigismundi Augusti Polloniae Regis et

Magni Ducis Lythuaniae etc. miseramus ad status et ordines Regni Polloniae et Magni Ducatus Lythuaniae fideles ac nobiles dilectos Iohannem Monlucium Episcopum Valentiae, Consiliarium in secreto nostro consilio, Aegidium Noaillium, Abbatem Insulae, libellorum supplicum in regia nostra Magistrum, et Guidonem Sangellazium Lansacum, Camerarium Equitemque ordinis nostri et Seneschallum Agenensem, oratores et commissarios nostros et Serenissimi Principis, fratris nostri charissimi Henrici, Andium, Alvernorum, Borboniorum Ducis, Comitis Marquiae Foresti, Guercii, Rovergui, Monforti, nunc vero Polloniae Electi Regis ac Magni Ducatus^{z)} Lythuaniae, ut^{a)} de eodem fratre nostro in locum praefati divi Sigismundi Augusti Regis et Magnae^{z)} Lythuaniae Ducis sufficiendo atque Rege creando agerent divinique numinis instinctu in Comitiis electionis Regis sub Warsovia habitis ordines Regni Polloniae et Magni Ducatus Lythuaniae praedictum fratrem nostrum Regem creasse, conditionibus et articulis inter eosdem ordines ac oratores nostros ibidem^{z)} conclusis intervenientibus. Quorum quidem tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: Articuli pactorum conventorum inter etc.^{a)}

Quibus preinsertis conditionibus et articulis stare ac eosdem adimplere volentes, postquam recitatos coram nobis sigillatim expendimus et consideravimus, eos gratos et ratos habentes approbavimus et confirmavimus, approbamus confirmamusque hisce litteris nostris. Et ita de unoquoque illorum cavemus et haeredes successoresque nostros non minus quam nos obligent promittantur,^{z)} pro nobis et pro Serenissimo fratre nostro spondentes bona fide existimationisque nostrae periculo et pignore omnium nostrorum bonorum mobilium et immobilium, praesentium et futurorum, quaeque^{z)} ad nostros haeredes et successores pervenient, ac sub iuramento a nobis in manibus oratorum dicti Regni Polloniae praestito nos fratremque nostrum ac haeredes nostros omnes conditiones et articulos predictos inviolabiliter observatueros et adimpletueros sine exceptione, nec unquam iis directe vel indirecte contraventuros, et ratos Regni Galliae parlamentis, officiis et ceterisque,^{z)} quorum intersit, nos, haeredes et successores nostros effectueros et praestatueros.

b) Praeterea vero quod ad priorem articulum attinet,^{c)} ita eum declaramus, quod cum absque ordinibus universis Regni Polloniae foedus caeteris de rebus, quae in articulis suprascriptis non sunt expresse, quibus utrique Regno opus esse possit, concludi nequeat, oratoribus nostris, quos mittemus ad coronationem Serenissimi Regis Polloniae Electi, fratris nostri charissimi, dabimus plenam facultatem damusque cum hisce litteris nostris adjunctum ac cuilibet illorum in solidum foederis huius cum ordinibus Regni Polloniae et Magni Ducatus Lythuaniae, ac oratoribus nostris conveniet, amplificandi, ratis tamen manentis^{z)} conditionibus de hoc foedere in articulis suprascriptis expresso. Etiam si contigerit nihil amplius a nostris oratoribus cum ordinibus Regni Polloniae ac Magni Ducatus Lythuaniae in Comitiis coronationis praedicti fratris nostri sanciri et concludi. Ac item eam huiusdem^{z)} articuli partem, qua obligamur, ut si aliquando quispiam hostium Regnum Polloniae et Magnum Ducatum Lythuaniae dominiaque iis adjuncta iusto exercitu adoriri volet, nisi admoniti amice a nobis ab incepto desistant, Regnum Polloniae ac Magnum Ducatum Lythuaniae peditatu Vasconio vel equitatu Germanico vel pecunia, prout ordinibus dictis videretur, iuvemus, ita interpretamur, ut omnes quicumque Regnum illud^{d)} invaderent, nullis exceptis, praetextu cuius[vis] prioris aut posterioris necessitudinis aut pactionis, hostes Polonorum nominant^{z)} nos profitemur^{z)} adversusque eos, nisi

quamprimum a nobis moniti amice sine ulla commutatione a incepto de-sistant, auxilium illis nos laturos, ut supra scriptum est, nos polliceamur.

Item quod ad articulum de quatuor millia^{a)} Vasconium statibus ac ordinibus Regni in usum belli adversus Moschorum Principem a nobis promissis, ita ut iisdem in sex menses stipendia persolvamus, spectat, profitemur nos obstrictos esse, cum status Regni significabunt nobis, ut haec quatuor milia Vasconum^{c)} transmittamus, illa quamprimum trans-mittentur cum effectu, ita ut iis non status Regni Polloniae, sed nos liberum transitum praestare teneamur, atque a die, quo fines ditionum Regni Polloniae vel Magni Ducatus Lythuaniae attigerint, in sex menses stipendia persolvamus. Et cum oratores nostri ac Serenissimi fratris nostri in Comitiis electionis spem statibus Polloniae fecerint, si Gasconum opera post sex menses Regno Polloniae sit necessaria, in alios sex menses nos stipendia iisdem Gasconibus in gratiam fratris nostri charissimi soluturos, ut de nostro erga fratrem nostrum amore ordinibus ac statibus Regni Polloniae, ac in alios quoque nostra propensione et favore, constare possit. Ita ut spem fecerunt oratores dicti, in alios sex menses quatuor millibus Gasconum peditum, si illorum opera Regno fuerit necessaria, stipendia nos et successores nostros numeraturos et datus pollicemur.

b) Articulum item de classe^{c)} ita declaramus, quod frater noster Serenissimus, Polloniae Rex Electus, Magnus Dux Lythuaniae, extruet, armabit et alet classem sumptibus suis Gallicis, quae ad dominium maris littorum Regni et Magni Ducatus Lythuaniae ac dominiorum iis adjunctorum, pro utilitate Regni Polloniae, secundum iura, privilegia ac leges eiusdem Regni tuendam, et ad tollendas navigationes, quae Regno Pollo-niae ac Magno Ducatu Lythuaniae et portibus eorundem damnum et incommode afferent.

Quod vero iidem oratores in Comitiis electionis recipierint,^{d)} Serenissimum fratrem nostrum curaturum, [ut] vel primo quoque tempore emporium aliquod nobile in portu aliquo Gallico mercatoribus de mercimoniis Pollonicis instituatur. Dabimus damusque iam plenam facul-tatem oratoribus suprascriptis, quos in Polloniam [ad Comitia] corona-tionis fratris nostri, Serenissimi Polloniae Regis Electi, mittemus, coniunc-tum ac cuiilibet illorum in solidum de hoc emporio cum ordinibus et statibus Regni constituendi, libertate commeandi et quemvis^{e)} commercia faciendi Regni Polloniae et Magni Ducatus Lythuaniae dominiorumque annexorum hominibus in Gallias, Alexandriam et terras novas eo iure eaque libertate, qua Galli utuntur, ab oratoribus nostris et Serenissimi fratris nostri in Comitiis electionis statibus et ordinibus Regni Polloniae nomine nostro promissa et a nobis confirmata, salva manente.

Item cum singulis annis, quoad Serenissimus praedictus frater noster vivet et in Polonia regnabit, ex pactione ab oratoribus nostris in Comitiis electionis fratris nostri [facta] inferi^{f)} debeant ex Gallia in Regnum Polloniae quadraginta quinquaginta milia florenorum, charissimo fratri nostro primum, deinde omnibus Regni Polloniae ac Magni Ducatus Lythuaniae ordinibus sancte pollicemur et spondemus futurum omnino, ut ea pecuniae summa singulis annis et re ipsa ac integre in Polloniam importetur, obligando etiam hac in parte bona nostra quaevis mobilia atque immobilia, si quid ad eam summam defuerit. Immo hoc amplius promittimus et recipimus: neque nos neque successores nostros unquam passuros esse, ut illius veteris aut novae constitutionis Gallice colore quesito aut alicuius instituti de consuetudinis provincialis causas pie^{g)}^{h)} ne cuiusvis praetextu pecuniae illius transactio impediatur aut

bonorum illorum, quae nunc in Gallia Serenissimus noster frater quovis iure suo possidet, ulla unquam fiat tam ipsi, quam ipsius haeredibus, diminutio aut in dubium revocatio per nos, haeredes et successores nostros et alios quosvis. Eam vero pecuniam quotannis illatam, ut supra scriptum est, fratri nostro in usus Reipublicae arbitrio suo impendet. ^{b)} Pecuniam vero, quae ut ad Regnum Polloniae appulerit,^{c)} dimidiam partem debitorum a Regno Polloniae persolvat, fratrem nostrum iam secum asportaturum et temporibus in Comitia electionis pactis et assignatis omnia debita Regni, quae in oratione oratorum nostrorum et Serenissimi fratris nostri initio Conventus electionis habita nominantur et a Senatu Regni, cuius ac^{z)} de re relationi, utrum iusta sint necne, standum erit, iudicabuntur, exoluturum fratrem nostrum pollicemur et spondemus.

Quae vero de schola Cracoviensi et centum filiis nobilium educandis Serenissimi fratris nostri nomine ordinibus et statibus Polloniae promissa sunt, ea^{t)} fratrem nostrum (ratione) ac modo, qui a Serenissimo fratre nostro in Comitiis coronationis constituetur, adimpleetur primo quoque tempore et, quoad vivet, praestiturum pollicemur. Quos quidem posteriores seu eorum declarationes ac conditiones et omnia singula in iis contenta et expressa haud secus cum^{z)} superiores eadem fide et obligatione, qua supra nos ac Serenissimum fratrem nostrum haeredesque, successores nostros inviolabiliter observatueros, executuros, praestituros et adimpletueros et Regni Galliae parlamentis, officiis et omnibus, quorum interierit,^{z)} ratos reddituros et effecturos, quibus[vis] excusationibus iuris vel facti remoti[s] pollicemur respondemus,^{z)} superioribus tamen articulis nihil derogando.

Itaque mandamus et praecipimus^{e)} omnibus nostris parlamentis, ut has nostras litteras legendas, publicandas et in acta ipsorum referendas curent.

In cuius rei fidem et testimonium has dictas litteras manu propria subscrisimus et nostro sigillo obsignari coluimus.^{z)} Datum Lutetiae tertiodecimo mensis Septembris anno Domini 1573, Regni nostri tredecim.^{z)}

In dorso: Articuli confirmati a Rege Christianissimo.

a) *in ms. et*

g) *in ms. praecipimus*

b)-c) *verba linea subducta.*

z) *sic in ms.*

d) *hic in margine: articuli et conventiones*

*) *Cfr. similes litteras Henrici regis in El. ad
Font. Ed. XVII, N. 154.*

e) *hoc verbum supra lineam scriptum est.*

f) *in ms. et ad*

N. 31.

s.l., s.d. [1573]

Ignotus

ignoto

«Capitoli dati a Monsignore fratello del Re dai Polacchi».

("Avviso")

A.M.F. F. 4293, f. 95.

Capitoli dati a Monsignore fratello del Re dai Pollachi.

Che Monsignore porterà de suoi beni et intrate di Francia fino alla somma di 600 mila franchi, ch'egli menarà seco 6 mila Guasconi per sua guardia et da impiegarsi a far la guerra contra i Moscoviti.

Ch'egli menerà delle persone dotte di Francia, d'Italia et d'Allemagna.
Ch'egli tratterrà in Francia cento gentilhuomini Pollacchi, la mettä
ai studii et l'altra mettä alle arme.

Che li Francesi ch'egli menerà non saranno ricompensati dei stati et
officii di Pollonia, ne quali li Pollacchi saranno provisti.

Che li sudetti Francesi non potranno acquistare beni stabili.

Che'l Re non haverà che due terre, nelle quali ei si possa fortificare.

Ch'egli manterrà le conventioni et capitulationi fatte col Turco et il
Re di Suettia, et manterrà parimente gli ordini politici del Regno et ciascuno
nella sua relligione.

Per il suo piatto gli sarà dato un million d'oro et 500 mila ducati pe'
suoi minuti piaceri.

Haverà per sua seguita 500 gentilhuomini del paese trattenuti.

Che la giurisdittione et cognitione di tutte le cose resterà ai potentati
et al Re la sola cognitione de ponti d'onore tra la nobiltà.

Et verranno incontro dai confini d'Allemagna 1500 cavalli per ricevere
Sua Maestà.

N. 32.

Kamień, 16.V.1573.

Ignotus

ad rei memoriam

*articuli pactorum conventorum inter legatos regis Galliae et Polonos in
electione Henrici Valesii.*

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 96-98.

Articuli pactorum conventorum inter Illustrissimum Senatum et amplissimos status ac ordines incliti Regni Poloniae ac Magni Ducatus Lithuaniae ab una, et Reverendissimum Dominum ac Magnificum Dominos Ioannem Monlucium, Episcopum et Comitem Valentiae, Aegidium de Noales, Abbatem Insulae, et Cuidonem Sangelassum, Dominum a Lansak, Equitem Ordinis Sancti Michaelis, Serenissimorum Principum Domorum Caroli, Dei gratia Regis Galliarum Christianissimi, fratrisque sui Henrici, Andium, Borboniorum et Alvernorum Ducis, nunc vero electi Poloniae Regis, ad eosdem status et ordines Regni missos oratores.

Quandoquidem ita placuit Domino Deo, qui solus corda hominum movet et disponit, ut de unanimi sententia atque libero assensu omnium statuum atque ordinum incliti huius Poloniae Regni, Ducatus Lithuaniae ac coeterarum provinciarum ad ipsum Regnum pertinentium memoratus Illustrissimus Princeps Dominus Henricus, Andium, Borboniorum ac Arvernorum²⁾ Dux, esset in Regem Poloniae atque eundem Magnum Lituanie Ducem ac coeterarum Regni provinciarum Principem et Dominum libere electus et publice declaratus, adessent aulae ipsius Illustrissimi Principis^{a)} et eius fratris Christianissimi^{b)} Galliarum Regis Nuncii supra nominati, cum plena ac sufficienti potestate ab eisdem Principibus suis hic ad status et ordines in Poloniae Regnum missi, cum quibus pro salute et incolumitate huius Regni ac totius Reipublicae Christianae certa pacta seu conditiones, ipsis Serenissimis Principibus per dictos oratores eas

sponte offerentibus, coeteris autem a statibus Regni expeditis, sunt inita et sancita in hunc, qui sequitur, modum.

Primo, foedus perpetuum inter Galliae et Polloniae Regna atque eorum provincias omnes hominesque in eis degentes constare debet^{c)}, procurantibus et promoventibus illud super memoratis Serenissimis Principibus, Galliarum et Poloniae Regibus. Verum quoniam de tanto negotio, quatenus ex re utriusque provinciae foret, nihil nunc absque Principibus ipsis transigi potest, cum multa hic agenda essent, quae magna deliberatione indigerent, ideo tractatu^{d)} ipso de foedere hoc sanciendo in aliud tempus reiecto, oratores ipsi ex concessa sibi ab ipsis Principibus suis facultate haec iam in praesentia Regno huic Polonico et eius statibus clare et aperte nomine Serenissimi Galliarum Regis detulerunt, ut si aliquando hostis quispiam et quevis alia gens inimica hoc Regnum vel eius provincias non levibus^{e)} excursionibus, sed iusto exercitu adoriri vellet, Regem Christianissimum curaturum esse amice agere cum illis hostibus, ut a bello inferendo abstineant. Quod si obtinere nequierit, peditatu Regnum hoc iuvabit, si ita status Regni optaverint^{f)}, qui ad fines Regni transmittatur. At si pro peditatu Vasconico equitem tum Germanum statutus Regni optaverint^{f)}, id ipsum etiam Rex Christianissimus prestabat aut, si ita statibus magis ex re videbitur, pecuniis eos iuvabit, quemadmodum etiam vicissim Galli si equitatu Polonico egeant, illo a Polonis adiuvabuntur, stipendiis ab illis acceptis.

Item offerunt ac spondent iidem oratores statibus ac ordinibus Regni nomine Christianissimi Regis in usum belli contra Moscovium Principem quatuor millia Vasconum^{g)} peditum electissimorum, quibus etiam stipendia Christianissimus Rex in sex menses persolvere debebit. Quod si post sex menses eorum opera sit necessaria ad sex alios menses, illud tempus Regem Christianissimum fratri suo charissimo stipendia, quae requirentur, non denegaturum existimant, et tamen quidquid sit ad ea persolvenda, redditibus Polonicis Serenissimum Regem Poloniae electum non esse usurum. Interim tamen de ratione istius belli suscipiendi contra Moscovium,^{z)} in cuius usum Vascones ipsi adhibendi sunt, deque ratione victus et alimoniae illis regionibus, quae adduci debent, status Regni Serenissimum suum Regem electum tempestive praemonere debebunt, ut enim illis etiam quid certi pro ratione annonae de stipendiis constitui possit.

Item promittunt oratores predicti nomine ipsius Regis electi, quam primum Deo volente ad Regnum suum venerit, classem necessariam et sufficientem ad tuendos portus et dominia maris littorum Regni et provinciarum adiacentium, quatenus se porrigit omnis ille trattus^{z)} ditionis Poloniae, suo sumptu alere, quam etiam ita instituit, ut res et necessitas^{h)} suadebit et status Regni censebunt. Cuius classis magnum usum fore animadvertisunt ad impediendam Narvicam navigationem, sive illum etiam ipsum portum Regno acquirendum.

Item pollicentur nomine ipsius Regis electiⁱ⁾ curaturum eum primo quoque tempore emporium aliquod nobile in portu aliquo Gallico mercatoribus^{j)} Polonicis instituere, similiter et mutuum usum^{k)} commerciorum ordinare, adhibitis ad eam rem peritis rei mercatoria et nauticae, absque quorum consilio eiusmodi negotiationes recte institui non possint. Iam autem nunc offerunt ipsi oratores nomine Serenissimi Galliarum Regis liberam potestatem commeandi et quovis commertio fruendi nostris hominibus in Galliam et Alexandriam atque terras novas eo iure eaque libertate, qua Galli utuntur.

Item promittunt et spondent iidem oratores nomine Serenissimi Regis electi singulis annis, quoad vivet Rex Poloniae¹⁾, ex redditibus suarum provinciarum, quas in Regno Galliae habet, quadringenta quinquaginta millia florenorum pecuniae se huc^{m)} in Regnum Poloniae illatrum et in usum Reipublicae impensurum pro arbitrio suo.

Item consulendo honori atque existimationi huius Regni, cum intellexerint illud esse gravi aere alieno oppressum, pollicentur dicti oratores eiusdem Serenissimi Regis electi nomine, nomina seu debita Reipublicae, cum assensu Senatus per defunctum olim felicis memoriae Regem facta, aut etiam a morte illius usque adventum ipsius Serenissimi Regis electi Reipublicae causaⁿ⁾ contracta, quorum ipsimet Senatores et status Regni rationes Suae Maiestati indicabunt ac in scriptis proferent, id Sua Maiestas pecuniis suis persolvet, dimidiā partem, cum primum huc^{m)} ad Regnum appulerit, reliquum autem intra decursum duorum annorum proxime sequentium. Hoc autem nomine sive quibusvis aliis quaecunque in commodum atque beneficium istius Reipublicae faciet et prestabit, nil sibi esse cautum aut repositum a Republica Regni huius volet, sed gratis et libenter illi resignabit ea omnia, quaecunque illi aut omnes alteri donaverint.

Item spondent iidem oratores memoratum Serenissimum Regem electum Academiam Cracoviensem ad meliorem frugem rei literariae reducere, accitis^{o)} et deductis eo undecunque doctissimis viris, in qualibet facultate et professione literaria excellentibus professoribus, quos ibidem Academia Cracoviensis stipendiis suis alet et retinebit perpetuo.

Item promittunt et spondent supradicti oratores eundem Regem electum ad minus centum ex nobilium familia filios in eadem Cracoviensi sive etiam Parisiensi Academia ad tempus profectus illorum in literarium^{z)} suo sumptu alere. Quod si etiam status Regni maluerint dimidiā partem eorum in literis et aliam in armis, sive etiam in aulis Principum externorum exerceri, idem eorum arbitrio esse futurum.

Item recipiunt et spondent iidem oratores nomine supradicti Serenissimi Regis electi eum hic ad habitandum secum nullos peregrinos homines adducturum praeter paucos, quorum opera in ministerio domestico ute- retur, quos tamen postea remitteret, persolutis illis stipendiis de suo, nullas etiam possessiones aut dignitates, vel officia, illis concedet, sed tantum^{p)} indigenis Polonis iusta^{z)} statutum Regni.

Deinde vero, quae supra memorati oratores in oratione sua ad status Regni initio istius conventus habita et ipsis^{r)} iam per eosdem evulgata comprehendenderunt et statibus Regni obtulerunt, spondent ac recipiunt pro Dominis suis, Serenissimis Principibus Rege Galliarum et Rege Poloniae electo, omnia illa sincere et fideliter impleturos et cumulate etiam omnibus satisfacturos esse ipsos Principes, quae memorati eorum^{r)} oratores promiserunt.

Item recipiunt et spondent iidem oratores nomine Serenissimi dicti Regis electi eum omnia iura, privilegia^{s)}, libertates, immunitates, praerogativas, unicuique statui et homini ex incolis Regni Magnique Ducatus Lituaniae et omnium provinciarum illis adiunctarum, sive generaliter omnibus, sive specialiter singulis per Serenissimos Reges et alias Principes, antecessores suos, iuste et legitime concessa, vel quovis alio nomine quaesitas atque diuturno usu approbatas, sive nunc etiam circa electionem Regis sui ex unanimi et concordi omnium ordinum consensu sancitas, integre ac inviolabiliter servaturum atque etiam iuramento corporali vix

sibi traditam formam ante inaugurationem et coronationem sui confirmaturum et litteris ad ea necessariis muniturum.

Quae etiam supra scripta omnia et inde coetera consequentia in robur certissimum ac perpetuae firmitatis supradicti oratores nomine et loco Suarum Maiestatum iurarunt in debita forma et in evidenter testimonium ac robur firmissimum omnium suprascriptorum sigilla utriusque partis, tam statuum Regni quam ipsorum oratorum, hisce literis sunt adhibita cum subscriptione manuum eorundem. Actum et datum Varsovia in Campo Villae Kamiae, in comitiis magnis electionis Regis. Die XVI mensis Mai anno Domini MDLXXXIII.

- a) *verbum*: Principis *alta manu suprascriptum*
loco abbreviationis P.^{es}

b) *in ms.* sequitur *expunctum verbum*: *supra-*
nominati

c) *sequitur aliquod verbum illegibile*.

d) *in ms.* trattatu

e) *in ms.* loeibus

f) *in ms.* optaverit

g) *in ms.* Vasconium

h) *verbum*: necessitas *suprascriptum pro ex-*
puncto: necessitat

i) *verbum*: electi *suprascriptum*.

j) *in ms.* sequuntur *aliquot puncta*.

k) *verbum*: usum *suprascriptum pro quodam*
verbo expuncto. Sequitur *aliquid verbum*
illegibile.

l) *sequitur expunctum verbum*: erit

m) *in ms.* hunc

n) *verbum*: causa (*contractio*: ca) *suprascriptum pro aliquo verbo expuncto*.

o) *accitis suprascriptum pro verbo expuncto*.

p) *suprascriptum tamen expuncto*.

r) *suprascriptum pro verbo expuncto*.

s) *in ms.* privilegio

z) *sic in ms.*

N. 33.

s.l. [post 9.V.1573].

*Henricus rex Poloniae designatus
Regni Poloniae senatui
pro electione gratias agit.*

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 100.

Henricus Rex Poloniae designatus Reverendissimis, Illustrissimis, Illustribus, Spectabilibus, Magnificis, Generosis, Nobilibus, Dominis Archiepiscopis, Episcopis, Palatinis, Castellanis, Dignitariis et Officialibus Regni Poloniae salutem.

Quod antea summopere cupivi, ut Regnum Poloniae vestris suffragiis adipiscerer, id nunc perinde ac volebam successisse maxime laetor ac precor a Deo, ut mihi foeliciter eveniat et ut vobis, a quibus eam dignitatem obtinui, pacem, incolumitatem concordiamque afferat.

Posteaquam igitur audivi me omnium ordinum consensu electum esse in Regem vestrum, valde gavisus sum, cum propter accessionem tantae dignitatis, tum ob claritatem vestrae gentis ditionisque amplitudinem et convenientiam morum, quam nobiscum habetis. Nihil omnium rerum mihi poterat honorificentius afferri, cuius quidem vestri erga me meriti magnitudo tanta est, ut eam non modo habenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possim. Nam quod mihi, externo et absenti, tam praeclarum dedistis iudicii vestri testimonium, agnosco in eo nobilissimae

fortissimaeque nationis generosam facilitatem. Atque utinam liceat expectationem, quae de me istic concitata est, tueri ac sustinere.

Verum si adolescens adhuc opem aliquam Franciae attuli, dum Regi Christianissimo, fratri meo, impertior operam, nunc aetate provectior et usu firmior, tum honore regio per vos^{a)} auctus et tanto vestro beneficio affectus, enitar multo etiam magis Poloniae prodesse, cui tuenda, ornanda, amplificandae omnem meam curam dicavi. Nam quemadmodum vos ultro meae fidei credidistis, sic vicissim memet ipsum vobis animo et studio totum devoveo. Atque illud in primis propositum est efficere, ut omnes intelligent gubernacula Regni Polonici nulli potius quam mihi aut vestrum cupidiori et amantiori potuisse mandari.

Caeterum iucundum fuit officium, quod comuni patriae suae nomine prestitit vir summa nobilitate et prudentia praeditus singulari^{b)}, Panatostenus, Pincerna provinciae^{b)}, cum summa testificatione vestrae erga me et observantiae et benevolentiae, meumque in vos amorem non confirmavit solum, sed etiam auxit. Interea dum istuc omni festinatione propero, ut expleam expectationem desiderii vestri, et quae ad proficiscendum pertinent parantur, curabitis, ne quid Respublica detimenti capiat, sed ut omnia more maiorum, ut legibus patriis oportune administrentur. Hoc erit mihi pergratum et vobis non minus commodum quam honorificum. Deum, quaeso vestra consilia Reipublicae salutaria sint. Valete.

a) in ms. res

b) sequitur spatium album.

N. 34.

s.l. [1573].

*Carolus IX rex Galliae
senatoribus et equitibus Polonis
a Ponentowski de electione fratris edocitus, de ea gaudet.*

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 101.

Carolus, Rex Francorum, Reverendissimis, Illustrissimis, Illustribus, Spectabilibus, Magnificis, Generosis, Nobilibus Dominis Archiepiscopis, Episcopis, Palatinis, Castellanis, Dignitariis et Officialibus, ac universo ordini equestri amplissimi Regni Poloniae, salutem.

Non potui non maximo gaudio cumulari, cum audivi ex Panatosteno, Pincerna provinciae^{a)}, viro nobili et spectato, Henricum Andium Ducem, fratrem charissimum, in Comitiis Poloniae ad interregem indictis omnium ordinum una voce cunctisque suffragiis Regem esse declaratum. Ea enim electione non solum illius, sed meum etiam honorem facile intelligo contineri, neque unius dignitatem tantum amplificatam, sed comunem utriusque existimationem vestri praecipue iudicij praerogativa decoratam.^{b)} Ac personam regiam a vobis impositam sic (ut confido) geret, ut summam spem, quam de eo absente habuistis, mox presens Dei benignitate vincat. Est enim egregiis animi et corporis bonis praeditus eximiasque multas virtutes adauxit usu rerum maximarum, quas difficillimus nostris tempo-

ribus ab ineunte aetate trattavit^{z)}, dum vicariam nobis operam domi militiaeque prestat.

Quam ob rem vere possum affirmare illum non rudem, sed valde iam peritum Reipublicae gerendae istuc profecturum. Et quamquam non dubito, quin absentia eius multum incommodet rebus nostris meque privet non mediocri subsidio, quo allevabar, tamen potiorem ducens fratris dignitatem et Regni Polonici salutem meis commodis, ubi de ea electione hoc allatum est, quamprimum paranda constitui, quae ad profectionem pertinerent, ut se quanta maxima poterit celeritate exhibeat omnibus Polonis, qui eius desiderio tenentur, videndum et fruendum. Tum denique ut represententur promissa, quae oratores nostri utriusque nomine fecerunt. Quod si prius gentem Polonicam amavimus propter virtutis opinionem, quam de ea summam habuimus, velim existimetis magnum cumulum ad pristinum erga vos amorem accessisse ex hac nova fratris electione in Regem vestrum. Cumque duo Regna Franciae et Poloniae habitura sint Reges tanta necessitudine et benevolentia coniunctos, statui in posterum non minore studio tueri vel etiam augere dignitatem gentis Polonicae, quam nostrae, idque cum mea sponte faciam sedulo, tum a vobis admonitus cupidissime prestabo. Valete.

Sub textu alia manu: Literae misse^{z)} a Rege Poloniae electo ad Senatum et alios Principes, nec non aliae literae Regis Christianissimi ad eosdem.

a) sequitur spatum album.

b) in ms. decoratum

z) sic in ms.

N. 35.

Francoforti ad Moenum, 17.VIII.1573.

*Commissarii ab electoribus Imperii deputati
ad usum officii
de libero transitu electi regis Poloniae Henrici per ditiones Imperii in
Polonię.*

(*Exempl. Adest versio italica, f. 103-104, brevior, sub titulo « Sommario
del contenuto del passaporto concesso dall'Imperio al Re di
Pollonia ».*)

A.M.F. F. 4293, f. 102.

Habita matura deliberatione super iis, quae tam ex parte ordinum Regni Pollonie^{z)}, quam Serenissimi^{a)} Andium Ducis, Electi Polloniae Regis, a Sacra Cesarea Maiestate et nonnullis Principibus Electoribus de libera per fines Sacry^{z)} Romani Imperii transeundi facultate petita fuere, graves atque iustissimas subesse causas dicte Cesaree Maiestatis necnon Sacri Romani Imperii Principum Electorum legati, ad hunc conventum designati agnoscant, cur huiusmodi transeundi facultas denegari possit.

Cum autem simul recordentur, quantopere ob vicinitatis ius et aliis multis de causis Sacrum Romanum Imperium et maiores nostri Germani

iam olim de utraque natione et ipsarum Regibus bene mereri studuerint, ac tam ordines Regni Pollonici quam ipse Rex designatus non saltem^{b)} antiqua conionctionis^{z)} iura, que a multis seculis Romano Imperio cum Regno Polloniae intercesserunt, continuare, sed etiam auctiora reddere promittunt, nec Principibus suis nec sibi a maiorum vestigiis recedendum esse putarunt.

Itaque seclusis omnibus difficultatibus atque rationibus, in contrarium hocce tempore urgentibus, communis consensu in eam itum est sententiam: ad cetera beneficia atque amyttie^{z)} officia, quae cumulatissime in utramque gentem et Reges earum a Sacro Romano Imperio collata sunt, hoc ipsum etiam adiiciendum, ut fiat ipsi designato Pollonie Regi libera per Imperii fines hoc^{z)} vice in Polloniam transeundi facultas, modo si prius sub ingressum rite caveat se suosque sine iniuria, malefactione^{z)}, sed persoluto ubique commeatu pacifice et amice transiturum.

Deinde, ne praeter familium suum et clientelam (quorum numerus, ut quadrungentis vel et quingentis, pro ipsiusmet Regis declaratione, constet hominibus, facile tollerari poterit) alium secum millitem^{z)} ullum^{c)} traducat. Si vero praeter suos alias sibi comites itineris adiungere velit, ut ad eum numerum omnium transeuntium turmae^{d)} coactentur, ne universus comitatus octingentos homines vel equos, vel utraque coniunctim, excedat, ita tamen, ut praeter quadrungentos aut ad summum quingentos equites, quos secum Rex habere volet, caeteri turmatim alteri alteros per binos dies, quo commeatus recte omnibus subministrari possit, subsequantur. A cunctis autem transeuntibus illa vice norma servetur, cuius ab^{e)} hoc Senatu de scripto regio ad Cezaream^{z)} Maiestatem mencio^{f)} est tradita.

Non dubitant vicissim^{g)} legati, sed in ea expectatione nomine suorum Principum sunt Serenissimum Electum Regem Polloniae cum fratre suo Rege Galliae hanc erga se promptissime voluntatis significationem^{z)} grato animo excepturum^{h)}. Et vicissim, ut testatum facit Regi Sacrum Romanum Imperium eiusque ordines omnes, omnia amicitiae, societatis et vicinitatis officia atque signa, ubi ad sui Regni administrationem admissus fuerit, exhibiturum^{z)}.

Interea autem temporis accepto hoc responso opere pretium erit ipsius vicissim Cesareae Maiestatis legatis suam declarare voluntatem pro huius decreti patione,^{z)} ut in tempore quae ad huiusmodi profectionem pertinent, intelligenturⁱ⁾ illaque commode a statibus Imperii supportari et subministrari possint.

Decreta sunt hec in publico Senatu Sacrae Cesareae Maiestatis et Sacri Romani Imperii Principum Electorum commissariorum et legatorum, ad eam rem specialiter designatorum, Francofurti ad Moenum XVII Augusti anno MDLXXIII.

Ex Cancellaria Moguntina.

Descriptio viae et transitus, cuius in decreto nomine Cesareae Maiestatis commissariorum et Principum Electorum legatorum regio legato exhibito mentio facta est.

Sarbruckern

Pfaliz

Mainiz

Hessen

Hanau

Fulda
Sachsen hurnfursten
Stight ²⁾ Magdenburg
Sachsen
Nider Laussuitz
Brandenburg hurfurst
Polen.

In dorso: Passaporto concesso al Re di Pollonia per Alemagna.

- a) in ms. Sernissimi
b) forsitan errorr, pro: solum
c) in ms. ullam
d) in ms. potius: turinae vel furinae
e) in ms. ad, forsitan scribendum erat: ad
hunc Senatum
- f) etiam nuncio legi potest, sed sensu caret.
g) in ms. indistincte scriptum, potius: iicissim
h) in ms. excepturum
i) in ms. intelligentur
z) sic in ms.

N. 36.

s.l. [1575?]

Ignotus

*ad usum officii
articulos "Henricianos" a Stephano rege promisso transcribit ac decla-
rationem oboedientiae a nobilibus factam addit.*

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 106-108.

Articuli, a Rege Poloniae Primo Stephano huic Regno promisi²⁾ et expleti, et in primis tale iuramentum praestitit eodem modo, et Rex Henricus modernus Galliae:

Ego Henricus, vel Stephanus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Rusiae ²⁾, Prusiae ²⁾, Masoviae, Samogitia, Kiiowiae, Volhiniae, Podlachiae Livoniaeque etc., spondeo et sancte iuro Deo Omnipotenti ad haec sancta Iesu Christi Evangelia, quod omnia iura, libertates, immunitates, privilegia publica et privata, iuri communi utriusque gentis et libertatibus non contraria, ecclesiasticas et seculares, Ecclesiis, Principibus, Baronibus, Nobilibus, civibus, incolis et quibuslibet personis cuiuscunque status et conditionis existentibus, per divos praedecessores meos Reges et quoscunque Principes Dominos Regni Poloniae et Magni Ducis ²⁾ Lithuaniae, praesertim vero Casimirum Antiquum, Ludovicum Lois nuncupatum, Wadislaum ²⁾ Secundum dictum Jagielonem, fratremque eius Vitulduum ²⁾ Magnum Ducem Lithuaniae, Vladislaum Tertium Jagielonis filium, Casimirum Tertium Jagielonidem, Ioannem Albertum, Alexandrum, Sigismundum Primum, Sigismundum Secundum Augustum ac Henricum, Reges Poloniae et Magnos Duces Lithuaniae, iuste et legitime datas, concessas ²⁾, emanatas et donatas, ab omnibusque ordinibus tempore interregni statutas atque sancitas, mihi oblatas, nec non pacta conventa oratorum meorum nomine meo cum ordinibus manu tenebo, observabo, custodiab, tuebor et adimplebo in omnibus conditionibus, articulis et punctis in

eisdem expressis pacemque, tranquillitatem inter dissidentes de relligione tuebor, manu tenebo nec ullo modo vel iurisdictione nostra vel officiorum nostrorum et statuum quorumvis autoritate quenquam affici opprimique causa religionis permittam, nec ipse afficiam nec opprimam. Omnia illi- cite a Regno Magnoque Ducatu Lithuaniae et dominiis eorundem quo- cunque modo alienata, vel bello vel quovis alio modo distracta ad pro- prietatem eiusdem Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae aggredabo terminosque Regni et Magni Ducatus non minuam, sed deffendam et dilatabo. Iustitiam omnibus incolis Regni iuxta iura publica, in omni- bus dominiis constituta, absque omnibus dilationibus et prorogationibus administrabo, nullo quorumvis respectu habitu, et si (quod absit) in ali- quibus iuramentum violavero, nullam mihi incolae Regni omniumque domini- orum cuiuscunque gentis obedientiam praestare debebunt, imo ipso facto eos ab omni fide, obedientia Regi debita liberos facio, absolutionem nullam ab hoc meo iuramento a quoque petam, neque ultra oblatam suscipiam. Sic me Deus adiuvet.

Declaratio articuli de obedientia.

Significamus hisce litteris nostris quorum interest universis et singulis, quod cum Serenissimo Principi Domino Stephano, Dei gratia Electo Regi Poloniae et Magno Duci Lithuaniae etc., articulos seu leges spectantes ad stabilimentum et augmentum Reipublicae obtulissemus, ita eorum ultimum de non praestanda obedientia, si (quod absit) articuli et condi- tiones electionis Serenitatis eius, aut etiam libertatis²⁾ ordinum contrario aliquo actu, per Serenitatem eius soluti et laxati nec re ipsa expleti fuerint, iuxta instructionem nobis datam declaravimus et interpretati sumus, nimirum conditions illas et libertates non statim propterea per Sereni- tam eius solvi aut laxari existimari debebunt, si quid eiusmodi per aliquem humanum errorem, ut fit, Serenitati eius exciderit aut obrepserit, in quo ius et libertas communis laedi videretur, sed tum demum, si (quod absit quodve nuquam omnino futurum esse confidimus) a volente et sciente Serenitate eius iura aut libertates nostrae ita ut per potentiam opprimerentur, aut per contemptum et temeritatem in dubium vocaren- tur, ut ne admonitione quidem Senatus aut reliquorum Regni ordinum quicquam profectum esse videatur.

1. Primus igitur articulus, ut Serenissimae Infantis Poloniae Annae, ultimae in Polonia et Lithuania Jagielonicae familiae stirpis, Serenissimus Rex dignam rationem habere velit. Agnoscant enim ordines plurima ex Jagielonica familia in Regnum hoc profecta esse beneficia. Ita in per- petuam animi sanctificationem huic relictae posteritati testari velint. Visum est autem ex re Regni et Serenissimae Infantis esse, ut ipsius Maiestas Serenissimam Infantem in matrimonium accipiat. Quod quidem matrimonium corporali sacramento oratores ipsius Maiestatis confirma- re debebunt, quod etiam re ipsa facturos se receperunt et constituerunt, ut hoc verissimum et exploratissimum sit et indubitatum exitum habeat. In qua quidem re hoc Senatus cavet, et caustum esse vult, ne hoc matri- monio subsecuto iuribus libertatibusque Regni et Magni Ducatus Lithuaniae aliquod praeiudicium fiat.

2. Id etiam ad suam et Reipublicae utilitatem ac dignitatem maxime pertinere iudicarunt ordines, ut Serenissimus Rex in hoc Regnum ve- niens regium et paternum erga regnicolas animum habeat. Electionem suam omnibus aequaliter adscribat nec unquam alienus ab his sit, qui praeter Regiam Maiestatem alios sibi candidatos libera voce et sententia

exornandos sumpserant. Et de gente Polonica et Lithuanica hoc sibi persuadeat, quod ipsius Maiestatem omni tempore et necessitate declaraturi, quibus sincera et recta fides in Reges et Dominos suos est innata.

3. Et quoniam Respublica nostra interregni tempore sine Rege, sine lege vivens non modo externis, verum etiam internis malis non mediocriter est attrita, iudicant ordines ex usu Regni Poloniae esse, ut Maiestas Regia animos hominum dissensionibus irritatos ad concordiam reducat et odia discordiasque clementi paternoque animo componat, ita ut subditos habeat unum et idem sentientes et unanimi fide ac obsequio ipsius Maiestatem colentes.

4. Pacta et foedera cum aliis Regnis et dominiis ipsius Maiestatis accipient ordines, et quid ex his emolumenti provenire debeat, in futuro coronationis conventu tractatio institui debet.

5. Ad tutandos fines Regni quatuor arces finitimas et iuditio et arbitratu Reipublicae certis et commodis locis ipsius Maiestas aedificare absque mora aut procrastinatione ulla debebit; si quidem eam rem non modo Regno Poloniae, verum etiam toti Christianitati fore utilissimam ordines iudicant, factura id est Maiestas Regia sumptibus suis et non solum novarum arcium aedificationem, verum etiam collapsarum et de-structarum restauracionem suscipiendam esse putabit.

6. Debita omnia Regni et Magni Ducatus Lithuaniae Livoniaeque et alia liquida, per defunctum olim piae memoriae Regem Serenissimum Sigismundum Augustum contracta, quorum ipsimet Senatores et status Regni rationes Suae Maiestati indicabunt ac in scriptis in conventu coronationis proferent, in decursu unius anni Maiestas Regia peccuniis suis persolvat.

7. Militibus etiam stipendia, tam in Regno, quam in Magno Ducatu Lithuaniae ac Livoniae debita, persolvere tenebitur. Aliis etiam Serenissimi olim Sigismundi Augusti, quibus stipendia persoluta non sunt, in decursu duorum mensium Maiestas Regia persolvet.

8. Duos articulos in priori legatione propositos de centum pueris vel adolescentibus Polonis, Lithuanis et Livonibus in externis Academiis sustentandis.

9. Academiam Cracoviensem et eius Doctores novis stipendiis et ornamenti, viris doctissimis etiam ex Italia vel Germania accersitis seu accitis augebit, ut ea sit veluti seminarium Regno Poloniae. Ex qua viri ad Rempublicam regendam sapientissimi prodeant. Id vero ut quamprimum Maiestas Regia faciat, ordines petunt.

10. Proventus Regni et Magni Ducatus Lithuaniae non in alium quam in privatum Maiestatis Regiae usum converti debent. Sumptus enim et impensae non in alium quam Reipublicae Poloniae usitatum morem et usum, Aulaque ex Polonis et Lithuanis congregata fieri debet, ne extra-ordinariis impensis Regnum gravetur.

11. Iura in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae ad obeundos et comparandos ^{z)}, in suos quam extraneorum usus, castra, civitates, opida, villas et alia id genus a nemine ipsius Maiestas accquirere ^{z)} debet, accqui-sita vero nullius valoris et ponderis sint.

12. In consiliis, iuditii et deliberationibus publicis, Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae concernentibus, ne unquam ipsius Maie-

stas extraneo consultore utatur. Extranei etiam in consilium Polonicum et Lithuanicum non adhibeantur, negotia Regni non tractent, sed Polonus et Lithuanos incolas, non peregrinos, ad consilia admoveat.

13. Si forte in Ungaria bellandum fuerit, non utatur Polono aut Lithuaniae milite ipsius Maiestas, nisi forte si qui voluntarii milites esse voluerint, vel certis stipendiis, liceat illis in bellum, ubi velint, proficisci.

14. Confoederationem et societatem contra hostem cum Regibus Daniae, Suetiae, Moschorum Principe accipiunt ordines, contra quosvis hostes ipsius Maiestas inducat, sed in bello suscipiendo insciis inconsultisque et non consentientibus ad hoc ordinibus omnibus in conventu generali Regni nihil statuat.

15. Narvica navigatio quantum damni Regno adferat et quam occasionem praebeat, ut dominium maris Baltici, Regno Poloniae proprium, videatur diminui, Regia Maiestas bene perspiciat ob eamque rem cum Serenissimo Rege Suetiae negotium hoc transeat, ut nemo praeter Regnum Poloniae ea navigatione et portu utatur.

16. Agnoscunt proinde ordines, quae et quantae utilitates Regno Poloniae et Magno Ducatu^{a)} Lithuaniae accrescere possent ex amicitia et foedere Serenissimi Regis Hispaniarum consequuto. Propterea libenti animo accipiunt id, quod ipsius Maiestas efficere cupit, ut hoc foedus perficiatur. His autem mediis existimant ordines rem recte confici posse, ut Maiestas Regia apud Serenissimum Hispaniarum Regem obtineat, ut in conventum proximum coronationis ipsa Catholica Maiestas oratores cum plenis mandatis in Regnum Poloniae ableget, qui rationes et modum, tum etiam conditiones foederis perficiendas secum adferant et id demum faciant, quod ex re et utilitate Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae fore iudicabitur. Si vero id^{b)} commode ita cito effici non posset^{c)}, tum Maiestas Regia ad prima Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae Comitia perficiat.

17. Barenensis Ducatus et Rosanensis Principatus negotia una cum preventibus Neapolitanis recipit Maiestas Regia per Dominos oratores se apud Serenissimum Hispaniarum Regem Catholicum primo quoque tempore effectoram esse, ne de his omnibus ulla difficultas aut tergiversatio fiat, quominus his omnibus Serenissima Infans Anna et qui ad ea ius habent integre potiantur.

18. Haec et alia Regis iusti et clementis officia ut eo commodius expletat, in Regno ipsa Maiestas habitare nec ex eo discedere debet. Si vero discessu^{d)} brevi ex Regno opus habeat, quod tamen toto hoc biennio non faciat, tum id ad omnes ordines Regni in conventu publico referat, sine quorum scitu, voluntate et consensu ex Regno discedere non debet. Propterea duos in Polonia annos, unum vero in Lithuania annum consumat. Nunc vero quam citissime ad unius anni spatium, si poterit, ipsius Maiestas in Lithuania se conferat, ut provinciae afflictae opem ferat eiusque rebus subveniat.

Alia manu in margine superiore: Giuramento del Re di Polonia.

a) in ms. Ducatu

d) in ms. discessum

b) verbum: id supra lineam scriptum legitur.

z) sic in ms.

c) in ms. possunt

Ignotus

*ad rei memoriam (ad usum m. ducis Etruriae)
elenchus virorum in Polonia principalium*

(Exempl. In eodem folio cum praecedenti)

A.M.F. F. 4293, f. 109.

Senatores, in quibus modernis temporibus multum in Polonia consistit.
Illustrissimi ac Reverendissimi:

Primus:

1. Stanislaus Karnkowski, Archiepiscopus Gnesensis, Legatus natus,
Regni Poloniae Primas

Ill.mi et R.mi:

2. Joannes Demetrius Solikowski, Archiepiscopus Leopoliensis
3. Petrus Myszkowski, Episcopus Cracoviensis, Dux Severiensis
4. Hieronimus Razrzazewski ²⁾, Episcopus Vladislaviensis et Pomeraniae
5. Petrus Dunin Volski, Episcopus Plocensis
6. Albertus Baranowski, Episcopus Praemislensis et Regni Poloniae Vicecancellarius
7. Patricius Nideczki, Episcopus Livoniensis Vendensisque
8. Andreas Comes in Theczyn, Palatinus Cracoviensis, Capitaneus Oswieciniensis
9. Christopherus Radziwil, Palatinus Vilnensis, Dux in Dubinki et Birze, Magni Ducatus Lithuaniae Generalis exercituum, Borisovensis, Solecensis Capitaneus

Isti sunt omnes Illustres ac Magnifici:

10. Petrus de Potulicze, Palatinus Calisiensis, Wysogrodiensis Capitaneus
11. Ioannes Hlebowicz, Palatinus Trocensis
12. Albertus Laski, Palatinus Siradiensis, quamvis non multum in eo res consistit, tamen quia expertus est gratiam Celsitudinis Suae, dum fuisse Florentiae, non est omittendus
13. Constantinus Dux in Ostrog, Palatinus Kijoviensis et Marsalchus Volhiniae
14. Joannes Tarlo de Sczekarzowicze, Lublinensis Palatinus
15. Janussius Zbarawski, Wratislaviensis ^{a)} Palatinus
16. Stanislaus Kriski de Dobrin, Mazoviae Palatinus
17. Stanislaus Comes in Gorka, Palatinus Posnaniensis
18. Eustachius Wolowicz, Castellanus Vilnensis, Magni Ducatus Lithuaniae Cancellarius, Brestensis, Kobrinensis Capitaneus
19. Joannes a Tarnow, Sendomiriensis Castellanus

20. Joannes Konarski, Calisiensis Castellanus
21. Paulus Szczawinski, Leciciensis Castellanus
22. Stanislaus Radziminski, Czernensis Castellanus

Magnifici:

23. Martinus Liesnowolski, Podlachiae Castellanus, Losiciensis Capitaneus
24. Joannes Liesnowolski, Castellanus Zakrocziensis, Pernaviensis Capitaneus
25. Nicolaus Herborth de Fulstin, Haliciensis Castellanus
26. Stephanus Grodzinski, Naklensis Castellanus
27. Albertus Reczaiski, Varsoviensis Castellanus
28. Nicolaus Zebrzydowski, Cracoviensis, Stheyczensis, Boleslavensis etc. Capitaneus

Illustres et Magnifici:

29. Andreas Opalinski de Bnin, Supremus Regni Marschalcus, Maioris Poloniae Generalis, Posnaniensis Capitaneus
30. Albertus Radziwil, Dux in Olica et Nieswiss, Magnus Marschalcus Magni Ducatus Lithuaniae
31. Joannes a Zamoscie, Regni Supremus Cancellarius et exercituum Generalis Regni, Margeburgensis, Miedzirzecensis, Knissinensis, Belzensis, Krzesoviensis etc etc. Capitaneus
32. Nicolaus Fierley in Dambrovicza, Biecensis Castellanus, Refferdarius Regni
33. Andreas Fierley Comes in Kloczko, frater eius germanus
34. Joannes Tarnowski, Refferdarius Regni Poloniae

Magnifici:

35. Joannes Dulski, Thesaurarius Supremus Regni, Bransensis, Sviecensis Capitaneus, Culmensis Castellanus
36. Hiacinthus Mlodzieowski, Thesaurarius Curiae Regni
37. Lew Sapia, Vicecancellarius Magni Ducatus Lithuaniae
38. Stanislaus Pekoslawski, Sendomiriensis, Margemborgensis etc. Capitaneus
39. Thomas Drojowski, Capitaneus Praemislensis
40. Procopius Pieniazek Eques, Supremus Iudex in Livonia, Vendensis, Roneborgensis, Nitaviensisque Capitaneus

Sunt et alii Episcopi et Palatini et Castellani, sed domesticis oblectantur magis quam publicis et deinde dignitates et officia, utpote Castellatus, prima inter seculares dignitas, deinde Palatinatus Rusiae, Podoliae, Ravensis etc. et Capitaneatus, aliqua vacant circiter triginta, quas^{a)} electus Rex conferet et interim plures vacabunt in istis comitiis, quae 2 Februari debentur^{b)} celebrari; istis, quos sibi dignos putavit Rex mortuus, conferre voluit.

a) recte: Braslavensis

b) sic in ms.

Cracoviae, 18.VII.1574.

*Henricus rex Poloniae
senatoribus et equitibus Poloniae
seipsum excusat de suo comitiis insciis discessu.*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 110-111.

Iam editum in Elem. ad Fontium Editiones XI, N. 143.

Cracoviae, 9.VI.1574.

*Ignotus [orator magni ducis Etruriae]
ad rei memoriam
de lite inter legatos Florentiae et Ferrariae de proprio loco in ecclesia.
("Avviso")*

A.M.F. F. 4293, f. 113-115.

Di Cracovia alli IX di Giugno, cioè la vigilia del Corpo di Cristo 1574
Nella chiesa maggiore di castello.

L'Ambasciatore di Ferrara ritrovandosi a casa del Signore Ambasciatore di Venezia per esser più vicino e su la strada di corte, andorno di compagnia in castello per accompagnare il Re al vespro, et gionti in castello ritrovorno, che Sua Maestà con la Signorina Infante erano stati per la chiesa in processione, che così è usanza, et anchora Sua Maestà era a sedere al suo luoco solito in coro et era digià finito il Dixit, entrati li due Ambasciatori Venetia con Ferrara in chiesa, andorno per il dritto et passorno dove erano soliti innanzi al conspetto di Sua Maestà, et fattogli riverenza, Venetia andò al suo luoco, et Ferrara lo seguitò, ma sul luoco di Ferrara era il Signor Troilo Orsino, Ambasciatore del Signor Duca di Fiorenza, dove gionto Ferrara chiappò per la cappa Fiorenza, stando Ferrara fra Venetia et Fiorenza et disse le formate parole o simili, questo non è il vostro luogo, levatevi et Fiorenza rispose questo è il mio luoco, et gli passorno fra l'uno et l'altro alcune parole nel cospetto di Sua Maestà che gli stava all'incontro, la quale si dirizzò in piedi che prima stava in ginocchioni, dicendo l'offitio. Visto Ferrara, che Sua Maestà era levata, smontò a basso per il luogo, dove era venuto et giunto nel conspetto di Sua Maestà disse le formate parole o simili: la Maestà Vostra vede che il mio luoco viene occupato fuor d'ogni ragione, non so se sia di suo consenso o no, a che rispose Sua Maestà di no, soggiunseli Ferrara: adunque Vostra Maestà mi dia licentia che me lo pigli, poichè mi viene occupato ingiustamente, ovvero come luoco non debito, a lui lo faccia levare: Il che non facendo Vostra Maestà, giudicherò che questa mi sia una licentia datami da lei; et adesso adesso me n'uscirò da questo Regno. Udendo Sua Maestà la proposta di Ferrara, chiamò a se molti senatori che si trovorno presenti al vespro, cioè il Signor Vicecan-

celliere, il Castellano di Danzich hora Palatino di S^{to} Domiria, il Signor Andrea Sboroschy Gran Marescial della corte, il Signor Ragiville Gran Marescial di Lituania et altri senatori, chiamando anchora a sè li Ambasciatori, eccetto Fiorenza, che solo stette a sedere. Fu detto a Sua Maestà l'opinione di molti, che poi fece chiamare Ferrara et gli disse che voleva che andasse a sedere appresso di se, a questo rispose Ferrara, che il luogo che la Maestà Sua gli voleva dare era luoco degnissimo, ma di troppo gran pregiuditio a se et al suo Duca et che non voleva altro che il suo ordinario, del quale era in possesso già molto tempo, et che gli pareva che non ne dovesse hora essere privato ingiustamente senza alcuna ragione, et che se Fiorenza pretendeva cosa alcuna, la domandassee et gli risponderebbe, ma che fra giusto mezo voleva conservare il suo luoco come era iusto; anche Sua Maestà non volesse comportar questo fuor di iustitia, altrimenti egli se n'andrebbe allhora allhora fuori del Regno.

In questo arrivò il Signor Gran Consigliere e molti altri Signori Pollacchi et anchor vi concorse tutto il coro et populo, che si trovò in chiesa. Sua Maestà, non sapendosi risolvere, smontò d'alto et venne a basso con animo d'andarsene, allhora Fiorenza smontò ancho egli et venne, dove erano gli Ambasciatori, ma Ferrara, vedendo questo disse al Re: la Maestà Vostra avvertisca a non far questo al mio Duca, che mi ha mandato ad honorarvi in questo Regno, come ha fatto anchora con questi Signori nelle esequie del Re morto Felice Memoria, nè mi par che hora sia il luoco da precizzare, havendo per il passato detto a bastanza in questa materia a Vostra Maestà et a questi Signori. Però innanzi che finisca il vespro faccia che io habbia il mio luoco si come comporta il giusto. Allhora entrò innanzi il Signor Troilo et disse che quel luoco era suo perchè il suo Duca era Gran Duca et che Ferdinando Imperatore anchora esso gli havea dato il luoco; a questo rispose Ferrara che il suo Duca già cento et cinquanta anni era Gran Duca et quando Ferdinando intese le ragioni del suo Duca, che rivocò quello havea fatto, et che sia il vero la lite pende già molti anni sono innanzi Cesare. Sua Maestà udendo questi contrasti voleva che tutti li Ambasciatori se n'andassino, ma Ferrara protestando diceva che Sua Maestà non gli facesse questo torto di levargli ingiustamente il suo luogo, ultimamente protestando, et esclamando tuttavia Ferrara, Sua Maestà fece chiamare il Vescovo di Cuiavia il qual cantava il Vespro et haveva la mitria in testa, et con esso, et con Gran Consigliere et Vicecancelliere, esaminando questa cosa determinorno che Fiorenza cedesse il luoco, poichè non si poteva levare il possesso a Ferrara se non per via di ragione ordinaria, però Sua Maestà fece intendere presso dellli marescialli al Signor Troilo che cedesse il luoco a Ferrara, qual Signor Troilo udendo la commissione voltandosi verso Ferrara gli porse la mano, dicendo: Signor Ambasciatore vi cedo il luoco, ma non come Ambasciatore et quando verrà l'Ambasciatore ordinario del mio Gran Duca, gli darete il luoco. Alhora Ferrara rispose: Signor Ambasciatore fate il debito vostro a cedermi questo luoco et, quando il Signor Duca vostro ne mandasse uno altro, se gli farà il medesimo che si è fatto a noi. E' vero ch'io, come gentilhomo privato vi sarò sempre amico et farovvi servitio. A questo non rispose altro detto Signor Troilo, ma come affrontato si parti molto mal contento et se ne usci per l'uscio di dietro di Sua Maestà, restando malissimo satisfatto di questo fatto, dubitando che il suo Duca non vi pigli sdegno contra di lui, che si è la-

sciato indurre da alcuni ventoloni a pigliar questa impresa, che gli è riuscita con così poco honor suo, et acciò colorisca la cosa con il Duca suo; gli ha spedito in diligentia un suo, ma questa è la verità del fatto.

N. 40.

Taurini, 25.VIII.1574.

*Henricus Galliarum et Poloniae rex
equitibus Poloniae
ne aliquid novi in Comitiis l. IX. indictis statuatur.*

(*Exempl. Exstat aliud exemplar, f. 117*)

A.M.F. F. 4293, f. 116.

Iam editum in Elem. ad Fontium Editiones XI, N. 130.

N. 41.

Varsaviae, 18.IX.1574.

*Senatus et equites Poloni
Henrico regi in Gallia manenti
de alio rege, nisi Henricus revertatur, eligendo.*

(*Exempl. Exstat aliud exemplar, f. 124-129*)

A.M.F. F. 4293, f. 118-121

*Iam editum in Elem. ad Fontium Editiones XI, N. 125. (Dies "30.IX"
ibi false signatur).*

N. 42.

s.l. [post 19.VI.1574].

*Ignotus
ad rei memoriam
summarium rerum in comitiis Poloniae tractandarum
("Avviso")
A.M.F. F. 4293, f. 130.*

Sommario delle materie da proporsi nella conventione di Warsovia.
Se'l Re partendo s'intenda ch'habbia rinuntiato al Regno da se, se per la partita di quel modo deve esserne privato et i Polacchi liberi dal giuramento di fedeltà.

Restando privo, se denno scriverglielo, overo significarglielo per Ambasciatori. Il modo col quale s'habbia da elegger un altro Re.

Non restando privo, come denno procedere verso Sua Maestà.

Che fino alla elettione d'un altro Re o al ritorno di questo, si proceda per tutto'l Regno con i giuditii di tutte le cause, secondo gli statuti del Regno.

Che si risolva la difesa del Regno per tutte le parti e'l modo da pagar i soldati.

Se si deve eseguire il testamento del Re Sigismondo Augusto in tutto o in parte, et provedere alla Serenissima Signora Infante, secondo il grado suo.

Che non si lasci di far cosa, per la quale si stabilisca la quiete et tranquillità publica di tutto il Regno.

Trattar la confermatione della tregua col Mosco, Tartari et altri confinanti.

Che si trattino alcune cose particolari, come a dire ratificatione di privilegii fatti dal Re, assignatione di provisioni, promesse et altre cose simili.

Capitoli ordinati per la conventione di Varsovia.

Che ognuno che vorrà parlar in Dieta, lo possa fare secondo il solito, ma brevemente senza replicare.

Che nel publicar i voti sieno elette persone di tutti gli ordini, cioè di Vescovi 2, di Palatini 3 et di Castellani, che sono in maggior numero, 4.

Che senza preiuditio d'alcuno ogni giorno stiano uniti fin'a tanto, ch'un numero determinato di Senatori haverà detto l'opinion sua, et questo per esser certi di finir la conventione in un tempo stabilito.

Che mentre un' parla alcun non l'interrompa, ma havendo finito uno l'altro, per ordine, lo debba seguire, purché non sia per dir quello che d'altri sarà stato detto.

Che nessuno cominci a parlar in Dieta, se dal Gran Marscalco non sarà chiamato, il quale haverà in nota tutti et deverrà chiamarli per ordine.

Che trattandosi una materia, non sia alcuno che presummi entrar in un'altra, ma debbiasi prima decider l'incominciata.

Che quelli ch'ivi non saranno ragunati all' hora determinata non s'aspettino, sia chi si voglia, ma l'incominci il consiglio senza esso.

Che non sia alcuno che per odio particolare dica ingiuria all' altro che fusse di contraria opinione alla sua, in qual si voglia materia che si trattasse.

Ch'il primo giorno della conventione li Signori preghino tutti generalmente di haver più risguardo al ben publico del Regno che agli odii privati et particolari, et pregar quelli d'ogni stato a donare alla Repubblica le differentie loro, importando grandissimamente la concordia d'essi in questi tempi.

Et perché stimano che molto importi alle cose pubbliche la segretezza, hanno statuito che i forestieri di niuna sorte non possino trovarsi presenti alle consulte, et hanno di ciò dato il carico al Gran Marscalco.

Di più per obviare alla carestia del vivere in tanto concorso di persone, di presente hanno deputato duei che debbino haver cura di proveder delle vettovaglie et advertire che le robe de vivandieri si vendino a giusto prezzo, et di questo ancho ne sia dato²⁾ la cura et che ne sia soprintendente il Gran Marscalco.

In margine superiore alia manu: 1574.

In dorso: Avvisi di Pollonia.

2) sic in ms.

[ante 18.VI.]1574.

[*Henricus*] *Poloniae rex*
nuntio ad comitia Regni deputato
instructio de rebus gerendis

(Exemplar)

A.M.F. F. 4293, f. 131-134.

Instructio ad conventum districtus Cirsensis 1574.^{a)}

Nuncius noster veniens in eum locum, in quo omnes status in hoc supradicto conventu congregati fuerint, delata illis regia nostra gratia, in haec verba loquetur:

Quemadmodum hoc toto sui regiminis tempore nihil Regia Maiestas omittere aut etiam negligere voluit, quod ad incolumitatem, pacem et ordinem istius nostrae Reipublicae pertineret, quodque ipsam securam, celebrem atque exteris nationibus acceptam efficaret, ita nunc etiam illa eadem procurare non cessat. Cupit sane statum ipsius et omnium vestrum quam foelicissimum, cupit diuturnum et libertate florentem videre, ad idque semper curas suas omnes atque consilia refert, quod veluti scopum quandam contentionum atque laborum suorum sibi propositum. Cuius quidem gratia non modo varios labores atque molestias (cum ita necessitas postularet) vitaeque etiam ipsius pericula libenter subivit, sed Comitia etiam, cum tempus tulisset, saepe una vobiscum indixit, in quibus ea omnia, quae ad confirmandam roborandamque Rempublicam valerent, statui atque decerni curavit, id quod etiam nunc facit, cum non solum generalia Comitia, sed conventus etiam iuxta consuetudinem atque leges nostras in districtibus singulis celebrando indixit, nec indixit solum, sed ut verus parentes atque amator Reipublicae omni in id studio atque opera incumbit, ut haec ipsa indictio foelicem sortiatur exitum vobisque omnibus fructus quam maximos afferat. Porro autem priusquam hoc ipsum aggredieretur, suos ad se Senatores convenire fecit, ut de illis omnibus cum illis tractaret, quae ex usu Reipublicae fore viderentur, quaeque non sine commodo ipsius futuris hisce Comitiis ad omnes Regni nostri status deferenda essent.

Et quoniam Reipublicae negotia duplicitis^{z)} sunt generis, et quorum alia domi, foris alia versentur, de utroque genere habito prius cum Dominis Senatoribus hac de re consilio ea, quae expedire iudicat, vobis tractanda proponit. Quod igitur ad externa pertinet, certe si ea, quae nobis cum Turcis atque Tartaris intercedunt quaeque sunt omnium periculosisima, attendere velimus, erit cur Deo gratias immortales agamus, qui in iis, quae modo accidebant, tempestatisbus desertam pene Rempublicam pro sua benignitate tueri ac veluti labantem sustinere voluerit, cuius quidem, ut scitis, post absoluta praeterita Comitia status iste erat:

Mechmet, Praecopensium Imperator, scripserat ad Regiam Maiestatem, potens sibi aliquam reccompensationem eorum munerum a Regia Maiestate fieri, quae Nunciis ipsius, cum ex Moscovia redirent, Cosaci in Samara per vim ademerant, significans insuper, nisi ante certum, quod ipse praescribebat, tempus sibi satisficeret, se statim cum suo, quem iam paratum habebat, exercitu sine mora in ditiones Regiae Maiestatis irrupperum. Hoc idem Imperator Turcarum eiusque praecipuus eo tempore Senator, Ivan Bassa, fecit, qui et ipsi minaces litteras ad Regiam Maiesta-

tem miserunt. Porro Regia Maiestas, ut Rempublicam ab iminenti periculo liberaret, licet maxima omnium rerum laboraret penuria, ad eos tamen milites, qui publico stipendio merebant, ut hostiles impetus quoquomodo reprimeret, copias privato studio contraxit hisque Magnificum Dominum Capitaneum Regni Generalem praefecit. Unde et alii, tanta hac Regiae Maiestatis vigilantia atque sollicitudine, qua securitati^{b)} Reipublicae providebat, permoti, ipsi quoque ultro, uti veros Reipublicae filios decebat, pro virili quisque sua strenuam operam ipsi obtulerunt, atque in primis Illustrissimus Dux Constantinus Palatinus Kiovensis. Sicque per Dei gratiam nihil tunc conatus suis hostis noster effecit, sed re prorsus infecta a flumine Dniepr redire est coactus. Ac vix tunc quidem sopita haec tempestas erat, cum ecce subito multo periculosior, veluti per eadem vestigia procedens, accurrit. Homines enim licentiosi atque insolentes praeter Regiae Maiestatis voluntatem pacem publicam, quae cum exteris nationibus percuesso foedere stabilita fuit, turbare cooperunt nihilque edicta, mandata atque literae Regiae Maiestatis, nihil cubiculariorum atque aulicorum missiones, nihil universalia de reprimenda istorum audacia, ad Capitaneum loci illius incolasque etiam transmissa, unquam effecerunt eoque est insolentiae ab illis progressum, ut illatis terrae Valacorum damnis factaque in dictiones Turcicas irruptione, non modo Jahorlik arcem a Turcis paulo ante extuctam vastaverint, sed Teinam quoque a multo iam tempore subiectam Imperatori Turcico civitatem, in qua et iudex sedem fixam habebat, ab ipsis penitus fundamentis everterint, homines ad internectionem usque deleverint praedamque cum captivis abegerint. Quod quidem factum quam iniquo animo hostis noster tulerit, intelligere vosmet ipsi potestis. Certe stomachandi causam iustum habuit, quantumque propterea nobis fuerit offensus, sua illa rabie ostendit, quando et aequi et suae dignitatis oblitus in generosum nobilem Dominum Podlodovium, Regiae Maiestatis familiarem, quiue tunc a Regia Maiestate negotiorum quorundam in dictionibus ipsius curandorum gratia eo ablegatus fuerat, manus violentas iniici eunque misere trucidari iussit. Quid vero tunc temporis Regia Maiestas sibi faciendum censuit? Illud videlicet, quod Regem optimum decebat. Quamvis enim vitam cum sanguine profundere propter tuendam Reipublicae dignitatem nunquam non esset paratus, quia tamen maximas hostis huius vires, nostras vero econtra esse exiles videbat, curavit quam potuit diligentissime, ut exortam illam tempestatem quacumque ratione sopiret, utque tam de licentiosis illis hominibus, quam de captivis ab iisdem adductis,^{z)} agere quam primum atque inquirere posset. Quin et suum nuncium ad Portam Turcicam hac in causa misit.

Ecce vero tyrannus hic, quamvis maxime irritatus esset, nihil tamen hususque tentavit, vel certe iram suam celando quievit, talemque haec causa Regiae in primis Maiestatis studio virique etiam illius dexteritate, qui in hoc negotio insignem Reipublicae operam navavit, sortita est exitum, qui et saluti et dignitati Reipublicae maxime conveniens esset.

Postulabant Turcae omnem sibi armaturam reddi illosque insolentes homines iuxta delictum puniri, innuebant tamen adhuc se aliquid sibi reservare. Nam et in litteris ad Regiam Maiestatem datis ab ipso Imperatore additum hoc fuerat, quod ob eam amicitiam, quae cum Regibus Poloniae a multo iam tempore sibi intercedit, nihil hac vice moliri ac tentare vellet. Caeterum, si quid eius generis factum a nostris aliquando fuerit, non iam amplius esse mittendos legatos seque eo foedere, quo nunc est obstrictus, liberatum ac solutum iri. Si qua igitur fraus vel

simulatio hic subest, non usquequaque tutos nos esse, sed semper vigilare oportet idque est in primis agendum, ut in futuris Comitis poenas sibi debitas isti insolentes luant. Facta fuit semel ad terrendos huiusmodi homines ea de re constitutio, et quamvis ex illis nemo adhuc punitus vel certe vix aliquis citatus fuisset, erant tamen nonnulli, qui eam non diutius, quam ad proxime post eius institutionem secuta Comitia, vim et robur obtainere vellent. Quod cum fieri homines turbulenti vident, maiorem hoc pacto quidvis faciendi et audendi licentiam sibi dari credunt, iamque post hoc factum duobus^{z)} vicibus recidiva fuit. Nam et cum Hospodaro nescio quo versus Valachiam iter direxerant, quod ne facerent Magnificus Dominus Capitaneus Braczlaviensis graviter eos admonuit. Et in Turcicas postea ditiones per vim irruperunt praedamque maximam, quam inde abegerant, nummum aureorum duodecim millibus in nundinis quibusdam vendiderunt. Capti quidem sunt ex istis nonnulli et aliquot etiam puniti, omnes tamen infimae conditionis ac plebei erant. Num vero haec omnia soli isti perpetrent, datur ex illis intelligi, quae antequam punirentur, palam^{c)} referebant.

Res ista proinde inspicienda penitus erit omnique ratione curandum, ne ob impunitam huiusmodi licentiam citra necessitatem omnem sineque ulla publico consilio et ob privatos duntaxat nonnullorum quaestus rem cum eo hoste nostra Respublica habeat, cuius vim et impetum multae aliae nationes, quantumvis potentia, opibus et milite valeant, sustinere non possunt.

Porro res Scythicae in eo sunt statu. Ab illo Mechmet Greio, cuius iam antea mentionem fecimum, offensus fuerat Imperator Turcarum eo, quod bellum, ut ipse iusserat, inferre Kieldebassis nollet. Quin et Regia Maiestas sane in magna suspicione apud ipsum fuit, quasi de isto Mechmet Greio clam aliquid cuderet, haec tamen dissimulans, alteram sui exercitus partem cum quadam ex Bassis versus Caffam misit, alteram vero supra Danubium permanere iussit, iamque Regia Maiestas plane pro comperto habet Mechnet^{z)} Greium occisum esse eique successisse fratrem ipsius nomine Aslanum Greium, qui in suis litteris, quas ad Kioviensem Palatinum dedit,^{d)} nihil se boni in hoc novo dominio, sed omnia consumpta reperisse scribit, ac propterea valde est timendum, ne fame et rerum inopia, qua nunc maxime laborat, adactus domi sese cum suis continere nolit idque eo magis, quod Scytharum animos in omnem penitus occasionem vastandae ditionis regiae intentiores esse experimur, etiam si rebus omnibus vel maxime affluant.

Sane Regiae Maiestati dederat eam mentem Deus, ut iam id curare ac moliri vellet, quo nostra Respublica ab incursionibus hisce Tartaricis multo securior fore videretur, quodque ad mucrones illorum a cervicibus atque iugulis nostrorum arcendos sane plurimum momenti haberet. Utinam vero omnes eius mentis essemus, ut occasiones Reipublicae salutares nunquam negligendas arbitraremur.

Porro autem quam pauci nunc milites pro nostra defensione in finibus maneant, multi ex vobis, ut opinor, sciunt, cum ne pro his quidem suis temporibus haberi stipendia possint. Licet enim quarta eorum preventum pars, qui ad Maiestatis Regiae mensam pertinent, ad hunc ipsum conversa sit usum, haec tamen non sufficit. Ac si quando affertur pecunia, una pars anni persolvitur, duae aut tres reliquae non solutae manent. Qua de causa accidit, ut praessus^{z)} egestate miles, quia debitum stipendum habere tam cito non potest, fratres suos molestat subditosque

ipsorum, dum vitum querere²⁾ sine pecunia cogitur, gravibus iniuriis praemiat.²⁾ Curandum est igitur, ut ii nostri milites integra semper stipendia habeant, vel certe, ut postquam his solutum fuerit, tantus illorum teneatur numerus, quantum haec quarta dictorum proventuum pars explere stipendio possit. Quod num ad securitatem Reipublicae pertineat, quisque sapiens facile videbit.

Quod vero ad Moscovitas res attinet, significat vobis Regia Maiestas decennale illud foedus, quod duobus abhinc annis cum Magno Moscoviae Duce nuper iam defuncto et a se, cum in vivis esset, ope divina depraesso pepigerat, post fata ipsius irritum ac sine vi esse. Quemadmodum enim ipse foedus hoc nonnisi cum persona Regiae Maiestatis inire volebat, ita et Nuncii Regis nonnisi ad personam ipsius hoc idem debere extendi nomine Regiae Maiestatis dicebant. Ac propterea quid hic faciendum sit, advertatis oportet. Tempus et occasiones, ut videtis, oportuae non desunt, ut ea omnia pericula, si quae adhuc ab illis partibus vestrae nationi iminent, procul amovere et vires etiam maiores cum auctioribus belli subsidiis, quibus ad propulsandos potentiorum hostium impetus armemini, vobis comparare possitis. Estque diligenter cavendum, ne hanc ipsam occasionem alias quispiam vobis praeripiatur. Ille enim, qui iam in locum patris defuncti successit, non omnino rationis est compos, ipsique etiam Senatores ac nobiles inter se ut plurimum dissident, eoque iam discordiarum fuit ab illis processum, ut vix non in apertum tumultum res ista evaserit, ac mutui tamen sanquinis sane non minima facta est ab illis effusio. Non vult quidem Regia Maiestas in ea re vobis persuadenda diu immorari. Sed cum hoc ab ipsa praestiti iuramenti religio fidesque exposcat, ut amissa recuperare et fines Regni dilatare, si possit, non ccesset et ne forte nonnulli ingratitudine aliquorum fractam ipsam ac offensam esse Grodnamque ob otium, ubi delitesceret, sibi delegisse putarent, sane operam et studium suum, in quantum ea usus et rationes Reipublicae exposcerent, sponte sua offert, neque saluti aut bellicis laboribus vult parcere, ne hanc tam commodam rei bene gerendae occasionem neglegisse²⁾ dicatur, nihilque eiusmodi subire recusat, quod ad commoda Reipublicae et fructum spectaret. Haud equidem ignorare potestis, quaenam Reipublicae ope in primis divina et sapientissimis Regiae Maiestatis consiliis emolumenta obtigerint, quorum gratia licet vos etiam aliquot iam vicibus tributa dedistis, ea tamen Regia Maiestas non in usum privatum convertit, sed ex suo potius haud parum adiunxit, id quod suo loco et tempore omnibus manifestum fiet.

Totum igitur hoc negotium vestro omnium iudicio atque voluntati Sua Maiestas relinquit, neque partem ipsius alterutram urget, sed quomodo se res habeat, vobis duntaxat exponit. Sed et Livonia quoque iam per Dei gratiam Regni fines auxit, essetque a vobis diligenter curandum, ut ibi omnia ordinate fierent, utque periculum, si quod adhuc subasset, inde tolleretur. Id quod Regia Maiestas in praeteritis etiam Comitiis omnibus statibus tractandum proposuit, sed quia infoelicitate quadam acciderat, ut sententiis inter se variarent, iam ad illa prima pericula cumulus novorum accessit idque a Dacorum Rege. Quae tamen omnia Regia Maiestas, quantumcumque potest, amovere non cessat vosque etiam diligenter monet, ut et vicinorum, qui ibi morantur, et rerum praeterea aliarum omnium curam habeatis. Sunt et alia nonnulla, quae ad pacem cum finitimis populis firmandam pactaque cum externis ineunda pertinent, quae cum tempus tulerit, in Comitiis proponentur.

Porro expositis iis, quae ex usu Reipublicae foris esse possunt, etiam illorum, quae hic domi accidentunt quaeque ad ordinem et negotia domestica attinent, rationem habet, ut quae non minus quam illa externa ad incolumitatem Reipublicae diu conservandam valere intelligat. Recessiōnum illarum, quae in praeteritis Comitiis acciderunt, rerumque etiam ipsarum, quae in iis propositae erant, Regia Maiestas bene adhuc meminit, quarum et si nonnullas, quas vestri Nunciī aliquando petebant, in futuris hisce Comitiis proponere voluisse, quia tamen hanc propositiōnem ipsius varie sugillarunt nonnulli, nihil iam huiusmodi proponere statuit. Si quid tamen ex omnibus illis vobis et posteris vestris totique etiam Reipublicae fore fructuosum censueritis, ab eo se Regia Maiestas minime alienam ostendet, imo et aliis idem persuadebit. Sed et statuum compositionem diu expetitam atque a Comitiis ad Comitia semper hucusque reiectam non vult praetermittere vosque etiam diligenter monet, ut ad eam animos serio applicetis. Multum si quidem Reipublicae interesse putat, si istae statuum inter se dissensiones²⁾ quam primum tollantur. Verum pro suo candore illud etiam Regia Maiestas dissimulare non potest, quod post absoluta praeterita Comitia orta quaedam fuerit inter vos diffidentia, quasi vero Regia Maiestas celebrandi tribunalis morem penitus convellere iudiciaque omnia ad se solam pertrahere vellet. Quod quidem Regia Maiestas nunquam in animo habuit, imo haec ipsa tribunalitia iudicia sibi et vobis esse percommoda semper iudicavit, tuncque etiam, ut scitis, ad haec eadem communibus omnium suffragiis probanda sua ad omnes status exhortatione authorem se praebuit. Ne ergo in posterum tale aliquid vobis persuaderi, aut oculis vestris tam crassas tenebras offundi sinatis sitisque potius hac in parte certi, quod Maiestas Sua neque in hisce iudiciis quicquam innovari, neque ullos propter iudicia nobiles cum tot ipsorum incommodis aulam sequi velit, quin ita se vobis hac in re declarat, quod eas causas in aula iudicari nolit, quae ad bona nobilium et fortunas attinent, putatque omnino causas huius generis non ad aulam amplius, sed partim ad terrestria tribunalitiaque iudicia, partim ad Comitia deferrī debere.

Quid nunc in nostra Polonia vix unquam antea apud nos auditum acciderit, iam nonnullis Senatoribus, quibus poterat, Regia Maiestas exposuit et in futuris Comitiis manifeste ostendet, in quo sane non tam vitae suae, quam quoque haec causa attingit, rationem habendam, quam bono Reipublicae existimationique huius nobilissimae nationis, quae in servanda suis Principibus fide semper plurimum excelluit, esse providendum dicit. Scit vero Regia Maiestas nullam se omnino causam dedisse, cur hoc tanto odio quidam in ipsam exarserint. Vos ergo Regia Maiestas hortatur et monet, ut ad ea in Comitiis futuris statuenda, quae Reipublicae bonoque communi utilia fuerint, Nuncios ex medio vestrum deligatis, viros prudentes ac probos, quique praeter Reipublicae commoda nihil sibi propositum habeant, nulla interim habita privatorum ratione, utque iis plenam potentiam detis tractandi de omnibus tam cum Maiestate Regia, quam cum Dominis Senatoribus aliisque Nunciis, monendo eos interim, ut illa omnia pacate et tranquille peragant, quae ad utilitatem Reipublicae firmitatemque ipsius pertinere viderint. Certe vestra interest, ut Comitia una cum iudiciis ad quam foelicissimum semper perducantur finem. Qui enim status totius Reipublicae fuerit, hunc et vos cum posteris vestris rerum privatuarum sperare debetis. Elaborate igitur, et calcatis affectibus commoda Reipublicae ita procurate, nunciosque vestros ut

procurent monete, ut tam prospера quam adversa omnia communia vobis cum Republica esse ostendatis, et ne aliqua rerum perturbatio eveniat, unde et hostes vestri gaudere et exterae nationes merito cachinare possint. Certe de Regia Maiestate id omnino persuasum habere debetis, quod plane paterno affectu vobiscum procedat quodque id unice curet, ut Rempublicam hanc stabili et perpetua libertate florentem omnibusque ornamentis post se excultam relinquat. Cuius rei gratia id, quod iam saepe re ipsa ostendit, ne propriae quidem salutis habendam sibi rationem censem.

- a) annus 1574 alia manu adscriptus est. d) in ms. didit
b) in ms. securitate z) sic in ms.
c) verbum: palam supra lineam scriptum est.

N. 44.

s.l. [1574].

*Quidam magni ducis Etruriae in Polonia servitor
magno duci Etruriae
de futurarum electionum prospectu.*

("Avviso")

A.M.F. F. 4293, f. 136-138.

La Lituania, membro tanto importante alli Pollacchi, che son quasi necessitati a seguitare la volontà di lei, massime nell'elettione del Re, sta constante in non voler che si elegga di nuovo. Et nella medesima volontà et resolutione è posta la Masovia, provincia della Pollonia, dove fu eletto il presente Re con maggior favore et applauso di quei popoli che di alcuni altri, et che è contigua alla Lituania. Nelle altre parti di Pollonia son molti beneficiati dal Re che defendono la conservatione della corona in testa di lui.^{a)} Il Palatino di Cracovia, Signore di seguito et d'autorità molto grande, se bene gli è parso ultimamente che li Pollacchi siano un poco venuti negligenti et che il Re non creda, quanto doverebbe, a suoi consigli, si afferma nondimeno mantenersi a dispositione del Re. Il Volschi, Vicecancelliero, che può non poco rispetto alla carica che tiene, et perché anche è reputato huomo dabbene et prudente, essendo povero viene combattuto da promesse cesarie, ma tuttavia resta saldo a devotione del Re di Francia, dal quale fu creato Vicecancelliero.^{b)} L'autorità che si crede et si predica^{c)} haversi dal Christianissimo appresso al Turco, tiene anchora et terrà a freno li Pollacchi, li quali si vantano essere stati in pace con il Turco di lunghissimo tempo et niuna cosa abhorriscono più che il romperla seco. Di maniera che, per le sudette ragioni et con questi potenti aiuti, si fa presentemente giuditio che il Re di Francia possa restare in possesso di quella corona anchor per lungo tempo, purché con il mandarsi huomini di portata et di giuditio et qualche somma di denari, almeno per li pagamenti de presidii alle frontiere, mostri di stimare et di amar quel Regno, havendo l'huomo che vi mandò ultimamente giovato assai.

^{a)} L'Imperatore in queste cose di Pollonia s'aiuta con ogni sollecitudine et industria, se bene il più copertamente che sia possibile. Il Duditio, suo Ministro in quel Regno, abondante d'inventioni et di artefici, fa con destreza disseminarvi l'impotentia del Christianissimo per grandissima, li suoi travagli domestici per inestricabili et il ritorno in Pollonia per impossibile. Attende hora a tener fermi li amici vecchi et ne va procacciando di nuovi, fra quali si nominano sino ad hora il Palatino di Podolia, il Castellano di Lublino et il Vescovo di Cracovia.

Andrea Sboroschi, Conte Palatino di Cracovia, vogliono alcuni, che sia medesimamente dire^{d)} altri che egli adherisca a Ferrara. Con tutto ciò dura l'opinione che all'Imperatore habbia da esser difficilissimo, in caso di nuova elettione, il conseguire quello Regno, così per Ferdinando, come per il figliuolo, restando ne' Pollacchi la medesima mala disposizione di sempre verso li Todeschi et il sangue d'Austria, se forse ancho la non si sia augmentata. Confermasi che Sua Maestà Cesarea habbi havuto molto sospetto il Lippomano, Ambasciatore Veneto in quello Regno, et che del Nuntio, Vescovo di Mondvi,^{e)} sia così mal satisfatto che ne habbi fatto et ne faccia querele con il Papa, di troppo appassionate per Francia, ma che dal Papa, venendosi a nuova elettione, habbi ricevuto certa promessa di non essere per favorire altri che il figliuolo o il fratello di Sua Maestà.

Di Ferrara è certo che l'Imperatore^{b)} ha satisfattione molto cattiva, parendogli che troppo grave impedimento gli porti in questa pratica quella sua così gagliarda offerta de denari. Il qual Ferrara non ha mancato né manca alla causa sua, principalmente con offerte de denari ai particolari et de due milioni d'oro al publico, con sicurezza di depositargli innanzi che s'incoronati, et con far porre in ciclo la nobiltà et grandeza di casa sua et essaltar sommamente le sue proprie qualità et meriti, havendo a questo effetto fatto camminare per tutto il Regno discorsi in forma d'avvisi et di lettere sotto nomi finti, ne' quali si conclude niuno esser più degno, né più a proposito per quella corona di lui, annoverando tutte le oppositioni et eccettioni che habbino li altri Principi, con valersi di poi a beneficio suo della sua parentela et amicizia con le Case d'Austria et di Francia, et de servitii che ha fatti loro, per persuadere li Pollacchi che havendo a uscire il Regno de dette famiglie, le non possino desiderare che pervenga in altri che nella persona di lui; et cercando^{a)} anco egli,^{b)} in somma, d'imprimer ne' petti de Pollacchi l'esser loro necessario nuovo Re, dipignendo la deboleza et li intrighi di Francia per tali che Henrico et non possa mai ritornare in Pollonia, et assente non vaglia a porger lor caldo né soccorso alcuno.

Ma tra tutte le conditioni di Ferrara quella sola d'una così pronta, resoluta et ricca offerta de denari muove non poco li Pollacchi;^{c)} che sino ad hora non sente punto bene queste pratiche Ferraresi et meno doverà sentirle in avvenire, massime se sia era^{a)} la esattione, così importuna, che voglia hora fare quel Duca in Francia.^{b)}

Il Duca di Savoia comincia ad esser messo in consideratione tra Pollacchi con pigliar la Infante.

a)-b) *partim in cryptographo, quod tamen quasi ex toto deciphratum videtur.*

d) *suprascriptum pro expuncto: di havere*
e) sequitur brevis textus non deciphratus.

c) *lectio incerta.*

*Muradus III sultanus Turcarum
proceribus Polonis
de legatione Andreeae Taranowski; Stephanum Bathoreum vel regem Sue-
ciae in regem Poloniae eligendum commendat.
(Exempl.)
A.M.F. F. 4293, f. 139.*

Illustrissimi glorioissimique magnanimorum Iesum comitantium Proceres et singulares christianaे plebis moderatores, incliti Regni Poloniae Lituaniaeque Principes, salutem et benevolentiam singularem.

Tempore nostri potentissimi et clementissimi patris, qui ex voluntate magni Dei suum diem obiit, legatus vester Andreas Taranoresz,²⁾ vir generosus, venit, et cum vellet ad vos redire, supplicem nobis exhibuit libellum, ut a patre nostro pactum foedus et eius articulos confirmare et renovare dignaremur et arcem, Czapzasnam nominatam, non aedificare, sed omitti potius facere curaremus; qualiter temporibus praeteritis praedecessores nostri, prosapia nempe ex caesarea exeuntes, Caesares qualiter et quantum benevolentiam singularem, amorem, vicinitatem pacificam et clementiam optatissimam in Regnum et vestram nationem declararunt, vos optimi testes estis, et quam foederatissime pacificeque usque ad tempus patris nostri clementissimi vixere.

Quam pacem et foedus eiusque articulos praedictus noster parens renovaverat et confirmaverat et litteras ad confirmationem horum scriptas per Achmet Chausium ad vos miserat, tantummodo in finibus et terminis Regni nostri exeuntes Domini Officiales nostro Imperio Transylvaniae, Moldaviae Transalpiniaeque non noceant et contra pacem nihil committant, a nobis vos et Regnum vestrum nihil damni est habiturum. Nostras benevolas litteras ad huius testimonium dedimus. Regnum Imperiumque vestro recto regimine et pacifice, quemadmodum antea, sic et nunc regite et gubernate, curam adhibete summam, ut omnia pacifice concorditerque gerantur apud vos usque ad electionem Regiae Maiestatis vestrae, tantummodo, ut diximus, nostro Imperio Transylvaniae, Moldaviae Transalpiniaeque et horum Regnorum Waivodis, provinciis et incolis non noceatis. Nos antiquum foedus et pacem non solvemus. Hoc tum videtote, ut cum nostris inimicis et hostibus naturalibus nihil cometii et amicitiae habeatis; si vultis nobiscum in antiquo foedere et mutua pace manere, ex nostris inimicis et hostibus neminem ad regiam dignitatem evehatis. Nostri amici, Regis Serenissimi vestri, soror est coniux Serenissimi Regis Suecorum. Aut hunc igitur Regem Suecorum prudentissimum, aut aliquem ex vobis regia dignitate dignum, aut Waivodam Transylvaniae, Stephanum Batori de Seula,²⁾ regiam in dignitatem evehite. Istos enim vicinitate et familiaritate vestra dignos arbitramur. Sic vigilate videtoteque, ut in terris nostris continentia non negligatur. Datum Constantinopoli anno Machometi 982 die 1 Aprilis, Christi autem 1575.

In dorso alia manu: Exemplum litterarum Imperatoris Turcarum ad Polonos.

²⁾ sic in ms.

Brandisii, 17.VI.1575.

Ignotus

ignoto

de exauthoratione regis Henrici a "Cozinsky Slesita" relata.

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 140-141.

Dominus Cozinsky, vir nobilis Slesita, una cum alio mihi ignoto, qui iussu Caesaris proximis Comitiis Polonicis interfuerunt, heri ad nos Brandisium redierunt. Ex horum relatione perceperimus Regem Gallorum exauthoratum^{z)} esse, ita tamen, ut beneficium magis accepisse, quam ignominiam passus esse videatur. Declararunt enim Poloni Regem, duobus Regnis magno intervallo inter se disiunctis cum imperare non possit, sua sponte haereditariam curam externae praetulisse, eamque ob causam decrevisse illos Regem tanta imperandi molestia sublevare eidemque successorem dare, ne tam incommodo ac difficili imperandi onere gravaretur.

Lorichius autem Borussus, qui aliquandiu nomine Gallico apud Polonus legatum egit, conatus est studia Polonorum iam alienata ad partes Regis sui traducere, longa et luculenta habita oratione. Verum tamen hic orator, tametsi facundus, exorator esse non potuit.

Sed et illa, quae alioquin fervida ferventi ferret Ferraria ferro, fervorem suum deferuisse sentitur. Siquidem legati Ferrarienses a summo magistratu interrogati, an legationem suam exponere vellent, non ausi sunt profiteri se legatos, sed tantum Principis sui ministros esse dixerunt atque eo consilio in Poloniam venisse, ut quando ibi de nova electione ageretur, postquam Caesaris legati auditi essent, ipsi quoque mandata Principis sui proferrent. Studia autem Polonorum in Caesarem usque adeo propensa, ut maxima pars ex Palatinis, Castellanis et Waivodis Caesari aperte faveat. Reliqui autem, qui paucissimi sunt, Piastum quendam, ut vocant, eius gentis lingua et moribus hominem, non tamen origine, Regem esse cupiant.

Comitia vero de eligendo alio Rege ad diem incertam esse dilata eamque sub exitum Augusti aut initium Septembbris esse futuram. Interim autem, quod praecipuum est, Poloni magno consensu polliciti sunt se inscio et inconsulto Caesare de novo Rege eligendo nihil statuere velle. Ad haec Laschium et Duditium cum nonnullis aliis, ut Caesarem latius de ratione huius electionis coram edoceant, propediem affuturos. Sed haec tibi soli pro ea, quae inter nos intercedit, necessitudine merito committenda duxi. Quod nihil horum perferri velim ad Gallum istum pusillum, seu magis pullum gallinaceum, quod vereor, ne pipilando tabescat miser. Nam de alio Gallo, qui non aliter ac si milvium conspexisset, Praga proxime demissis alis abiit, ipsum sane affirmant caveam ingredi non esse ausum, at in propinquuo tantum gallos in cavea inclusos observasse, atque ut primum infaustum ipsorum gallicinium audivisset, metuentem tempestatem ad suos rediisse. Te vero tandem in medio Foro saltantem videre spero, ut aliquando illud vere dicere possimus: Salva res est, saltante sene. Vale. Brandisii, die XVII Iunii MDLXXV.

In dorso: Exemplum cuiusdam epistolae de rebus Polonicis.

In margine superiore alia manu: 17 Giugno 1575.

Cracoviae, 15.VII.1575.

*Palatinus Cracoviensis [Petrus Zborowski]
universis
de rege Henrico deposito deque interregno declarato.
(Exempl.)
A.M.F. F. 4293, f. 143.*

Copia del bando fatto in questa città di Cracovia alli XV di Luglio 1575 contra il Re Henrico Re di Francia, publicato per mandato di questo Illustrissimo Signor Palatino di Cracovia.

Signori, per questo vi degnerete intendere che dapoiché la Maestà del Re Henrico, secondo l'ordinatione che fu fatta nella convocatione di Warsavia et mandata ad avvisare a Sua Maestà, secondo la determinatione di detta convocatione fatta dalli Magnifici consiglieri, tanto dalli ecclesiastici che dalli temporali, che se Sua Maestà non si fusse trovata per li XII di Maggio passato in Stanzischa, che detti Signori gli protestavano voler far nuova elettione, così adesso in questa Dieta suprema sotto Stanzischa, et così per non esser venuta la detta Maestà, tutti li Signori, così spirituali come temporali, insieme con li Baroni et nobiltà di questo Regno di Polonia, unitamente et di un medemo volere hanno decretato di non rendergli più obbedientia, nè volerlo per Re nè per patrono, sì come fosse morto. Che così s'hanno trovato per loro decreti. Dapoiché Sua Maestà non è venuta al tempo nominato in Stanzischa interregno, così vogliono et non altrimenti. Come anchora sotto Stanzischa si è dichiarato per li Magnifici Marscialchi della Corona, et publicamente gridato essere interregno et fatto intendere a tutte le provincie di questo Regno. Et così io, per il giusto comandamento et commession del convento di Proschowitz, segnato dalli Signori Baroni et nobili del palatinato di Cracovia, ho fatto publicare come Henrico non è più Re nostro et sicuramente è interregno. Così questo facciamo intendere a tutti, acciò ognun lo sappia.

Cracoviae, 9.X.1575.

*Ignodus
ignoto
de Tartarorum incursione in Voliniam aliasque terras.
("Avviso")
A.M.F. F. 4293, f. 144.*

Ex Cracovia die 9 Octobris anni 75.
Magna est undiquaque trepidatio, omnia loca lamentis et eiulatibus personant ob miserabilem Tartarorum depopulationem et caedem atque

incendia, a Volhinia, Podolia, Russia Leopolim usque omnia in cinerem redacta sunt. Centum quadraginta milia Tartarorum Turcis permixtorum incredibilem vastitatem inferunt et progrediuntur indies versus montana ad Sanocum, omnia ferro et igne absumendo, iam Pressoviam viginti tribus abhinc miliaribus pervenerunt.

Nobilitas vicina in oppida se recepit cum uxoribus et liberis, quae bello inhabilis est. Reliqua se armat, quantum in tanta rerum omnium inopia licet, quamvis mira animorum omnium abiectione et desperatio omnia facit graviora et calamitosiora. Verendum est, ne se Turcis iungant in finibus et in Ungariam irrumpant atque inde per Transilvaniam domum redeant spoliis onusti. Palatinus Podoliae et Sandomiriae, arcibus quibusdam suis inclusi, neque sibi neque aliis opem ferre possunt. Nos hinc quosdam nostros extrudimus ad reliquias conservandas, ut Laskium et alios; non sine sumptu Varsoviae conventionem haec communis calamitas dissipavit.

Opinio est prorsus ad Sancti Martini diem fore electionem, quae frena et flebilis erit. Nunc capiunt fructum suorum consiliorum perditilli homines, qui se patriamque suam perniciosa illa Stenczicziensi secessione in tantum periculum atque adeo exitium praecipitarunt. Dolendus est hic casus, sed hoc tamen solatii nobis relinquitur, quod Deus ex malo bonum elicit, ac quod ad causam nostram attinet, posthac confido eam meliorem progressum habituram. Intelligent enim homines suo malo edocti, quam fluxa sit paganorum fides, quam vana promissa, quam item necessaria virium vicinarum nationum coniunctio. De rebus nostris scribam alias maiori ocio.

N. 49.

Cracoviae, 10.X.1575.

*Ignotus
ignoto
de incursu Tartarorum; adiungitur elenches civitatum et arcium a Tar-
taris captarum.*

("Avviso")

A.M.F. F. 4293, f. 145-146.

Da Craccovia li X d'Ottobre 1575.

Hieri arrivò qua da Leopoli un servitore del Signor Kamienieczky, mandato di tal loco al Signore Tesauriere del Regno, con nuove molto cattive et d'haverne compassione. Et questo è che nel paese della Podolia et la Russia v'arrivò d'improvviso et inaspettatamente da 80 mila Tartari, i quali il secondo d'Ottobre entrarono nella città Woloscze et fu in domenica mattina, mentre che quelle genti erono alla loro devotione nella chiesa Rutena, dove entrati senza avviso alcuno cominciorno a legare et menar prigione tutte quelle genti, ammazzando et tagliando a pezzi li vecchi, vecchie et fanciulli. Et havendo saccheggiato la terra, le dettono

il fuoco. Et poi di lì si partirono più avanti, scompartiti in più parti, talché l'altro dì, cioè il lune, si trovarono nelli borghi di Leopoli, dove giunti al sì d'improvviso occuporono l'hosterie, le quali trovarono piene di carradori con più sorte di mercanzie, che conducevano per li Armeni, et altri mercanti, come spetierie, ciambellotti, sete et simili cose, che per quella via di levante condur sogliono.

Et presa et legata la più fresca gente, insieme con le mercanzie, menorno via et condussero dove era lor massa. Uscì subito della città di Leopoli lor dietro 150 cavalli, acciò seguitandoli potessino haverne qualch'uno nelle mani per haver lingua, ma sino a quel giorno non li possettono raggiungere, et tornandosene alcuni de nostri a dietro per dar nuove che non gli havevan raggiunti sino a tant'hore et per sollecitare che si mettessi in ordine del'altra gente, trovorno le vestigie de Tartari, dov'erano passati con la preda et tra via assai gente morta; tra la quale molta nobiltà, et si vedeva alle ferite loro che s'erano difesi nelle lor case, avanti fussero presi, et per la via poi nell'essere menati prigione per mancamento del sangue morivano.

Abbruciorno detti Tartari in quei due giorni diciotto città, havendole prima saccheggiate, che saranno notate qui di sotto. Et hanno menato prigione da 200 mila anime, et vi saranno rimasti tutti li nobili con le lor donne et figli, havendoli trovati, come ho detto, d'improvviso; cosa certo mai intervenuta in questi paesi, poiché di questo tempo mai tale inimico soleva venire che, come sapete, potendo difficilmente passare le paludi et stagni, si trovano tra li loro et nostri confini. Fra i più nominati nobili che hanno ricevuto maggior danno et perso moglie, figli, amici et parenti, sono li infrascritti, cioè:

Il Signor Belesky, il Signor Kamienieczky, il Signor Halkazanowsky, il Signor Siniensky, il Signor Czerniensky et di molti altri, li quali non vi nomino.

Alli 4 d'Ottobre dal Signor Palatino di Podolia et da quel di Chiowa è venuto qua a Leopoli avviso, come havendo preso alcuni Tartari haverano lingua che sotto Sieniawa, Rohatinowa et Belsa si trovava un numero di Tartari d'8 mila, et che l'altro essercito, che è verso Leopoli, è di numero 15 mila et vi è in persona l'Imperatore Przekopsky con due suoi figli. La massa poi del loro essercito è in un luogo detto Kosow, dove mandano et conducano tutta la preda et prigionie.

S'è inteso ancora, come tra loro v'è di molta gente di Valacchia et Turchi, et che ciò fanno di concessione del Gran Turco, dal quale son mandati per distruggere il paese et far prigioni il più che possono di gente fresca, et che non abbrucino i villaggi né i granari, perché in breve esso manderà o verrà con maggior essercito a danni di tutto questo Regno. Li nostri si mettano in ordine con il maggior numero di cavalli che possano, con speranza, se li Tartari aspettano di trovarsi con loro, a far giornata.

La convocatione stabilita per alli 3 d'Ottobre non si farà altrimenti che è disturbata da questi romori. Il Signor Dio sia quello che voglia essere il nostro duce, perché per ora siamo come senza capo.

Nomi delle città prese dai Tartari in Podolia et Russia: Zaloscze, Rochatin, Tarnopoli, Golegori, Podaycze, Pohorelcze, Dunaiow, Harayow, Brzezani, Busko, Bobrka, Kulikow, Kamionka, Mosti, Stoianow, Zloczew, Cleszko, Gliniani.

Ignotus

ad rei memoriam

elenchus senatorum, qui in electione regis Poloniae in singulos candidatos vota sua declaraverunt.)*

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 149.

Voti della Signori Senatori fatti in questa elettione di Varsovia.
L'Arcivescovo...²⁾ [Gnesensis, Iacobus Uchański] al'Imperatore o Arciduca Ernesto
Vescovo di Cracovia [Franciscus Krasiński] al'Imperatore
Vescovo di Plozka [Petrus Myszkowski] al medesimo
Vescovo di Chelma [Chelmensis, Petrus Kostka] al medesimo
Palatino di Cracovia [Petrus Zborowski] al Rosembergh
Palatino di S...²⁾ [Sandomiriensis, Petrus Kostka] al'Imperatore o Piasto
Palatino di Calis [Calissiensis, Gasparus Zebrzydowski] al Piasto, o Moscovito, o Re di Suetia
Palatino di Seradia [Adalbertus Łaski] a Ernesto
Palatino di Vilna^{a)} [Nicolaus Radziwill, Rufus] al'Imperatore o Ernesto.
Castellano di Vilna [Ioannes Chodkiewicz] il simile
Palatino di Troki [Stephanus Zbaraski, dux in Zbaraż] il simile
Palatino di Lublin [Ioannes Tarło] al Piasto
Palatino Podlaski [Nicolaus Kisza] al'Imperatore
Palatino di Lonziza [Lenciciensis, Ioannes Sierakowski] al Piasto
Palatino Brischi [Brzestensis in Cuiavia, Ioannes Ślużewski] al'Imperatore
Palatino Laschi [forsitan Ravensis, Anselmus Gostomski?] al medesimo
Palatino Belski [Brzestensis in Lithuania, Georgius Tyszkiewicz] al Piasto
Palatino Kelmeski [Culmensis, Ioannes Działyński] a Ernesto
Castellano di Posnania [Ioannes Rozrażewski] al Piasto o Re di Suetia
Castellano di Calis [Calissiensis, Nicolaus Konarski] al'Imperatore
Castellano di Siraz [Stradiensis, Andreas Dębowski] al Piasto o l'Infante
Castellano Lenzisch [Lenciciensis, Iacobus Lasocki? Adalbertus Przyjemski?] al Piasto
Castellano Senoczki [Samogitia, Melchior Szemiot? Nicolaus Talwosz?] a Ernesto
Castellano di Leopoli [Petrus Sieciński? Ioannes Krotowski?] al Re di Suetia
Castellano di Podlase [Adam Kosiński? Constantinus Tyszkiewicz?] al'Imperatore o Ernesto
Castellano Briemski di Lithuania [Brzestensis, Ioannes Hajko? Matthias Sawicki?] a Ernesto
Castellano di Kelma [Chelmensis, Georgius Oleski] al'Imperatore
Castellano Mescinz [Mscislaviensis, Andreas Massalski] al Piasto
Castellano Kiembksi [Bieczensis? Andreas Dembiński?] al'Imperatore
Castellano Sarneschi [Zarnoviensis, Felix Ligęza] al Rosimbergh

Castellano Malocoschi [*Malogostiensis, Hieronymus Modliszewski*] al Duca di Ferrara
 Castellano di Premissia [*Premisliensis, Andreas Wapowski*] al'Imperatore
 Castellano Sanek [*Sanocensis, Ioannes Herbert*] al medesimo
 Castellano Dobinzki [*Dobrzyniensis, Paulus Działyński*] al Piasto
 Castellano Polnezki [*Polaniecensis, Sigismundus Zaklika*] al'Imperatore o Piasto b)
 Castellano di Pijemislia [*Przementensis, Petrus Potulicki*] al Piasto
 Castellano d'Ogechovski [*Czechoviensis, Stanislaus Tarnowski*] al'Imperatore, biasmando il Duca di Ferrara
 Castellano Nalbeschi [*Naklensis, Nicolaus Łękiński*] alla Casa d'Austria
 Castellano Briesmichi [*Brzezinscensis, Szamowski*] al'Imperatore
 Castellano Vnonlaschi [*Inowlodiensis, Petrus Szmerzyński*] al Piasto o al Duca di Ferrara
 Castellano Sokaskaff [*Sochaczoviensis, Christophorus Lasocki*] all'Imperatore
 Castellano Gokanoczki [*Ciechanoviensis, Nicolaus Kossobudzki*] al Duca di Ferrara
 Castellano Konarschi [*Konariensis in Łęczyca, Raphael Składkowski*] al medesimo
 Castellano Tebagionschi ^{z)} alla Casa d'Austria o Moscovito
 Signor Gran Marescial del Regno [*Andreas Opaliński*] alla Casa d'Austria
 Il Vicecancelliero [*Ioannes Zamoyski*] all'Imperatore
 Signor Andrea Baroschi [*Zborowski*], Marescial della Corte, a Ferrara o Transilvano

**Nomina sedium plerumque deformata, nomina propria omissa, hic correcta et adiuncta sunt secundum NIESIECKI, I, p. XIII-XVI, 17-386.*

a) *sequitur expunctum*: il simile

b) *sequuntur expuncta verba*: Castellano Poinezki al'Imperatore

z) sic in ms.

z) sic in ms.

N. 51.

Varsaviae, 16.XII.1575.

Ignotus
ignoto
de votis divisis in electione regis Poloniae.
 ("Avviso")
 A.M.F. F. 4293, f. 150.

Die XVI Decembris Warsoviae 1575.

Quod tam breviter scribo, rogo grato animo excipias. Notum tibi facio, quod Sacram Caesaream Maiestatem Senatores principales cum magna parte nobilitatis in Regem Poloniae eligerunt, quamvis certo scio vos istud iam pridem intellexisse, sed quia non in concordia, propterea existimo hoc contigisse propter nostra peccata. Nam maxima pars equestris ordinis cum Palatino Cracoviensi, Lublinensi, Belzensi et Calisiensi

et aliquot Castellanis tertia die post publicationem Imperatoris eligerunt sibi Batori, Palatinum Transylvaniensem, in Regem sub hac conditione, quod Infantem in uxorem accipiat, alias non potest sine illa dominari. Similiter Infanta sine ipso, et iam destinaverunt oratores pro illo. Tempus quoque nominaverunt in diem Trium Regum coronandum illum, locum autem eligerunt in civitate Jendrziowo, ubi omnes contrarii convenient ad prohibendum introitum Imperatoris in Poloniam. Nos hic adhuc morramur in summo periculo, dicunt nos occidere et ex Regno expellere. Sed si Deus nobiscum, quis contra nos? Si etiam veniretur ad hoc, propter hanc Sanctam Austriacam Domum non poenitebit nos bona et vitas nostras innocenter perdere.

N. 52.

Cracoviae, ante 23.III.1575.

*Ignotus
ignoto
de diversis rebus Poloniae.
("Avviso")
A.M.F. F. 4293, f. 151.*

Copia de gl'avisi ch'habiamo di Cracovia per lettere di 23 di Marzo copiate a littera.

I Lithuani si sono uniti et acordati col Duca di Sluscho, ch'è di casa Jagelona, che presti 200 mila fiorini per difendersi, bisognando, dal Moscovito il quale è in Livonia con essercito et tutto guasta et incende, menando via i paesani et i lavoranti, talché non gli resta nel paese aperto cosa alcuna, che alcune pucche città et rocche munite. Ma alcuni dicono ch'i Lithuani e i Masoviti non vogliano altro Re ch'il Re Henrico et che per opporsi ai contradicenti nella futura conventione s'armano diligentemente delle cose necessarie.

Altri dicono che questa è una finta et che essi non vogliano altro per Re che 'l Moscovito, ma dei Lithuani io nol^{z)} posso credere, da che 'l Re Henrico ai Ragiwili et al Starosta di Samogitia ha dato quanto han saputo mandare a Sua Maestà.

Il Signor Taranowsky che fu mandato a Constantinopoli, gionto che fu ai confini, fu richiamato, onde li convene^{z)} di tornar briglia et di dar volta.

Hogi è gionto qui il Signor Drocewsky ch'era compagno dil Signor Conte Hieronimo, Ambasciator dil Senato al Re Christiano, et il Conte Hieronimo passò a trovar l'Arcivescovo.

Qui si sta in gran timore delle cosse^{z)} Turchesche, dubitandosi che non venga a danni nostri, quando vogliano far qualche novatione.

^{z)} sic in ms.

Meggies, 8.II.1576.

Franciscus Pesthy

Christophoro a Teffenbach

refert Stephanum Bathoreum in regem Poloniae iuratum esse.

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 152.

Exemplum literarum ad Dominum Christophorum a Teffenbach. Haec quoque Generosae et Magnifica Dominationi Vestrae^{a)} significare volui Dominum Waivodam Transilvanum circa horam undecimam in templo parochiali huius civitatis Megges hodierno die solenniter et publice in Regem Poloniae promulgatum et pronuntiatum esse, ibique coram oratoribus Regni Poloniae et coram toto coetu Regni Transilvaniae genibus flexis ab altare^{z)} eiusdem ecclesiae ad sacrosanctum Evangelium fidem suam vovisse eumque in Regem Poloniae pronunciatum esse. Ibique finitis ceremoniis Te Deum laudamus cecinisse, timpana et tubas clangisse atque strepitus bombardarum per duas integras horas iaculasse.

Itemque sciat Generosa et Magnifica Dominatio Vestra Dominum Christophorum Batori in Waivodam Transilvaniae atque Magnificum Dominum Christophorum Haimassi in Generalem Capitaneum Regni Transilvaniae pronunciatos esse. Datum ex Meggies 8 Februarii anno 1576.

Eiusdem Generosae et Magnifica Dominationis Vestrae servus perpetuus Franciscus Pesthy.

a) *in ms. contractio:* Vrie

z) *sic in ms.*

Cracoviae, 3.III.1576.

Senatores Regni Poloniae

universis

de pactis cum rege Stephano conventis.

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 153-155.

Nos, Regni Senatores spirituales et seculares, atque Nuncii terrarum, qui coronationis causa Electi Principis, secundum electionem Warszowensem, deinde iuxta consensum Andrejoviensis convocationis, Cracoviam convenimus, significamus universis et singulis nobis die hodierna oblatis esse ac redditas litteras per manus Nunciorum Electi nostri, Illustris ac Magnifici Capitanei Transylvaniae, videlicet per Generosos Dominos Emericum Suliock de Zopor, Albertum Starzechowski, Succamerarium Leopo-

liensem, et Ioannem Radzieowsky, quaternas literas pergaminaceas, iuramentum praefati Electi nostri omnium pactorum, articulorum, conditionum, praeterea legum, libertatum ac privilegiorum nostrorum communium in se continentes, quae litterae sunt in haec verba: Stephanus, Dei gratia Electus Rex etc.

Ex litteris confirmationis.

Senatores Regni, milites omnesque ordines Regni Poloniae ac Lituaniae, similiter aliorum omnium dominiorum sive provinciarum, ad Regnum pertinentium, hoc apud nos sibi cautum esse voluerunt. Nos vero constituimus legibusque perpetuum ac firmum esse volumus, quod in vita nostra nos et posteri nostri Reges Poloniae iidemque Magni Duces Lituaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae,^{a)} Samogitiae, Kiioviae, Volyniae, Podachiae, Livoniae etc., non debemus nominare nec eligere, neque electionem aliquam assignare nullisque rationibus vel modis aliquibus excogitatis Regem, qui nobis succederet, in Principem assumere. Idque ob eam causam, ut post obitum nostrum ac nepotum nostrorum electio Regis libera omnibus Regni ordinibus in perpetuum maneat. Proinde neque titulo haeredis utemur, neque nostri nepotes Reges Regni Poloniae.

Et quoniam in hoc Regno nobili ac paeclaro gentis Poloniae^{b)}, Lithuaniae, Russiae,^{c)} Livoniae et aliarum sunt multi in religione dissidentes, occurrendo, ne in posterum ex ea religionis diversitate ac dissidentia aliqua seditio vel tumultus exoriatur, hoc sibi nonnulli incolae Regni confoederatione speciali caverant: se ipsos hac in parte, nimirum in religionis causa, in pace conservari oportere; quam confoederationem illis integre servandam nos in perpetuum pollicemur.

In negotiis autem Regni, quae pertinebunt ad personam et dignitatem nostram, ut legationum ad exterias nationes mittendarum et expediendorum praesidiorum vel militum conscribendorum ac assumendorum, nos et nostri nepotes nil aggredi neque facere debemus absque consilio Senatorum Regni utriusque gentis, non ingerentes nos comicialibus negotiis. Eas tamen legationes, quae ad Rempublicam non spectarent, possent autem pro suo tempore et necessitate absolviri, eas poterimus atque debemus peragere, non insciis Senatoribus Regni utriusque gentis, qui nobis aderunt.

De bello vel expeditione generali nil agemus praeter consensum Comitiorum omnium ordinum, nec extra fines Regni utriusque gentis milites Regni more belli ulla ratione educere nec rogationibus nostris regiis, neque quinque marcis super hastam solvendis nos et posteri nostri Reges Poloniae debemus et verbo regio nostro confirmamus. Quodsi vero ex Comitiorum consensu expeditionem generalem moverimus, non diutius tenebimus subditos nostros eo locorum, quem ipsis et tempus ultimis litteris nostris bellicis assignaverimus, praeterquam duarum septimanarum spacio. Si autem ex consensu omnium ordinum extra fines subditos nostros educere voluerimus, illique nobis hoc ipsum sua sponte concesserint, tum singulis equitibus, nullis exceptis, etiam peditibus nobilibus, qui ad bellum obligantur, debemus illis dare, priusquam ex finibus progressi fuerimus, quinas marcas, neque amplius eosdem retinere in bellicis rebus ratione quinarum marcarum, quam unum quadrantem anni. Nullam divisionem in partes exercituum, tam maioris quam minoris, inter eos facientes. Sin autem ad 14. diem eosdem ex finibus non eduxerimus, diutius apud nos morari non debebunt. Tempore autem belli omnes necessitates sumptu nostro perficiemus, videlicet mollem torminum, pulverem

sulphureum, iaculatores torminum, pedites stipendiarios et omnem custodiā.

Fines Regni utriusque gentis omniumque dominiorum ad Regnum pertinentium ab omni hostili incursu sumptu nostro defendemus ac debemus, et posteri nostri, quartum secundum Poloniae statutum in potestate relinquentes.

Hoc etiam saepius contingere potest, ut inter tot et tam multos Senatores opiniones, sententiae et iudicia sint diversa, nec semper in omnibus rebus aut negotiis eadem et convenientia. Proinde nos et posteri nostri sua autoritate nihil concludemus, sed^{d)} curabimus diligentissime, ut omnes ad unam sententiam pertrahere possimus, discutiendis eorum omnium argumentis, quae pro legibus, libertatibus communibus et cum maiore commodo Reipublicae esse viderentur quaeque libertatibus, legibus ac privilegiis, omnibus dominiis datis atque concessis, non contradicerent. Si autem ad unam convenientemque sententiam eos perducere non possimus, tum penes eos conclusio nostra manebit, qui proxime ad rationem libertatum, legum et consuetudinum, secundum leges cuiusque provinciae, commodumque Reipublicae accederent, exceptis comititalibus negotiis, quae consueto more, non insciis omnibus ordinibus, necnon absque eorundem consensu peragi debent.

Cum autem hoc certum exploratumque habeatur unam regiam personam apud tantas provincias huius Regni omnibus negotiis sufficere non posse, unde in discrimen et dissolutionem Regnum devenire possit, proinde statuimus legibusque perpetuum esse volumus, ut singulis Comiciis generalibus assignati nominatique sint ex Senatoribus Regni numero 16, ita ex Polonia, quemadmodum ex Lituania aliisque dominiis ad Regnum spectantibus, non insciis omnibus ordinibus, ad alios dignitarios Regni Poloniae et Lituaniae, qui apud nos assidui sint, observantes dignitatem et personam nostram communemque libertatem, sine quorum scientia et consilio nos et posteri nostri nihil agemus, neque poterimus in causa negotiisque communibus (nil attingentes ea, quae Comiciorum sunt). Et hi assignati nominatique tenebuntur observare, ut in omnibus contra dignitatem nostram nil ageretur, similiter contra ius commune. Quorum omnium deinde responsum datus esse in Comiciis generalibus proximis. Unicuique tamen ex Senatoribus liberum erit venire ad nos, quoties voluerit, et praesentia sua adesse. Quos cum ad haec, tum ad alia negotia tamquam Senatores admittimus et de omnibus consilia conferre ac scire debebunt, ita ut deputati nihilo potentiores superioresque illis habebuntur, hoc uno excepto eos ipsos praesentia sua apud nos ad suum tempus permansuros, non praetermittentes morem antiquum perscribendi litteris nostris ad absentes consiliarios, si aliquid eiusmodi obvenerit. Designatio eorum 16 Senatorum in Comiciis ipsis debet esse, ut singulis anni meditationibus sint quatuor: quorum alter ex Episcopis, alter ex Capitaneis, duo autem ex Castellanis eodem ordine, qui in Senatu observatur.

Si aliquis eorum suo ordine adesse recusaverit, aut propter aliquod legale impedimentum non possit, ut ibidem in Comiciis significet et alias ex ordine in locum illius necessario designetur. His vero providebitur ex thesauro nostro et nepotum nostrorum: Episcopiis^{z)} ex Russiae provinciis et aliis; secularis ordinis Senatoribus singulis quingenti floreni ad medium anni; spirituales vero dominiorum Poloniae his non opus habent, cum illis bene sit provisum.

Comitia generalia Regni ad summum in duobus annis proponenda assignandaque erunt. Si vero aliqua gravis et urgens Reipublicae necessitas adfuerit, tum ea ex consilio utriusque gentis Dominorum Senatorum, ut tempus et necessitas Reipublicae postulaverit, assignabuntur, diutius non proferenda quam ad sex septimanas. Ante vero eiusmodi Comicia in Polonia pro consuetudine, in Lituania secundum statutum Magni Ducatus Lituaniae conventicula provincialia habebuntur, videlicet in Kolo et Korczyn conventiculum generale fieri consuevit, sic in Lituania in Volkovisko generale itidem conventiculum debet esse. Ad quae conventicula per Nuncios nostros negocia occurrentia more consueto significare debemus.

Promittimus quoque verbo regio nostro et nepotis nostri, quod nullo sigillo uti debemus, neque sigillo privato in^{e)} negotiis, quae ad Rempublicam pertinebunt, tam intra quam extra Regnum, tantum sigillis Regni, quae sunt apud Cancelarios et Succancelarios, tam Poloniae quam Lituaniae.

Dignitates Regni utriusque gentis integrae conservandae sunt, similiter curiales dignitates nec diminuere nec opprimere debemus, sed potius gravissimis, prudentibus et optime meritis utriusque gentis, non vero alienis, si vacaverint, conferre debemus.

Ut nulla extet ambiguitas vel controversia circa nobilium fundos, sed semper liberi cum omnibus fructibus, quoscumque eorum protulerint agri, etiam metallia omnis generis et loci eorum salinarii, illis ipsis^{f)} concedendi erunt. Nos vero et nepotes nostri liberum usum earum rerum nunquam impediemus.

Similiter promittimus nullas interpretationes argumentationesque ex alieno iure nos admissuros, ut largitiones ex bonis maiorum nostrorum donatae ac concessae pro lenna habeantur, exceptis quae expresse habeant donatas largitasque fuisse iure feudali.

Praefecti finitimorum iudicialiumque castrorum et urbium, similiter urbes, quae praefectos non habent, Regi et Regno iurare debent se tempore interregni castra et civitates^{g)} nemini alii^{h)} tradituros, quod cum incommodo Reipublicae esset, praeterquam ipsi Regi libere cum consensu omnium electo et coronato, sub privatione honestatis, vitae et possessionis.

Corona Regni Poloniae servari debet in thesauro Regni Cracoviae per Dominum Thesaurarium Regni sub sigillis et clavibus eorum Senatorum, videlicet per Castellatum et Capitaneum Cracoviensem, Poznaniensem, Wilensem, Sandomiriensem, Calisiensem et Trocensem, qui eam proferre non debent, nisi cum consensu unanimi omnium Senatorum Regni et aliorum ordinum. Absentia alicuius horum vel aliud legale impedimentum non debet impedire mutuum consensum, verum absens post significationem aliorum Senatorumⁱ⁾ debet clavem suam ad alias collegas mittere. Si vero aliquem eorum mors praeoccupaverit, alii collegae praesentes potestatem habent serae illius aperiendae et sigilli avellendi.

In communem iusticiam iudicialem quaedam provinciae Regni Poloniae consenserunt, ex nostra persona ea remota, quam nos illis concedimus nec prohibere debemus ea ratione, ut aliis quoque, si id persuasum sibi esse voluerint, hoc idem semper illis liberum erit. Correctio autem illius debet quoque esse libera cum mutuo illorum consensu. Quodsi vero illi ipsi ita existimaverint, ut ea demum in regiam personam nostram imponenda esse videatur, hanc assumere nos ipsi nostrique nepotes debebimus. Similiter Senatores omnes et ordines Magni Ducatus Lituaniae et terrarum Wolyniae, Kiioviae, Braczlaviae, qui iure Lituanorum utuntur,

hoc idem ea ratione et consilio statuerunt, ut ante Comicia futura coronationis nostrae proposita iura sua corrigant et modum rationemque iusticiae administrandae inveniant. Et quemadmodum illi constituent inter se, in quamcunque rem maior pars eorum, qui iuribus Lituaniae utuntur, consentiet, hoc totum nos in coronatione nostra iureiurando confirmabimus, et in posterum similiter iura sua et iudicia licebit illis semper corrigere.

Hoc peculiari modo cavemus, quod nullas contributiones, nullas exactiones in possessionibus regiis nostris et Senatorum spiritualium, similiter vectigalia nulla nova in nostris civitatibus, quae sunt in Polonia, Lituania et in omnibus dominiis ad Regnum pertinentibus mandare aut statuere debemus sine consensu omnium ordinum in Comitiis generalibus. Neque etiam monopolia earum rerum, quae ex provinciis Regni cum Poloniae, tum Lituaniae, proveniunt, constituere prohibebimus.

Et quoniam in matrimonio nostro Reipublicae plurimum interest, proinde pollicemur ac confirmamus pro nobis ipsis ac nepotibus nostris Regibus Poloniae nil unquam statuere aut quidquam proponere in matrimonii nostris extra scientiam et consensum Regni Senatorum utriusque gentis. Et praeter eas causas, quae scriptura et verbo Dei sunt expressae ad dissuendum vel divortio separandum matrimonium, nullas occasione quaeremus.

Conditiones omnes per legatos nostros nomine nostro oblatas et confirmatas¹⁾ explere debebimus, verboque nostro confirmamus hoc totum et quidquid praeterea libertatum ac legum suarum ordines Regni utriusque gentis nobis circa coronationem contulerint, accipimus et accipere debemus, iurare, confirmare ac in perpetuum inviolabiliter tenere, re ipsa praestare atque exequi debemus et promittimus per fidem et iuramentum nostrum, verbo nostro in perpetuum confirmamus ac roboramus. Si autem (quod Deus auferat) contra leges, libertates, articulos, conditiones aliquid excesserimus, aut aliquid horum non praestiterimus, tum incolas Regni utriusque gentis ab obedientia et fide nobis debita missos liberosque facimus. Haec omnia constituta et scripta sunt per Senatores Regni utriusque gentis, per militares ordines omnium dominiorum ad Regnum pertinentium in Comitiis generalibus electionis prope Warssoviam ad pagum Kamien, die 12 Maii anno Domini milesimo quingentesimo septuagesimo tertio.

Ex aliis litteris confirmationis.

Proinde nos omnes, praefati Senatores Regni, cum praenominatis ordinibus eiusdem Imperii cum existimemus hoc ipsum maxime utile esse, ut hoc iuramentum Regis nostri Electi quam primum ad noticiam omnium deferatur, usi sumus Magnifici Domini Valentini Debienski de Dębno, Cancelarii Regni Poloniae, opera, ut eas omnes litteras, quarum habet originalia, imprimendas in lucemque publicandas curaret atque singularia earum exempla ob evidenter noticiam propria manu perscribat²⁾ sigillumque proprium apponaret et ad omnes terras, palatinatus et omnes provincias Regni et dominia ad Regnum pertinentia mittere iubeat. Omnes itaque in universum praefectos urbium ac civitatum et alias, eorum vices gerentes, cum in Regno, tum in dominiis ad ipsum pertinentibus existentes, monemus, ut praefatas litteras vel eiusmodi Regis Electi nostri legum ac privilegiorum iusurandum non solum in Acta Castrenia inscribi ex iisque, qui his opus habuerint, tradi, sed etiam illud ipsum ubique per pretores terrestres aperte in locis publicis

proclamandum omnibusque ad noticiam perferendum pro parte officii vestri non praetermittant, tum quoque eos, ad quos hoc ipsum pertinet, absque ulla mora et dilatione facere iubeant. Datum Cracoviae tertia die mensis Martii anno Domini 1576.

- | | |
|--|--|
| a) in ms. sequuntur litterae: Zmo | g) sequitur expunctum verbum: cuiquam |
| b) correctum ex: Polonicae | h) sequitur aliquod verbum expunctum. |
| c) sequitur expunctum verbum: Prussiae | i) in ms. Senatum |
| d) in ms. sequuntur litterae: di | j) sequuntur expuncta verba: et verbo no(stro) |
| e) sequitur expunctum verbum: Reipublicae | z) sic in ms. |
| f) sequuntur expuncta verba: vel in quibus | |

N. 55.

Viennae, 24.III.1576.

*Maximilianus imperator
proceribus Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae se in regem
Poloniae legitime electum esse declarat.*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 159-161.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus ac electus Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Wolchiniae,^{z)} Klioviae etc.

Reverendissimis, Reverendis, Illustribus, Spectabilibus, Magnificis, Generosis, Nobilibus, Famatis, Archiepiscopis, Episcopis, Palatinis, Castellanis, Officialibus, Capitaneis, Dignitariis, Equitibus, Civitatum Proconsulibus, Consulibus, Communitatibus ac omnibus aliis Regni nostri Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae statibus, sincere ac fidelibus nobis dilectis, salutem et gratiam nostram regiam ac omne bonum.

Reverendissimi, Reverendi, Illustris, Spectabiles, Magnifici et Generosi, Nobiles ac Famati, sincere ac fideles dilecti.

Quum superioribus annis Serenissimi quandam Principis Domini Sigismundi Augusti Regis Poloniae obitu res Poloniae ac Magni Ducatus Lithuaniae ad integrum deductae, ac postmodum Serenitatis Suae successore, Serenissimo Principe Domino Henrico, nunc Franciae Rege Christianissimo, in suum istud haereditarium Regnum reverso denuo, et redactae^{a)} essent, ut eiusdem incliti Poloniae Regni^{b)} et Magni Ducatus^{c)} Lithuaniae ordines ad novam^{d)} Regis electionem sibi legitime transeundum censuerint, nos tam primi quam secundi interregni tempore, haud ulla ambitione vel moderata regnandi cupiditate, a qua longissime semper abfuimus, neque privati alicuius commodi causa, sed ipsius potius Poloniae et Lithuaniae totiusque Reipublicae Christianae bonum, quietem et tranquillitatem iuvandi studio ad Regnum istud animum adiecumus.

Videbamus enim, quantum earundem provinciarum, quantum universae Christianitatis intersit non solum amicitiam illam bonamque vicinitatem, quod illis caeterisque Regnis intercessit, totque iam sanctificare velint, ac magno subditorum commodo culta^{e)} fuit, conservari, sed

utraque Regna et dominia uti vicina ita christiana fidei hostibus aequo exposita novo etiam eoque firmissimo vinculo sibi invicem iungi, hincque factum est, ut utroque quo^{t)} de Rege eligendo agebatur tempore Serenissimum Ernestum, Archiducem Austriae et filium nostrum charissimum, et cuius electione Regno^{s)} isti ac Reipublicae Christianae optime consultum fore nobis persuasum esset, Regni ac Magni Ducatus Lithuaniae ordinibus proponi voluerimus, et quamvis electionem suam multis gravissimis de causis nostrae personae praeferebantem^{b)} censuerimus, existimavimus tum, quod si ita res devenerit, ut ordines et status nostri potius quam filii rationem habuerint, nos nec tali casu Reipublicae deesse posse. Cum igitur Divina Providentia secutum sit, et nos superiori mense Decembri in Regem Poloniae ac Magnum Duxem Lithuaniae rite ac legitime electi ac solenni more per eos, ad quos de iure et consuetudine pertinet, nominati publiceque renunciati sumus, equidem nihil magis in votis habuimus, quam ut huiusmodi electioneⁱ⁾ per eiusdem Regni ac Magni Ducatus Lithuaniae oratores nobis denunciata id, quod ad capessenda dellata^{z)} nobis gubernacula nostrarum erat partium, quamprimum perageremus.

Verum cum nonnullos ordines Regni sui rationibus ductos ad contrarium nostrae electionis progressos esse intelligeremus, ab eoque primum ad negotii huius tractationem nos accepisse ostendimus, publici^{j)} boni et tranquillitatis studio haud alienum duximus, in primo omnium eas rationes et vias invenimus, quibus res ad concordiam reduxisset, adeoque nihil intentatum^{k)} relinquimus,^{z)} quod eo pertinere iudicavimus. Nam non modo Waywodam Transilvaniae positis ei ob oculos diligenter difficultatibus illis, periculis atque calamitatibus, quae alioquin expectanda forent, tam per litteras quam specialem nuncium a regiminis^{l)} legitime sibi delati^{m)} acceptatione dehortati sumus, nobis sic persuasum habentes, quod cum in Varschoviae Comitiis uterque eius oratores^{z)} ordines et status cohortati essent, ut nobis ac domuiⁿ⁾ nostrae Austriacae primum locum tribuerent,^{o)} eorum memor nostris monitis minus difficuler locum daturus esset, verum etiam ad indictum^{p)} ab iis, qui^{q)} a nostra legitima electione dissentient, Andreioviensem conventum praecipiue authoritatis oratores designavimus, qui instigatis^{r)} illorum animis ad saniora consilia amplectenda ipsos adducerent. Tantum vero abfuit, ut alterutro in loco quicquam profecerimus, et etiam nostri oratores Andreioviae non antea missi auditique, quam his omnibus, quorum causa illi itidem convenerant, constituendis, demum vero nullo alio quam tali cum responso, quod legatos ad nos missuri essent, recedere vellent, fuerint.^{z)} Cum tamen instituti nostri esse talia^{s)} consilia proponere, quibus ex publico Regni ac Reipublicae Christianae bono et quieti haud dubie optimum^{z)} consultum fuisset, ex quibus etsi satis colligi poterit, parum spei relictum esse iam non deducendi, quo vos semper spectavimus, nihilominus tamen nec tum nostrum in Poloniā adventum maturare, sed ne ulla dissentientibus eiusdem Reipublicae civibus in sua viscera saeviendi occasio nobis paeberetur, quin potius concordiae ineundae tanto commodius vacare possint, pro nostra in Poloniae Regnum et Rempublicam pietate ac benigna integerimaque affectione^{t)} eundem adventum nostrum differre, quam festinatione aliqua dissidentes animos^{u)} magis exacerbare voluimus, ea praesertim spe fore et alio quopiam in loco idonea aliqua ac dignitatis nostrae^{v)} et aliorum^{w)} concordiae ratio iniretur.

Quoniam vero hactenus novus quam expectavimus secutus est effectus, sed generalis ad nonam diem mensis proxime venturi Varschoviam indictus est conventus, nos ac si iis peragendis, quae ad nostri legitimi^{z)} quaesiti iuris confirmationem pertinerent, diutius deesse voluimus,^{y)} ad hec quae hesterna die, quod faustum ac tam Poloniae Regno quam universae Reipublicae Christianae salutare sit, oblatum nobis ab eiusdem Regni et Magni Ducatus Lithuaniae ordinibus iuramentum praestitimus simulque privilegiis ea omnia, quae a nobis requirebantur, confirmavimus et approbabimus ac demum electionis decretum in nomine Dei Altissimi suscepimus. Tamen cum etiam nil magis cupiamus, quam Regni istius et Magni Ducatus dignitati et rationibus simulque universae Reipublicae Christianae quieti et tranquillitati consultum esse, idque tanto maiori desyderio, quo magis nobis ob oculos versatur ruina et interritus^{z)} ex intestina civium dissensione expectandus, cum illa sicut omnibus rebus publicis semper fuit exitiosa, ita Poloniae quoque Regno alium eventum non videtur esse allatura, nec nunc adventum nostrum accelerare, sed Regni ordinibus per nostros ad Varschoviam illum conventum, quem (si modo brevitas temporis patiatur) suum habere progressum in primis cupimus, seu minus continuandum vel in aliud tempus prorogandum censemus, destinandos oratores pacis et concordiae consilia amplectenda proponere, ipsisque permittere decrevimus, ut quibuscumque modis et rationibus ad sananda Reipublicae vulnera et concordiam ineundam deffendere possint, salva tamen nostra dignitate, illa scilicet, ne pateremur nobis longe inferior^{x)} non sine gravissima contumeliae nota ac totius Reipublicae Christianae detimento^{y)} et exitio, cuius avertendi nobis praecipua cura est, nobis praefferatur.

Et quia Serenissimae Infantis persona huic negotio est annexa, ac Serenissimus filius noster Archidux Ernestus eidem Infantи matrimonio, si ipsis ordinibus Poloniae ac Magni Ducatus Lithuaniae visum fuerit, iungatur, dabimus autem oratoribus nostris talia mandata, quibus ad omnia ea, quae ad pacem et concordiam uspiam pertinere possent, ita^{aa)} sint instructi, ut ordines et status nihil plane desyderatos confidamus. Quod si vero pars adversa his iustis et honestis rationibus et mediis locum dare nolit, sed in illa opinione sua persistat, utique nec nos dignitati nostrae^{ab)} et iuribus^{ac)} nostris tuendis deesse nostrosque dese- rere poterimus, immo quamprimum per eos, qui nostras partes sequuntur, certiores facti fuerimus de adversariorum suo in proposito pertinacia,^{z)} in Regnum primo quoque tempore properabimus neque omittemus, quin praefatis oratoribus nostris inter caetera id negotii demus.^{ad)}

Et quia Regni istius Magnique Ducatus ac omnium utriusque provinciae et subditorum quieti et securitati prospectum cupimus, quoad praesidia contra hostium invasiones necessaria cum Regni et Magni Ducatus ordinibus ac statibus de iis deliberent, quae imminentis periculi^{ac)} qualitas postulare videbitur, tum etiam ea, quae superioribus mensibus in Moschoviam ablegavimus, in Regni istius et Magni Ducatus Lithuaniae utilitatem egerint atque effecerint, statibus refferant, quae ad vestrum omnium et singulorum notitiam his postridie litteris deducere voluimus. Tum vero vos benigne hortamur et requirimus, ut futuris illis Comitiis frequentes adesse ac negotio ea quae diximus ratione ad concordiam reducendo maiori studio incumbere velitis, in quo ut vobis ipsis, coniugibus ac liberis vestris, patriae denique ac universae Reipublicae Christianae optime consultum, ita nobis rem longe gratissimam facturi estis, regia nostra benignitate quavis occasione recognoscendam.^{af)}

Datae in civitate nostra Vienna die 24 mensis Martii anno Domini 1576,
Imperii nostri anno 14 et Regni Poloniae primo.

- | | |
|---|--|
| a) <i>in ms. redacta</i> | q) <i>in ms. quia</i> |
| b) <i>in ms. Regno</i> | r) <i>in ms. inistigatis</i> |
| c) <i>in ms. verbum: Ducatus deest.</i> | s) <i>sequitur expunctum verbum: instituta</i> |
| d) <i>in ms. novum</i> | t) <i>in ms. affectum</i> |
| e) <i>in ms. cultu</i> | u) <i>in ms. animorum</i> |
| f) <i>in ms. quod</i> | v) <i>in ms. dignitate nostra</i> |
| g) <i>in ms. Regni</i> | w) <i>in ms. alio</i> |
| h) <i>in ms. praeferenda</i> | x) <i>in ms. inferiori</i> |
| i) <i>in ms. electioni</i> | y) <i>in ms. detrimentum</i> |
| j) <i>in ms. publice</i> | aa) <i>in ms. illa</i> |
| k) <i>in ms. notentam</i> | ab) <i>in ms. dignitate nostra</i> |
| l) <i>in ms. Regni minimis</i> | ac) <i>in ms. viribus</i> |
| m) <i>in ms. dilati</i> | ad) <i>in ms. damus</i> |
| n) <i>in ms. domus</i> | ae) <i>in ms. periculis</i> |
| o) <i>in ms. tribuerint</i> | af) <i>in ms. recognoscenda</i> |
| p) <i>in ms. ab indictam</i> | z) <i>sic in ms.</i> |

N. 56.

Cracoviae, 7.IV.1576.

Ignotus (non legitur nomen subscriptum)

Virgilio Carnesecchi

de regis Stephani in regnum ingressu.

(Orig., sigil. vest.)

A.M.F. F. 4293, f. 163.

Molto Magnifico et mio Osservandissimo Signor Cavalliere.

Scrissi a Vostra Signoria Magnifica li 10 del passato quanto m'occorse. Dapoi oltre il dettoli non ci sendo stato cosa da conto, et per essere da continua febbre stato in letto malato sin quattro giorni sono, non ho hauto causa nè forza di farlo, dirolle hora quel di più ci sia, et a un istesso tempo risponderò alla gratissima sua del'ultimo di Gennaro, ricevuta otto giorni sono a quanto ricerco. Per anchora non è arrivato qui l'eletto Re Batari,²⁾ ben per quanto è stato l'altro hieri gridato in questa terra s'intende essere entrato nel Regno et di già si dice trovarsi in Leopoli, città nella Russia, longi da qui 45 leghe. Onde che ci s'aspetta intorno la domenica del'olive, et di molti Signori sono andati a incontrarlo et la Serenissima Infante mandò parecchie delle sue carrozze. La cagione del suo cammino si lento è derivato²⁾ et deriva dal'havere fatto la giravolta per la Valachia, a ciò da questa banda di qua vicina non le fusse interrotto il passo da Cesare o cesariani, avvenga che li faria convento passare per un precipitoso monte, dove a pena si puole andare a cavallo, e per la strettezza della strada l'un cavallo dietro l'altro. Onde facilmente posseva essere impedito, sendovi li confini di Cesare, oltre a di che anche egli ha con seco²⁾ 3 mila soldati che mena per sua guardia et altre gente di Transilvania, che vengono a accompagnarlo, artiglierie

et altri instrumenti da guerra, con molti carri d'arnesi et que'tesori^{a)} che si trovava.

Et subito arrivato che sarà qui con la Serenissima Infante, si dovrà coronare e fare il mariaggio. Con tutto ciò qui non si vede molta preparazione d'allegrezza, mettendosi ciascuno più tosto a ordine da guerra che altrimenti. Già che, come Vostra Signoria Magnifica harà inteso, da Cesare, per quanto si dice, con il consiglio et speranza d'aiuto hauta da altri Principi christiani et ad instigatione della parte, è solennemente in Vienna stato giurato le capitulationi. Ma hormai l'impresa gli verrà tanto più difficile, quanto egli ha messo grandissimo intervallo a questa sua deliberatione, et avanti si muova, dovendo andare a Ratisbona alla Dieta da farvisi, quest'altro sarà coronato et harà messo il piede gagliardamente, sendosi di molti cesariani rivolti et altri havendo giurato di rendere obbedienza al primo che sarà coronato.

Discorresi et sperasi per alcuni che queste differentie si devono accomodare, sendo qua venuto lettere a cert'uni da Ambasciatori cesariani che si trovano in Vienna, come Sua Maestà Cesarea s'accorderà a renuntiar il Regno, sempre che anche quest'altro Re il renuntiasse et che si venisse a un honorato accordo. Et mezzo, quale, per quanto si va conietturando, saria Ferrara, et perché tanto più facilmente e' possa venire a questo, non possendo essere lui, et per mettere terrore alla parte contraria. Dicesi che va faccendo grandissime provisioni da guerra, et per quanto ho possuto penetrare, è opinione che il di Ferrara deva venire a Vienna per trovarsi in aiuto di Cesare a questa impresa. Ma io penso più presto, per trovarsi più vicino, caso che si dovesse venire al mezzo. Il che hormai sarà difficile e da non sperare, sendo che le cose qua sono troppo avanti. Et che Ferrara dovesse venire contro di costoro, dove ha hauto la parte, non ha del verisimile.

Dicesi havere fatto l'Imperatore con il Moscovito strettissima lega. Et che detto Moscovito habbi già gran tempo buon numero di gente vicino a' confini, stando aspettare il successo di questo scisma per muovere guerra in Lituania, non restando l'Imperatore Re.

Mandole con questa copia del giuramento del Batori, fatto in Transilvania. Vagliasene a che li commodo.^{z)}

Pregai Vostra Signoria Magnifica, per l'antecedente mia, a volermi far dare informatione dello studio di Pisa, se accettano oltramontani et in che modo, et che scienza vi si legge. Adesso vorria la medesima di quella di Siena, per referire al medesimo amico che le dissi, et se per suo mezzo et favore potessi far ottenere loco al figliuolo. Mi faria cosa gratissima et la prego a non manchare, che la riservirò.

Le sue commessioni mi sono in memoria et per il primo occorrente sicuro li farò tenere tutto. Altro non mi occorre, raccomandandomeli quanto posso, e li desidero et prego da Dio sanità et ogni contento. Di Cracovia li 7 d'Aprile 1576.

Di Vostra Signoria Magnifica
servitore affectionatissimo et devotissimo.^{b)}

In dorso: Al molto Magnifico Signore mio sempre osservandissimo, Illustre Cavaliere Vergilio Carnesecchi. Provincia d'Arezzo.

a) in ms. texori

b) sequitur subscriptum nomen, quod non
legitur.

z) sic in ms.

Varsaviae, 3.VII.1576.

*Stephanus rex Poloniae
cardinali Alexandro Farnesio
litteras ad Gregorium XIII transmittit.*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 164.

Stephanus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae etc. Dominus, necnon Transilvaniae Princeps, Reverendissimo in Christo Patri, Domino Alejandro de Farnesiis, miseratione divina tituli Sancti Laurentii in Damaso Cardinali Diacono, Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellario et Regni nostri Protectori, Amico nostro carissimo et honorando, salutem et omnium bonorum incrementum.

Reverendissime in Christo Pater et Domine, Amice noster charissime et honorandissime.

Cum essemus aliquando per Dei gratiam molestissimis quibusdam difficultatibus liberati, quae interea nostrum in hoc Regnum adventum exceperant, e vestigio faciendum nobis esse existimavimus pro officio nostro, ut nonnulla de rebus his ad Sanctissimum Dominum Nostrum perscriberemus. Id cuiusmodi sit, ex ipso litterarum exemplo, quod ad Paternitatem Vestram^{a)} mittimus, cognoscet. Dabit igitur operam Paternitas Vestra pro suo erga Sedem Apostolicam studio et Regnum nostrum amore, ut communicato cum Reverendissimo Domino Cardinali nostro Varmensi consilio litteras ipsas nostras Sanctitati eius reddat sermonemque earum sermone quoque suo subsequatur et vere perficiat, ut ea, quae volumus, libente Sanctitate eius consequamur. Pertinent enim tum ad nostras pariter et Sanctitatis ipsius rationes, tum vero etiam ad Regni huius atque adeo ad totius Reipublicae Christianae conditionem in tranquillo statu magna ex parte collocandum.^{b)} Bene valere Paternitatem Vestram cupimus. Datum Varsoviae die III mensis Iulii anno Domini MDLXXVI, Regni vero nostri anno primo.

Stephanus Rex.

a) in ms. quoad partem vestram

b) sic in ms.

Grabinti, 6.X.1576.

*Stephanus rex Poloniae
ad nuntios civitatis Gedanensis
de eiusdem civitatis inobedientia.*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 165-171.

Responsum nomine Sacrae Regiae Maiestatis datum nuntiis Gedanensis Grabinii die sexta Octobris anno Domini 1576.

Quod a Deo Optimo Maximo Sacra Regia Maiestas, Dominus noster

clementissimus, summis praecibus flagitabat, ne civilibus armis implicatur, sed tantum adversus externos et perpetuos nominis Polonici hostes operam suam Reipublicae navaret, eius voti se non fore compotem civitatis Gedanensis superbia et temeritate impeditum videt atque hanc sibi foelicitatem erectam sibi vehementer dolet. Ac in primis testatus huius, quae subsequetur, calamitatis ipsos sibi Gedanenses causam fore, qui non solum ipsius Serenissimi Regis ac Regni Maiestatem temere laedere in animum induxerunt, verum etiam saepius a Regia Maiestate plane paterne admoniti ad officium redire noluerint clementiaque Regiae^{a)} Maiestatis, quae omnem iustum dolorem exuperaret,^{z)} abusi eo magis magisque insolecerent, quod eo clarus liquebit se spatium proxime praeteriti temporis memoria repetere ac ea, quae ab ipsis in dies committebantur et a^{b)} Regia Maiestate miti et pacienti animo ferebantur, recognoscet et secum adhibito recto iuditio, ne putare voluerint, constabit certe Regiam Maiestatem paterno prorsus erga illos affectu magis de ipsis errore levandis, quam severitate exercenda cogitasse, nec tam illorum opprimendorum occasione, cum saepe et tantum temporibus illis, ut ad meliora et saniora consilia redire possint, impertineret, quam conservandorum, ut diutius florere et beneficiis Regni sui ac suis frui possint, modum ac viam quaesivisse.

Principio Sacra Regia Maiestas ordinibus terrarum Prussiae conventum communem praemiserat, ut de communi consilio legatos legere ac per ipsos a Regia Maiestate ea, quae ex usu ipsorum fore,^{z)} petere possent. Conventu illo habito legati sunt lecti, qui una cum consiliariis ipsarum terrarum professionem solennem subiectionis Regiae Maiestati^{c)} facerent, confirmationem iurium peterent. Caeteri omnes Thoruniam venerunt confirmationemque iurium a Regia Maiestate obtinuerunt, ipsi quoque insurandum illi dederunt. Et in Prussia Dux Regni Poloniae beneficiarius, sub illud tempus litteris ad Regiam Maiestatem Brzestam missis fidem suam erga Regiam Maiestatem testatus est. Sola urbs Gedanensis se non modo a Regno, sed ab ipsa Prussia, in qua sita^{z)} est, seiuinxit, cum una cum aliis Prussiae ordinibus conventum obtinuisse, non modo officio suo non satisfecit, verum ne legatos quidem ad Regiam Maiestatem misit.

Hoc insigni facto^{d)} et temeritate nihil commota Regia Maiestas, ultro Gedanum misit Reverendum Dominum Episcopum Culmensem et Magnificum Palatinum Brzestensem, primarios Regni Senatores, illorum ipsorum fidei ac officii admonuit, iusurandum requisivit, confirmationem libertatum ac immunitatum promisit. Nihil hoc apud illos valuit, immo fortasse maioribus auctis spiritibus ac contumeliarum processerunt, ut familiares Magnifici Palatini Brzestensis, viros nobilibus familiis ortos, violarent.

Cum Regia Maiestas Mariemburgum progressus esset et eo Senatores illi ad ipsius Maiestatem Gedano rediissent legationemque renunciassent, et si Maiestas ipsius ob contemptum et Regni et sui indoluerit, nihil tamen pro insita sibi a natura benignitate et altitudine animi vi agere voluit, cum subditis Regni non armis, sed legibus ac iuditio certandum putavit. Itaque ab instigatore Regiae Maiestatis in iuditium vocati sunt, ab illis vero interim miles, maioribus etiam bombardis instructus, ex urbe eductus ad aliquot miliaria propeque oppidum Dersoviam, in quo Regiae Maiestati Thorunium redditurae^{e)} commeatus apparabatur,^{f)} loco, flumine, fossa et aggere munito opositus.^{z)} Litteris regiis, qua dies iudicii dicebatur, Gedanum delatis non plus profectum est, quam ut litteras, quae sero et

contumacia iam a scriba, cum citati non responderent, annotata allatae sunt, mitterent unas ad Regiam Maiestatem, alteras ad Senatores Regni, qui illius Maiestati adessent, quibus non modo delictum suum elevarent, sed quae molirentur, optimo iure ac consilio se facere prope gloriarentur.

Ea tamen ut tum humanitas et benignitas Regiae Maiestatis fuit, ut diem promulgandi decreti prorogaret et Senatoribus Regni permitteret, ut illis responderent, cavillationes factiosorum quorundam sua fortuna minime contentorum astu inventas refutarent, desertaque ab oculis misere^{z)} multitudinis caligine, atque veriora et salubriora consilia in^{g)} civitatem portarentur. Causas has, cur Maiestatem Serenissimi Regis ac Regni, quam reliqui^{z)} omnes communis Reipublicae terrae, civitates ac ordines colerent, se cultores solenni interposita caeremonia profiteri volent, has adferebant: unam, quod illi urbi a Regia Maiestate iusiurando^{z)} de servandis legibus illius prius caveri opporteret; altera, quod pax^{h)} et amicitia cum Caesarea Romanorum Maiestate et eidem consortibus ante componenda et facienda esset; tertiam, quod actiones superiorum temporum, quibus illa civitas gravata sit, tollere et abrogare Regia Maiestas prius itidem necesse haberet.

Quae omnia quam aliena essent a pristina civitatis istius in Regnum ac Reges Poloniae fide et iuribus ac institutis communis Reipublicae, quam quae perniciose non modo Poloniae Regno, verum ab omnibus christianis Imperiis et Rebuspublicis exemplo inducerentur, illis Regni consiliarii demonstrarunt.

Unicam scilicet urbem seorsim ab omnibus terris Regni et ipsius^{z)} terris Prussiae iusiurandum a Rege Poloniae peculiare exigere scripsisse ipsos, civitatem Gedanum libera^{z)} Reipublicae Regni Poloniae contineri, ad^{z)} vero separatim conditiones Regi ferre, separatim iusiurandum exigere non eius esse, qui communione eiusdem Regni continuatur,^{z)} sed pocius vicini aut peregriniⁱ⁾ non convenire haec sponsioni, qua Regi Casimiro eiusque successoribus a Regno, a maioribus suis obstricti essent se cum posteris suis in perpetuum ipsi ac eius successoribus fideles ac subiectos et caeteri Regni incolae essent, cum fore ne qui^{z)} unquam se a Regno Poloniae cuivis, cuius corpus individuum esset, seiuncturos.^{z)}

Quod vero cavilarentur Sigismundum Regem de iureiurando separatim terris Prussiae a filio dando, cassis in principio Sigismundum non reperiri, teneri quidem Reges ad iusiurandum terris Prussiae dandum, sed coniunctim cum aliis terris Regni, non teneri vero ad dandum separatim terris Prussiae, et multo minus uni Gedano. Iusiurandi exigendi tempus esse circa coronationem, quam cum Regno terrae Prussiae, ut ut est in privilegio casimiri, communem haberent, ita Reges ac ipsum Sigismundi filium Augustum se iurando communiter terris Prussiae ac reliquis omnibus obstrinxisse, nec ad peculiare iusiurandum, sed tantum ad declarationem, quae extat, quod illius iusiurandum Cracoviae omnibus terris ac ordinibus Regni datum ad Prussos pertineat ad actum.

Eodem modo Serenissimum Regem, qui nunc rerum potiatur Cracoviae, iurasse in similem declarationem consilii et ordinibus Prussiae, quod coronationi non adfuerint, Thorunii dedisse, quo accepto illos ad ne^{z)} verba Regiae Maiestatis iurasse, caeterum leve et putidum esse, quo quidem civitatem terrent, iusiurandum regii^{z)} formula illis tantum privilegiis caveri, quae iuri Polonico et Lituanico non essent contraria. Itaque iureiurando regio Gedanensis, quod illis nihil magis sit contrarium iuribus Polonicis et Lithuaniae, abrogari. Etenim hoc manifeste pertinere non ad ius peculiare privatum Poloniae et Lithuaniae, sed ad

ius commune (quod verbum est in formula iuramenti). Totidem imperii Polonici et Lithuanici nullam gentem unquam fuisse, quae aliter de iure privato leges servierint, quam ut si quid in aliqua contra Rempublicam eiusque Maiestatem rogatum fuerit, eius rei nihil rogatum fuisse iudicaretur nullumque imperium ac nullam Rempublicam coalescere aut tempus aliquod vel brevissimum consistere potuisse, in qua in legibus de iure privato ferentur ius imperii ac Reipublicae non fuerit exceptum, recognoscerent sua privilegia cognituros, an in illis divi Reges Poloniae iuri pacem derogare voluerint. Commune vero hoc ius ad publicum totius Reipublicae esse ac non solum Poloniae et Lithuaniae, verum et caeterarum omnium eius terrarum, in quibus sunt terrae Prussiae. Non ita pridem bina Imperia binasque Respublicas fuisse Poloniā ac Lithuaniae et modo ante septennium unam^{j)} imperii vim ad ius consultisse, quod longo ante intervallo Prussiae^{k)} cum Polonia communicatum habuerit proptereaque terrarum et gentis Polonicae appellatione veniat, ut in illa sponsione, de qua diximus, ipsi Prussi profitentur,^{l)} terras scilicet Prussiae in ius ac titulum Regni Poloniae concessisse.

Quam vero illam alteram conditionem esse, quam Regiae Maiestati de pace cum Caesarea Maiestate Romanorum eiusque consortibus constituenta forent, Regiam quidem Maiestatem tanquam Principem christianum cupere, ut cum omnibus Principibus christianis pacem habere possit, sed summam indignitatem esse unicam urbem Regi^{k)} et universo Regno belli et pacis modum praescribere, nec nisi illius praescriptum servetur, officio fungi velle. Nunquam hoc non modo uni urbi, sed ne provinciae quidem licuisse, hac in re summam autoritatem et vim imperii consistere, quam qui sibi arrogaret, eum Maiestatem Regni non modo laedere, sed evertere.

Nec postremum caput de gravaminibus satis illos excusare, quod non satis suo officio satisfecerint. Prius enim solenni professione ab^{l)} illis declarandum, quod a communione Reipublicae non recendant, deinde ne communi consilio Reipublicae ac eius terrarum de iniuriis agendum esse, etenim Regis iusuandi formulam satis demonstrare posse iusuandum Regiae Maiestati datum semper et Gedanensibus et caeteris fore superfore^{m)} de gravaminibus libere conferendi ac per ordines admonendi Regiam Maiestatem. Certe Regiam Maiestatem de subditorum suorum iniuriis iure cognoscere, non de facto constituere debere, cognitionem autem, quoniam a Regia Maiestate illos, qui eam a Rege non agnoscerent, requirere et poscere posse.

Deebant praeterea Senatoresⁿ⁾ haec non modo intempestive, sed etiam sediciose flagitari, vel potius a quibusdam res novas molientibus omnia turbari et caeteros cives seduci, et enim nullam legationem ad Regiam Maiestatem post illius coronationem a Gedanensibusⁿ⁾ missam esse, immo contra cum ex terris comunicata consilia non modo vi Regiae Maiestatis ac Regni, sed contra Regiam Maiestatem et Regnum exercitum ex milite externo comparatum, portas clausas, tormenta ac praesidia disposita, extra urbem militem collocatum, legatorum Regiae Maiestatis et Senatorum Regni familiares, homines nobiles, violatos, quae si non essent omnia laesae Maiestatis, nullam certe rationem laendae Maiestatis Regis et Regni reperiri, et si nondum iurarint. Regiae Maiestati tamen illos iam iureiurando teneri, quo se illius antecessoribus eorumque successoribus ac Regno in perpetuum obligarit.^{p)}

Regiam tamen Maiestatem interim tocies lacescitum et ut clementem et benignum Principem non vi, sed admonitionibus primum, deinde

legibus agere voluisse, contumelia iam annotata, cum sero vix litterae ab illis allatae essent, se pro officio senatorio, quo tenerentur, omnium Regni hominum salutis ac fortunarum curam habere, ipsius Maiestatis, ut promulgationem decreti in perendinum differet, idque a pientissimo et benignissimo Principe impetrasse, cum ipsis omnibus humanitatis officiis pro communione Reipublicae satisfactum sit monere et obtestari, ne sibi ipsis deesent.

In memoriam revocarunt, a quibus Gedanum conditum sit, deinde vero quam duorum iugum ab exteris per spetiem auxilii civilibus bellis occupato Wladislawo Rege interceptum pertulerit, a qua tempestate, quae illi ac eius civibus impendebat, per Casimirum Regem exceptum et liberatum fuerit, ut mercibus Polonicis ditatum beneficiis ac immunitatibus a Regibus Poloniae auctum sit.

In hanc formam sententiam²⁾ litterae Senatorum scriptae erant, quibus alteram etiam salviconductus Regiae Maiestatis, ne quis fingere possit securum aditum ad Regiam Maiestatem, adiuncet.²⁾ Quibus Gedanum per familiares Magnifici Regni Marschalci, iuvenemⁿⁿ⁾ nobili ac clara familia natum, delatis et magistratui urbano redditis, nihilominus in pristina animorum obstinatione permanserunt. Vix ab illis pacis verbis amplissimis Regni Senatoribus prope contempti²⁾ responsum est. In familiarem Magnifici Marschalci^{o)} Regni, dum urbe exiret, lapides iacti.

Quid igitur in hac tanta indignitate Regiae Maiestati faciendum fuit? Eos, qui iuditio comparendi nato²⁾ venire contempserint, rebelles promulgavit. An enim vel in obscuro crimine citatum non respondentem condemnare non licet? Tanto vero magis in re manifesta. Non enim tumultus, seditio, portarum occlusio, militis externi in urbem ingressus, eductae ex urbe copiae obscurae esse possunt, aut num rebellio quaevis latere potest? Propterea que antiquitus^{p)} lata lex non nuper excognita sit, eos esse damnatos rebellionis, non quae²⁾ sententia Principis condemnati essent, sed qui illi rebellarent.

Inde Regia Maiestas Derschoviam profectus non modo oppositas Gedanensium copias munimentumque haud procul ab urbe reperit, verum etiam suos ab illis lacesitos cognovit. Fecit, quod Regem dignitatis suaem memorem facere decebat,^{q)} ne perduellos damnatos viros ostentare ac sibi insultare impune pateretur, immissis aliquod exercitus sui militibus aequitum²⁾ a cohorte, peditum equitumque urbanorum in agris fuit, in urbem compulit desertaque a perterritis metu loca occupavit.

Ac ne in hoc quidem rerum statu optimus Rex clementiae ac benignitatis oblitus, tubicinem in urbem misit, per quem illos ut redirent ad saniorem mentem, postquam iam incommoda belli sensissent, hortabatur. Si statim resipiscerent, eos se in gratiam recepturum, ne quidquam de pristinis illorum immunitatibus detracturum. Progrediente ad urbem Regia Maiestate, obvius sub urbe fit tubicen cum litteris. Gedanenses supplicabant, ut illis Regia Maiestas securitatem mittendorum nunciorum concederet. Senatores, qui aderant, eos iam resipuisse existimant, quod satis humili et Maiestati Regiae convenienti verborum genere litteris uterentur, a Regia Maiestate, ut id faceret, contenderunt. Nec gravatim Regia Maiestas illis assensa est, quod castigata externorum militum, qui in Regnum alienum temere venerunt, audatia, subditorum suorum sanguini parcendum putavit.

Litterae igitur securitatis nuntiorum in quadriduum XXVIIII mensis Septembris die mane in urbem^{r)} illatae. Dies sequens immo illorum adventui designatur, quam nunc servarunt excusatione, quod brevis

esset, uti^{s)} altera deinceps dies XXX. Qua cum legati ad Regiam Maiestatem venisset, meministis vos ita verba fecisse, ut primum Regiae Maiestati accessionem Regni gratularemini votaque pro eius salute ac de foelicitate faceretis, deinde vero non missorum post adventum Regiae Maiestatis in Prussiam ad illud usque tempus legatorum culpam, iniunctum periculi ac terrorem belli et obsessa itinera conferetis, de verbis, de iure, de communi in^{z)} iusiurandi formula, ea denique in litteris ad Senatores praescripta an erant repeteretis, diploma confirmationis immunitatum ac privilegiorum eo exemplo, quo a divo Sigismundo aeditum^{z)} erat, posceretis ac rem ad illius Maiestatem peteretis, ut decretum contra eos latum aboleretur et aliqui ex Senatu mitterentur, qui gravamina, quibus civitatem oppressam esse diceretis, tollerent.

Quibus in rebus a vobis expositis et si casu legatorum non missorum in pericula itineris frustra conferente et Gedanenses nondum cognitis^{z)} sua conditione leges transiendi^{z)} negotia Regiae Maiestatis ferre^{z)} non accipere viderentur, tamen iam a pristica ferocia longe recessisse iudicabatur, quod nec iuramentum peculiare amplius exigenter, nec contumaci ac inflato genere uterentur, ita moderationi verborum moderatos illorum animos respondere existimans, faciles admodum eo, quibus integris rebus nec Sua Maiestate laesa tenerentur, conditions illis ferendas Regia Maiestas existimavit.

Ita postridie vobis nomine illius Maiestatis responsum est: civibus vestris renunciaretis, ut militem dimitterent, iusiurandum darent, externos, qui iurare nolent, urbe submovent, Regiam Maiestatem exercitum suum ab urbe et ex provincia abducturum^{t)} ac confirmationem iurium datorum venirent.^{z)} Id enim consilium commune Regni Thorunii indictam supplices veniam depraecentur. Quod ubi fecerint, decretum suis rationibus tollebatur. Gravamina quaelibet iniuste fuisse abrogata, abrogarentur.

Quibus conditionibus quid aut equius aut clementius requirere potuit? Militem ab iis exauktorari, qui non modo contra Regni huius, verum etiam omnium^{u)} gentium et populorum iustitiam^{v)} et leges illorum conscriperint in externis provinciis ac in pacatum Regnum abduxerint? Abduxerint vero ad evertendum in urbe regia ius et potestatem Regis ac Regni. Exauktorare autem de lege, ut et ipsa Regia Maiestas suum educat ex provintia, quae alia unquam conditio de dimittendo exercitu vel infensissimis hostibus proponi poterit, si haec apud subditos locum non habuit?

Iurare autem eos, qui sine periculo infamiae iusiurandum refugere non possent, cum Serenissimam Regiam Maiestatem omnes terrae, civitates ac ordines colunt, a quibus illis sese suaee ac maiorum suorum fidei et existimationis rationem habent, separare non possunt. Id enim maiores illorum, supradictum est, iurari spoponderunt,^{w)} nec vere solum illa religione maiorum teneantur, sed etiam ea quasi ipsi obstrinxerint. Maximam enim civium partem ac in iis praecipuos quosque vivere,^{z)} qui se Sigismundo Augusto ac eius successoribus fideles fore verbis conceptis iurarent. Non igitur sine manifesto periurio solennem professionem fidei erga Regiam Maiestatem, quam omnes fere^{x)} civitates reliquae ac ordines omnes Regni fecerunt, detractare possunt.

Peregrinos, qui res novas in alieno Regno et Republica moliri velint, nec summum magistratum agnoscere, cui iniquam^{y)} videri debeant ad iusiurandum adigi, aut si eos alligari noluerint, ex urbe submovere, cum hoc iam constitutionibus Prussicis Sigismundo regnante sancitum sit.

Diploma autem confirmationis iurium quid aliud est, quam professio

iurisiurandi dati de privilegio ac legibus tenendis, in quo si nominatim Regia Maiestas quod voluit perscriberetur, ut est in illo Cracoviensi universo Regno dato prescriptum, sanxisse se iuramento privilegia a Principibus et magistris terrarum Prussiae edita. Quid est, quaeso, quod amplius nisi praetextus ad rem aliquam^{y)} aliam quaeratur, hoc in genere desyderari queat?

Regi vero supplicare cum certissima spe veniae cui^{aa)} indignum videntur nisi ei, qui prorsus moderatione animi abiecta Regnum spernat, imperium et in posterum Maiestatem eius sine ullo metu temere sibi ledendum proponat? Faciunt hoc partes inter se dignitate, opibus, potestate, ut qui laeserunt laesos depraecentur. Factum etiam a Principibus tum in Germania, tum alibi est.

De abrogatione vero decreti ac gravaminum si quae iniusta parerent, ut clementissime ita candide et ingenue cum civitate egit, quod utrumque hoc negotium in generali concilio Regni curandum et tractandum suscepit, cum certum esset ea haut^{z)} satis firma fore, quae sine omnium Regni ordinum consensu in rebus tam gravibus et ad ius et dignitatem regiam ac Reipublicae spectantibus statuerentur.

Hoc igitur tam benigno responso dato a Regia Maiestate in urbem dimissi ospis.^{z)} Supplicatum est deinde Regiae Maiestati a Gedanensi secretario missso de prorogando salvo conductu, ne tum quidem Regia Maiestas humanitatis ac clementiae^{ab)} finem imposuit, salvum conductum prorogavit.

Magna spes iam Regiam Maiestatem et Senatores Regni tenebat illos vere^{ac)} res suo cognito^{z)} ac tam facili ratione recuperandi favoris Regni proposita serio de officio suo cogitatueros et ipsi satisfacturos esse; ipsa vero Regia Maiestas in primis gratulabatur se liberatam ab effundendi sanguinem subditorum suorum necessitate et laetabatur oblatam sibi occasionem declarandae benignitatis ac altitudinis animi eosque conservandi et beneficiis efficiendi.

Hesterna tandem die iterum ad Maiestatem Regiam venistis, obtulisti Regiae Maiestati scriptum praeter expectationem omnem nomine civitatis, arrogantiae, insolentiae plenum. Quid enim illud est, quaeso, ne Regia quidem Maiestate exercitum inde deducenti militem Gedanenses dimittere velle, quem nulli in hac communi Republica privato consilio conscribere alereve liceat, nemo non videt, qui sibi hoc praefracto arrogent, non de conservandis libertatibus, de quibus illi satis caveatur, laborare, sed aliud quid ius diversum a pristina sua conditione moliri. An igitur haec temeritas cohercenda non est, an exemplum perniciosum sine publica autoritate exercitus colligendi et invito^{ad)} Rege ac Republica retinendi contra omnes leges ac mores omnium populorum propoundendum? Quid opus est argumentis et testibus ad convincendos illos^{ac)} criminis laesae Maiestatis, an non ipsi se manifeste hoc scripto condemnant?

Peregrinos vero, qui regiam dignitatem et potestatem proscindant et oppugnant, in urbem asciscere ac invito Rege in urbe retinere, verum hoc est commodis urbis prospicere, an regium^{af)} ex illa ius ac nomen ipsum exterminare?

Quid deinde ut gravamina, quae nec dum sigillatim recensent, et decretum a Regia Maiestate latum illis arma gerentibus, non supplicantibus aboleatur, ut non tam illorum abrogatio impetrata quam vi extorta^{ag)} videatur.

Nec satis habent Regiae Maiestatis imperium repudiasse, nisi Regno quoque extreum velut vale dicerent et se nihil cum illo communis^{z)} habere velle declararint, cum negotia terrarum Prussiae non cum ordinibus Regni, sed cum consiliariis Prussiae tractanda propterea postulata sua non esse ad generale consilium Regni differenda scribunt.

Ad ea, quae scripto compraehensa erant, una voce adieci: Daret Regia Maiestas exemplum declarationis de iurisiurandi verbis. Aliud item exemplum cautionis de gravaminibus tollendis, ut delata a populo in urbe cognoscantur et emendentur. Quae suo tempore professione subiectio facta petenda, non rebellione exprimenda essent. Quis vero Gedanenses sursum ac deorsum omnia miscere volentes rite ac legitime conceptis formulis contentos fore existimat, et non videat eos hoc agere, ut ad alias contumelias haec nova accedat, ut regiae litterae iuditio concitatae^{ah)} plebis subiectae ac una regium nomen proscindatur. Nam quod ad libertatem Augustanae confessionis religionis spectat, an in Regno Poloniae sola civitas Gedanensis eam profitetur?

An non etiam alii plurimi^{z)} nomine Regia Maiestas Cracoviae iuravit pacem et concordiam inter dissidentes de religione servari, nec in quemquam religionis causa animadvertere, nonne libere sequi Augustanam doctrinam de Deo eiusque cultu tum aliis, tum vero Elbingensi, Toruensi et Marienburgensi civitatibus nominatim permisit? In urbe vero Gedano quid interim et qua moderatione in religionis negotio factum, templa ritus catholici in urbe spoliata, sacerdotes vulnerati, villa ac suburbium Episcopi Wladislaviensis dicionis incensum.

Caeterum postremum illud, quod addidistis, atrox etiam sane relatum est, videlicet: Regia Maiestas testatur scripto vos post iuramentum factum liberos illi debita a fidei^{z)} fore, si adversus iura vestra aliqua ex parte committeret. An non hic summus fastus est, an non omnis divini ac humani iuris contemptus? Permissum est sane Regni ordinibus de legibus violatis in communi Regni concilio Regem admonere, et sine admonitione quidem Senatus et aliorum ordinum loco dato per contemptum et potentiam aliquis Regum Rempublicam opprimere aliquando perseverare vellet, pro Republica ea stare. Atque porta sceleratis et insolentibus hominibus aperiretur ad turbandom Rempublicam, si uni urbi aut paucis separatis inire consilia contra Reges liceret. Hoc sibi usurpant Gedanenses, ut supraemaz^{z)} dignitate, qua^{ai)} Regem vellent exuere,^{aj)} uti^{ak)} possint, poscant etiam, ut nullum Regem sibi asciscant praeteritum, quem Gedanensem dixerint. An ullus in orbe terrarum Rex non modo imbellis, sed iam armis victus reperiatur, qui^{al)} paucis subditis tantam potestatem sui in ordinem redigendi permittere et summi imperii ius et dignitatem prodire velit?^{am)}

Iam igitur res ipsa docet Gedanenses non modo ante gravissimis offendisse Regiam Maiestatem, sed nunc etiam pergere offendere, vel pocius aperte iam ab illius Maiestate et Regni communione recedere, hocque unum petitis tocies et impetratis securitatis litteris egisse, ut tempus extraherent, quo post acceptam cladem respirare et res suas confirmare ac stabilire possent. Nihil tamen eo Regia Maiestas moverit aderit^{z)} contra rebelles et se constituto summa ingratitudine Deus violari ab illis sui ac malorum suorum iusiurandum supplicium exigetur.^{an)}

Cum vero non modo sanctissimum apud omnes alligandi sollenni ceremonia fidei vinculum nefarie rumperint,^{z)} sed propterea aequissimas et honestissimas conditions contempserint, videt Sacra Regia Maiestas illos factum urgere proindeque iterum atque iterum Deum hominesque

testatur ipsorum sanguinem non expetivisse, sed pro officio suo ac iuris iurandi ordinibus dati religionem in vitam se ad hanc iuris sui ac Regni armis prosequendi rationem denuo adigi et compelli, qua deinceps se usuram, nisi illi et proffessionem fidei, quam illius Regiae Maiestati debent, interposito iureiurando facerent et militem dimiserint, denunciant.

- | | |
|--|--|
| a) in ms. Regia | u) in ms. omnibus |
| b) <i>praepositio</i> : a in ms. deest. | v) in ms. iustitia |
| c) in ms. Maiestatis | w) in ms. spoponderent |
| d) in ms. factum | x) in ms. feruae |
| e) in ms. redditum | y) in ms. aliqua |
| f) in ms. apparebatur | z) sic in ms. |
| g) in ms. <i>praepositio</i> : in deest. | aa) in ms. cum |
| h) in ms. pars | ab) in ms. clementia |
| i) in ms. peregrine | ac) in ms. vero |
| j) in ms. ne am | ad) in ms. mutuo |
| k) in ms. Regii | ae) in ms. illis |
| l) in ms. ad | af) in ms. Regnum |
| m) sequitur expunctum verbum: praeterea | ag) in ms. extota |
| n) in ms. Gedanem | ah) in ms. concitare |
| nn) in ms. iuvent | ai) in ms. quem |
| o) in ms. Magnificis Marschalcis | aj) in ms. exueri |
| p) in ms. antiquitas | ak) in ms. verbum: uti deest. |
| q) in ms. debebat | al) in ms. quae |
| r) in ms. urbae | am) in ms. velint |
| s) in ms. usi | an) syntaxis, sicut et in aliis huius textus |
| t) in ms. abductorum | locis, valde confusa. |

N. 59.

Tuconii [Tykocin?], 14.XI.1576.

Ignotus

ad rei memoriam

notat verba quaedam celeberrima Stephani Bathorei ad proceres Regni Poloniae.

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 174.

Bathoreus ^{a)} ad Proceres ^{b)} Regni Poloniae.

Non sum in caula, sed homo liber natus, neque antequam in has terras veni mihi victus et amictus defuit. Libertatem itaque meam amo et conservabo, Deo volente. Per vos in Regem vestrum sum electus, vobis postulantibus et instantibus huc veni, per vos corona capiti ^{c)} meo istic imposita. Sum igitur Rex vester, nec fictus neque pictus, volo regnare et imperare. Non feram, ut quis mihi imperet. Custodes libertatis vestrae estis, sed non volo vos meos pedagogos ^{d)} fieri nec semitarum custodes,

igitur tales sitis ^{e)} libertatum vestrarum, ne haec libertas in abusum veretur. Actum Tuconii in Praetorio die 14 Novembris 1576.

a) *in ms. Dathereus*
b) *in ms. Preceres*
c) *in ms. capi*

d) *in ms. pedagoges*
e) *in ms. scitis*

N. 60.

s.l. [1575].

*Theobaldus Heroldt
ad usum imperatoris Maximiliani II
relatio de rebus Poloniae.
("Avviso")
A.M.F. F. 4293, f. 175-176.*

Extractus ex relatione mei Theobaldi Heroldt ex Polonia redeuntis.^{a)}
Maiestas Sua primo omnium expeditionis meae relationem et informationem habuit ex Instrumento protestationis.

Reverendissimus Dominus Archiepiscopus 14 Junii venit Warsoviam et 16 Bathorium magno comitatu accessit et salutavit, sed iurare noluit, excusando id se praestare non posse nec velle, cum ipse Bathori non legittime, sed a paucis quibusdam, quibus non licitum fuit, sic electus nec ab ordinario solemniter coronatus, quod toti^{b)} Regno et sibique tanquam ordinario in spiritualibus suis privilegiis praeiudicio magno sit factum.^{c)} De qua re in generali conventu de novo nominando tractandum et loquendum foret, deditque orationem suam in scriptis.

Idem Dominus Archiepiscopus rogat (noluit enim propter periculum scribere), quo Maiestas Caesarea dignetur tandem negotio Polonico clementer subvenire, vires enim trepidare fere omnium.

Fertur certa fama, quod Bathori ex Warsovia conclusis Comitiis velit proficisci in Tykotshin et propter hanc causam Reginam ex Cracovia citasse Warsoviam. Qui propediem expectabantur. Tempus autem eius discessus nescitur. Lyttuani inter alios articulos petunt Volingiam^{z)} et Podlachiam iterum ad Lyttuaniam transferri et restitui.

Item quod Regina omnia, quae de mortuo fratre habuit, cedat et Lyttuanis restituat.

Dominus Belski hoc memorare iussit, sperat enim Littuanos non iuraturos, cum^{d)} isti articuli non possint habere locum, idque studio credit lusuros.

Item fertur Wayvadam Podoliae cum Czakowsky et Zeczinowski velle convenire illosque huius negotii finem expectaturos cum suis militibus in favorem Caesareae Maiestatis et Dominus Mathiowsky et Dominus Bogus habent nobilem servitorem Warsoviae expectantem, quod Dominus Belzki^{z)} sit facturus idem, et ipsos sequituros.

Germani omnes non proprias domos habentes Warsoviae sunt licensiati et expulsi ex civitate et Regno, quorum plurimi in itinere mihi obviam^{e)} venire.

Estque interdicta moneta Suae Maiestatis Caesareae, ut puta grossi Bohemi.

Bathori met et fere omnes in Regno valde timent Dominum Laski, imo plus quam omnes alios inimicos.

Idem Dominus Laski ab omnibus nobilibus valde diligitur et magni estimatur. Itaque nullus tantum efficere poterit ac ipse.

Warsoviae fama spargebatur ipsum cum magno exercitu congregato Craccoviam petere, de qua re Reginam solicitam Bathorium certiorem fecisse uno die et cursoribus.

Undecunque expectant Suam Maiestatem Caesaream: adversarii et partes Suae Maiestatis, illi timentes et trepidantes, alii vero adventum optantes, estque publica vox et fama inter villanos Suam Maiestatem Caesaream soluta messe cum exercitu venturam in Regnum.

Prussi nondum miserunt, nec creditur illos missuros Warsovienses.^{a)} Expectabantur autem Littuanorum nuncii, ferebatur petituri subsidium a Bathori contra Moscum.

Questa volta il Signor Lasco per sua gratia m'ha fatto parte della copia di questi soprascritti avvisi di Polonia venuti hoggi che si mandano.^{f)}

a) in ms. redeunti

e) in ms. obivo

b) in ms. toto

f) haec adnotatio italica alia manu scripta est.

c) in ms. facti

z) sic in ms.

d) cum in ms. bis scriptum occurrit.

N. 61.

s.l. [1577].

Ignotus

ad rei memoriam

genealogia in linea recta Stephani regis Poloniae.

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 177.

Nicolaus Vaivoda Transilvaniae, filius Mauritii di^{z)} Merrezhida, de genere proprio oriundus. Duxit in uxorem filiam Moys ex genere Regis Ladislai.

Qui genuit Mauritium, qui Annam, consortem Ioannis, filii Brictii de Bathor. Qui Ladislaum, qui Stanislaum, qui Stephanum, qui Ioannem, qui Ladislaum et Ioannem, qui Nicolaum, qui Stephanum Vaivodam Transilvaniae, qui Stephanum Vaivodiam Transilvaniae, nunc Regem Poloniae, et Christophorum, natu maiorem fratrem, nunc quoque Transilvaniae Vaivodam, qui habet filium Sigismundum annorum quinque et duas filias.

z) sic in ms.

Cracoviae, 7.IX.1577.

Ignodus

ignoto

de rebus militaribus; de progressibus Moscorum in Livonia; de Tartaris.

(*"Avviso"*)

A.M.F. F. 493, f. 178.

Di Cracovia de 7 di Settembre 1577.

El Re di Pollonia non haveva potuto sino a quel giorno far profitto alcuno, et essendosi messo all'espugnazione della lanterna, la trovava rispetto al sito impresa molto difficile et dura, et in uno assalto, che haveva dato, et in più scaramuccie n'era sempre andato con il peggio.

Il Mosco, si diceva che in Livonia facesse gran motivi, et che i Lituani ne temessino grandemente.

Dicevasi anchora che i Tartari venissin via in gran numero ai danni della Pollonia; le quali voci potrebbono forse causare che se i Dantiscani volessino condescendere a qualche partito, che il Re ci havesse l'honor suo che facilmente si potesse venire a qualche compositione.

Mariemburgi, 12.XII.1577.

Stephanus rex Poloniae

universis

concessiones civitati Gedanensi factae.

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 179-182.

Stephanus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, necnon terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lenciciae, Cuiaviae, Rusciae, Prusciae, Masoviae, Samogitiae ac Culmensis Elbing, Pomeraniae, Chioviae, Podlachiae, Liwoniae etc. Dominus, necnon Transilvaniae Princeps.

Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis, quia nos ad intercessionem Illustrissimorum Electorum ac Principum Sacri Romani Imperii, videlicet Illustrissimi Principis Domini Augusti Ducis Saxoniae, Sacri Romani Imperii ^{a)} Arcimarsalci et Electoris Landgraviae Turingiae, Marchionis Misniae et Burgravii Magdeburgensis, per Magnificos et Generosos Abraham Bock in Polach et Cliffausen et Andream Pauli, Iuris Consultum; item Illustrissimi Principis Domini Iohannis Georgii Marchionis Brandenburgensis, Sacri Romani Imperii Archicamerarii et Electoris ac in Prussia Stetinensi, Pomeraniae, Casubiarum, Vandalorum necnon in Sylesia Crosnensi Ducis, Burgravii Norimbergensis et Principis Rugiae, per Magnificos ac Generosos Abrahhamum a Gronemberg, Commendatorem in Lagow et Proprincipem Ducatus Crosnae, ac Christoforum Meiemburg; Illustrissimi et Reverendissimi Principis Domini Ioachimi Friderici, Primatus et Archiepiscopatus Magde-

burgensis Postulati Administratoris, Marchionis Brandenburgensis ac in Pruscia Stetinensi, Pomeraniae, Casubarum necnon in Silesia Crosnensi Ducis, Burgravii Norimbergensis et Principis Rugiae, per Magnificum Ottonem a Kamen Cracoviensi, item Illustrissimi Principis Domini Georgii Friderici Marchionis Brandenburgensis ac in Prussia Stetinensi Pomeraniae, Casubarum ad Sclavorum necnon in Silesia Carnoviae etc. Ducis, Burgravii Norimbergensis ac Rugiae Principis, per Magnificos ac Generosos Wilhelmum Baronem ab Heideck, Ioannem Paulum a Stemburg de Skma, Praefectum Curiensem, Georgium a Wambah in Utfelt, Casparum Pratnerum, Iuris Utriusque Doctorem; item Illustrissimi Principis Domini Ludovici Ducis Wirtembergensis et Tekensis, Comitis Montii Beliardi, per Magnificum Albertum Comitem in Lewenstein, Dominum in Sarpffnek; item Illustrissimorum Principum Dominorum Gulielmi Ludovici Philippi et Georgii fratrum, Landgraviorum Hessiae, Comitum in Caczlemburgen, Diecz, Zygney et Hidda, per Magnificos et Generosos Burchardum a Calemburg, Nicolaum Theophilum, Iuris Utriusque Doctorem; item Illustrissimorum Principum Dominorum Iohannis Friderici et Hernesti Ludovici fratrum, Ducum Stetinensium, Pomeranorum, Casubarum Vandalorumque, Principum Rugiae necnon Comitum Gurkoviae, per Magnificos ac Generosos Theslensem Clafindamen, Capitanum Statinensem²⁾ et Belgardensem, ac Ioachimum Hegerum, Iuris Utriusque Doctorem, pro civitate Gedanensi ad nos factam, ut remissis superioris temporis offensis eos in gratiam nostram recipere dignaremur, tanquam caeteros, et subditorum nostrorum predictam civitatem ac eius magistratus, cives et incolas quosvis colonosque in gratiam ac sub nostram subiectionem et fidem initenda non veteri, quod ad terras Prusiae et per consequens civitatem Gedanensem tanquam Rex Poloniae electus et coronatus habemus, quod salvum et integrum manere perpetuo volumus, suscipimus, suscipimusque previdentibus conditionibus, modo ad rationem offensae temporis proxime superioribus²⁾ accommodatis intervenientibus, ad quas si civitas ipsa per internuncios ac plenipotentes suos Constantium Ferberum Proconsulem, Georgium Rosahagium Consulem, Henricum Lenche, Iuris Utriusque Doctorem et Sindicum, Rainheldi Cleinfelt, Seniorem Scabinorum, et Iohannem Newche, Magistrum Quartarum praedictae civitatis Gedanensis, obstrinxit; quae quidem conditions sequuntur.

Quod veniam deprecaturi sunt iuxta formulam conceptam.

Quod protestanda sua debita erga nos subiectione et obedientia nobis 200 millia florenorum Polonicalium, quemlibet pro 30 grossis^{b)} computandum, exolvere tenentur intra quinquenium pensionibus equalibus. Ut scilicet pro festo proximo Divi Michaelis anni primi 1578 40 millia florenorum Polonicalium, sequentibus vero annis deinceps per 40 millia itidem florenorum pro quolibet festo Divi Iohannis Baptistae, sine ulla dilatione aut excusatione, realiter et in effectu nobis solvere et in tesaurum nostrum inferre teneantur.

Quod iuramentum itidem fidei nobis sine ulla dilatione in manibus comisariorum nostrorum prestabunt, iuxta formulam iusiurandi civitatum Prusiae, a divo Alexandro Rege in statuta Regni relatam.

Deinceps vero quam primum militem dimittere et pacatam reddere civitatem teneantur.

Ratione^{c)} fabricae Olivensis monasterii 20 millia florenorum Polonicalium, quemque annis primis pro quolibet festo Pascatis aequis pensionibus per quatuor millia florenorum pro qualibet pensione, incipiendo a festo Pascatis proxime futuro in anno 1578, pro quo primam pensionem

quatuor millia florenorum exolvere et eodem diae^{z)} annis subsequentibus eandem pecuniam realiter et in effectu ad manus mandatarii Regie Maiestatis nummerabitur.^{z)}

Stationes et anuam pecuniam in signum supremi dominii dari solitam, iuxta enim veterum privilegiorum consuetudinem suis temporibus deinceps exolvent.

De debitis vero ipsorum, quae^{d)} sibi a Regno deberi pretendunt, in Comitiis Regni proxime^{e)} futuris deliberabimus. Nos vero pure et benevolē ac ex gratia et clementia nostra illa, quae infrascripta sunt, illis promisimus et concessimus.

Ac in primis omnem offensam illis tam nostro quam Regni nostri nominibus remisimus decretumque proscriptionis contra eos promulgatum abolevimus, prout ipsa abolitio sub sigillo Regni nostri aedita^{z)} latius in se continet.

Privilegia itidem ac iura omnia ipsorum vigore iusurandi nostri, Cracoviae in coronatione nostra prestiti, quod etiam iuramentum ad terras nostras Prusiae et sic ad civitatem Gedanensem se extendit, literis nostris autenticis ipsis a nobis datis roboravimus et confirmavimus.

De usu etiam libero religionis Augustanae specialibus literis nostris, inhaerendo confederationi publicae, illis eruimus, quod omnes superscriptas literas tenere, servare et adimplere in omnibus illorum punctis, conditionibus ac clausulis promittimus ac verbo nostro regio pollicemur.

Preterea vero hanc ipsis gratiam facimus, ut ipsis omnia damna, bonis nostris ac subditorum nostrorum ipsorumve personis proximo tumultu illata, preter tamen debita et merces ac res apud eos ante tumultum belli depositas, clementer remittamus et condonemus, neque hoc nomine quemquam eorum iuris aut facti via, tam ab instigatore nostro quam a quibusvis subditorum nostrorum, molestari patiamur. Quinimo eos evincere et eliberare tenebimur et erimus adstricti, excepto tamen monasterio Olivensi, ratione cuius pecuniam supranominatam exolvere tenebuntur modo suprascripto. Cum vero sub tempus superioris offense bona ipsorum quedam confiscaverimus, primum ea, quae sunt immobilia, tam publica quam privata, ubicunque locorum sita, ab hac confiscatione libera^{f)} esse pronunciavimus et decrevimus. Nec quemquam pretestu^{z)} quarumvis^{g)} literarum ac concessionum nostrarum eos ab eorum possessione repellere debere statuimus. Mobilium vero bonorum ac etiam debitorum confiscatorum non maiorem 30 millibus florenorum monetae et nummi^{h)} Polonicalis summam fore declaramus et predictum confiscationis cathalogum sub initium conventus Regni illis aedi^{z)} mandabimus, ita ut ea, quae illo continebuntur, rata habeant. Hec tamen summa omnium collecta 30 millia non exuperaret. Quod si vero aliquid exuperaverit, ad^{z)} tunc civitatem ipsam et cives ac incolas eius non afficiet, neque eos hoc nomine indemnes reducat. Quod si autem aliquorum extra autoritatem nostram a quibusvis magistratis vel privatis confiscatio facta fuerit, id uti per se nullum robur habet, ita ea tamen civitati vel eius incolis, quorum interest, plane restitui debet. Omnes etiam sententias, decreta, edicta, concessions et sequestrationes nostras, aresta aut privilegia, quae in preiuditium civitatis illius aut locorum ad eam quomodolibet pertinentium, vel personarum, tam publicarum quam privatuarum, sub eum tumultum forte promulgata sunt, extra tamen donationes bonorum mobilium et debitorum confiscatorum, summa florenorum 30 millium supranominatorum comprehensorum, anichilamus et laxamus, ita ut omnis civitatis et privatorum actiones, quae ad aulam nostram per apella-

tionem aut alio quovis modo devolutae sunt, vel in aliis provinciisⁱ⁾ Regno nostro contentis adhuc pendent, partibus salvae sint et integrae hiisque terminis maneant, quibus ante coronationem nostram erant. Omnia, quae interea acta vel intentata, irrita sint et nullum effectum habeant.

Quod si qui sunt civium illorum, qui bona terestria habeant, nec tempore huius tumultus investituram illorum bonorum a nobis postulaverunt, aut servitia debita presterunt, bona ipsa ob eam causam non amittenda, sed et^{j)} ea per^{k)} clementiam ipsam hoc ipso restituuntur.^{l)} Militi vero conductitio^{m)} et omnibus illis, qui interea civitatem illam ope, consilio, auxilio quodquod iuverint, cuiuscunq; sint generis vel qualitatis, nulla deinceps molestia aut preiuditiumⁿ⁾ propterea creabitur. In^{o)} militem etiam discedentem nullum discrimen vel iniuria^{p)} adferetur, et si qui fortassis fuerint ex subditis nostris, qui civitati personaliter militaverunt vel ei studio et benevolentia vel quoconque oficiorum genere comodarunt, nulla hiis propterea vel ipsorum bonis et facultatibus molestia, dificultas aut^{q)} periculum exhibebitur. Quum vero supradicta civitas nobis libellum quendam nobis^{z)} obtulisset earum rerum, quibus se gravari dicebat contra iura ac privilegia sua, quarum rerum potissime ad acta comisariorum, a divo Sigismundo Augusto, antecessore nostro, ad eam civitatem missorum, ac item ad conventum Regni constitutiones pertinerent, ea gravamina a nobis differentur ad conventum omnium terrarum Regni. Ad quem conventum advocati sunt iam consiliarii Prussiae, quoque adhibebunturque^{z)} huic deliberationi de gravaminibus. Et quecunque iniuste et illegitime irrogata fuisse liquebit, de consilio Senatorum tollemus. Eodem modo negotium portorii ad eundem^{r)} conventum difertur.

Cum vero civitas quedam de ingressus nostri in urbem ratione supplicando nobis proposuisset, noluimus nobis ea iure prescribi, cum ea arbitrio antecessorum nostrorum fuerit. Quando autem ingredi voluerimus, securitati civitatis, ut antecessores nostri fecerunt, authoritate nostra prospiciemus.

Haec igitur suprascripta praefatae civitati Gedanensi pure, benebole ac ex gratia et clementia nostra concessimus et indulsimus ea, quae ad omnium, quorum interest, notitiam deducimus mandantes, ut, prout ad quemque spectare poterunt, ea observent et adimpleant. Predicta vero etiam civitas ad superiora pro parte sua realiter et in efectu prestanda et adimplenda obligata et adstricta erit.

In cuius rei fidem praesentes literas manu propria subscrispsumus et sigillo Regni nostri communiri iussimus. Actum et datum Marienburgi diae^{z)} 12 mensis Decembbris anno Domini 1577, Regni vero nostri anno secundo, presentibus prefatorum Illustrissimorum et Illustrium Electorum^{s)} et Principum Germaniae supradictis Oratoribus atque^{t)} Magnificis, Generosis ac Venerabilibus Petro Dunin Wolsky, Episcopo Plocensi et Regni nostri Cancellario, Ioanne Coczka a Stemberg, Palatino Sandomiriensi, ac Mariemburgensi, Pucensi, Darsaviensi Capitaneo, Eustachio Vowowicz, Castellano Trocensi, Magni Ducatus Litwaniae Vicecancellario et Brescensi in Litwania Cobrinensique Capitaneo, Petro de Potulicze Palatino Plocensi, Ioanne a Sborow Castellano Gneznensi et exercituum curiae nostrae praefecto ac Odolaniensi Capitaneo, Michaeli Mischa de Varkovia, Castellano Volinia, Andrea Firli de Dombrowicza, Castellano Lublinensi et Capitaneo Sandomiriensi, Ioanne Samouizky^{z)} de Samouicz,^{z)} Regni nostri Vicecancellario ac Belzensi, Gneznensi, Zamehensi

Capitaneo, Hieronimo Comite a Rosrasoff, Plocensi Vratislaviensique Preposito et Regni nostri Secretario Maiori, Gasparo Chieskaff, Abbatे Olivensi, Ioanne Borukowzky, Preposito Lenciciensi, Decano Varsoviensi, Canonico Cracoviensi, Laurentio Gozliczky, Cantore Plocensi, Decano Chilicensi et Cracoviensi, Sandomiriensi Canonico, Andrea Patritio Nidieczky, Archidiacono Vilnensi, Custode Varsoviensi, Canonico Sandomiriensi, Ioanne Demetrio Solikowsky, Scolastico Lenciciensi, Iacobo Uldriczky, Cracoviensi Varsoviensique Canonico, Mathia Kochensky, Archidiacono Mednicensi, Canonico Cracoviensi, Paulo Zaionzkowsky, Canonico Holomonicensi, Consiliariis et Secretariis nostris, aliisque quam plurimis Secretariis, Dignitariis, Officialibus et Aulicis nostris, sincere devotis et fidelibus nobis dilectis. Datum per manus prefati Magnifici Domini Ioannis Samowizky^{z)} de Samowize, Regni nostri Vicecancellarii.

- | | |
|--|--|
| a) <i>in ms. verbum</i> : Imperii deest. | m) <i>in ms. conductitia</i> |
| b) <i>in ms. grossos</i> | n) <i>in ms. preiuditio</i> |
| c) <i>in ms. Rationi</i> | o) <i>verbuns in deest in ms.</i> |
| d) <i>in ms. qui</i> | p) <i>in ms. iniuriam</i> |
| e) <i>in ms. proxima</i> | q) <i>verbum: aut suprascriptum est pro ex-puncto: vel</i> |
| f) <i>in ms. liberam</i> | r) <i>in ms. eodem</i> |
| g) <i>in ms. quorumvis</i> | s) <i>verbum: Electorum in ms. bis scriptum legitur.</i> |
| h) <i>in ms. numeri</i> | t) <i>sequitur verbum ob destructionem chartae illegibile.</i> |
| i) <i>sequitur expunctum verbum: nostris</i> | z) <i>sic in ms.</i> |
| j) <i>in ms. ad</i> | |
| k) <i>in ms. pro</i> | |
| l) <i>in ms. correctum ex: restituuntur</i> | |

N. 64.

[Cracoviae, post 6.VI.1608].

Ignotus

ad rei memoriam

de reconciliatione palatini Cracoviensis [Nicolai Zebrzydowski] cum rege Poloniae [Sigismundo III].

(*Exempl.^{*)}*)

A.M.F. F. 4293, f. 186-188.

Actus receptionis in gratiam Sacrae Regiae Maiestatis Domini Palatini Cracoviensis in convocatione Cracoviensi die 6 Iunii.

Postquam Dominus Palatinus Cracoviensis magno cum numero ordinis equestris Mogilam venit, id unice curavit, ut simul cum eo praesertim principaliores culpam suam deprecentur. Verum solum tantum venire in crastino concessum et sequaces eius in aliud tempus dilati. Petuit se privatim coram Senatoribus audiri. At et hoc denegatum est et nonnisi publice fieri decretum. Itaque pro termino sibi praefixo se personaliter sistendo, non ivit recta per civitatem, sed per vallum civitatis ad portam Castrensem et descendit ad hospitium Domini Palatini Kiovensis, quem domi non invenit. Nullus ei obviam processit non modo Senatorum, sed ne aulicorum quidem. Subito itaque eundum illi erat ad arcem, ubi sessio Dominorum Senatorum Regni celebrabatur, cui Sacra Regia Maiestas

praefuit, et iuxta verba sibi in scripto per Dominos Senatores^{a)} data sermonem fecit talem:

Serenissima Regia Maiestas. Hi omnes praeteriti motus, qui per me caepti et hucusque continuati sunt, non processerunt ex malevolentia aliqua erga Serenissimam Maiestatem Vestram, pro cuius dignitate vitam ego meam semper profundere paratus fui, verum ex opinione mea, quasi per Serenissimam Maiestatem Vestram in aliquibus satisfieri Reipublicae non deberet. Verum quoniam nec Domini Senatores, nec tam magnus numerus ordinis equestris ad hoc usque tempus quidquam nocivum deprehendit, ego eorum sententiam complexus omnes meos motus et sermones, quos hucusque eo nomine feci, in partem reiicio et precor Serenissimam Maiestatem Vestram Regiam, dignetur eam opinionem meam, in qua tandiu haesi, et alia omnia mihi gratiouse condonare ac me in gratiam suam recipere. Ego vero, seposito et neglecto instituto meo et renunciatione obedientiae, integrum fidem et servitia mea Serenissimae Maiestati Vestrae, tanquam Domino meo, vere et sincere devoveo, quae fideliter semper volo praestare. Et non solum me ipsum offero pro fidelis subdito, verum et aliis autor esse volo, ut regimine Serenissimae Maiestatis Vestrae, iure communi et Comitiis se contentent.

Et quoniam per renunciationem obedientiae factam vinculum fidei Serenissimae Maiestati Vestrae debitae venit in dubium, ideo reassumendo meum illud prius iuramentum, fidem,^{b)} obedientiam et subiectionem,^{c)} quae prius debui et praestiti, de novo eadem Serenissimae Maiestati Vestrae me debere agnosco et defero, dans et daturus semper operam, ut omnem offensam erga me conceptam Serenissima Maiestas Vestra ex animo deponat et me in gratia sua habere dignetur.

Ad quem sermonem Domini Palatini Cracoviensis Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Cancellarius Regni nomine Serenissimae Regiae Maiestatis et Dominorum Senatorum, praehabita intra se communi deliberatione, ibidem in continentis respondit Domino Palatino Cracoviensi:

Non potest non esse acerba Sacrae Regiae Maiestati mentio haec praeteritorum Reipublicae motuum et tempestatum, quae qualem quallem causam habuerint, quoniam tam violentum nobis omnibus et communis patriae periculum^{d)} attulere, et dignitas inde Serenissimae Regiae Maiestatis violata, authoritas Senatus depressa, iura et consuetudines patriae perturbatae, incomparabilis libertas ineffrenabili licentia summum in discrimen adducta, integritas et salus Reipublicae debilitata, fides et constantia gentis nostrae erga Dominos suos apud omnes nationes semper praedicata in contrariam venit existimationem, non possunt haec, inquam, non summe afficere tam Serenissimam Regiam Maiestatem, quam quemlibet patriae verum civem et amatorem. Si forte ad tale institutum et opinionem causae aliquae manebant,^{e)} cur id fidei Senatus concorditum non est? Cur in Comitiis nulla facta mentio? Cur censurae et iudicio eorum, quibus id de iure competit, committi non debuit? Cur communis via et modus est neglectus? Quoniam plus tribuere privatee opinioni, quam communis omnium sententiae placuit. Auxit id non mediocriter dolorem Serenissimae Regiae Maiestatis, cui Rex Regum huius Reipublicae regimen per liberam statuum electionem dare dignatus est. Quod diligentius secum ipse perpendendo officium suum, nihil tale inventire potuit, quo ex persona sua talibus causa daretur, ut nimirum ex fundamentis Republica commota contra Serenissimam Regiam Maiestatem, qui semper ad eum propensam se praebuit, vi procedere opus fuerit et hominibus variis praetextibus implicatis occasio dari ad eos, quos

vidimus et patria nostra magno suo exitio sensit, tumultus. Quae omnia quod iam Dominatio Vestra advertat, nec taliter acta probat, circa iura patriae et regimen Serenissimae Regiae Maiestatis restare se offert, fidem semel datam et iuramento obstrictam hac reconciliatione et cura gratiae Serenissimae Regiae Maiestatis obtaindæ confirmat. Gratiouse id Serenissima Maiestas Regia tanquam is, qui non tam suam privatam offensam, quam salutem integratemque Reipublicæ perpendit, accipere dignatur et omnes praeteritos progressus oblivioni tradendo in gratiam suam Dominationem Vestrarum recipit, persuasus, quod eandem fidem et propensionem, quam antea praestitit, ei sit in posterum Dominatio Vestra servatura. Et interim Dominum Deum precatur, ut ex misericordiae suae fonte post eam pro communibus peccatis poenam pacatoria tempora reddat, ad pacem et mutuum amorem omnes adducat atque Rempubli- cam hanc regiminis sui tempore omnibus ornamenti augeat.

Postquam Dominus Palatinus Cracoviensis manum Serenissimae Regiae Maiestatis osculatus salutavit et pedes complexus, talem ad Dominos Senatores sermonem fecit:

Illustrissimi Domini Senatores. Habebam id in votis, ut iam pridem me in medium vestri sisterem, verum certae causæ impedimento mihi fuerunt, quo rogo, ne ullam offensam incurram. Quemadmodum antea obtuli et pollicitus sum me velle stare iudicio et arbitramento Dominationum Vestrarum et authoritate Senatorum, hanc eandem voluntatem meam declaro. Feci id, quod mihi in scripto obtulerunt Dominationes Vestræ, aliisque conditionibus me satisfacturum promitto. Quod vero Dominationes Vestræ scire desiderant, num praeter ea, quorum noticiam sive oretenus, sive scripto, sive privatum, sive publice hominibus fecerim, aliquid amplius sciam, ita id declaro: me nihil plus scire, quamquam²⁾ et id quod feci et loquutus sum secundum opinionem meam. Deus est mihi testis, qui iudicaturus est vivos et mortuos, qui novit abscondita cordis. Iam vero nihil aliud cogito et nihil magis est mihi cordi, quam ut pacata redderem²⁾ perturbatam patriam nostram. Et rogo, ut Dominationes Vestræ fraterne mihi condonent, si quid contra intentionem meam est factum.

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Leopoliensis respondit nomine Dominorum Senatorum:

Imbecilla valetudo Serenissimæ Regiae Maiestatis, Domini nostri¹⁾ clementissimi, non patitur nos uti longis sermonibus, nec eloquentiae meae tanta vis est, ut id, quod mente concepi, ore exprimere valeam. Optasset quisque nostrum alia ex causa declarare suam propensionem et amorem fraternalium erga Dominationem Vestrarum. Pro eo coetu, qui hic praesens est, et aliis, qui absunt, curam fecimus et auxilio esse voluimus, ut possint recipi in gratiam regiam, quemadmodum Dominatio Vesta recepta est. Verum et iis nihil obstabit, quando ipsimet voluerint. Quam curam nostram non dubitamus gratam esse Dominationi Vestræ, et vicissim daturum operam, ut ad pristinum statum et veram pacem haec Respublica nostra perveniat. Et licet propter has turbas et motus non solum in bonis, sed in vita multi maxima damna subierint, nihilo minus iis relictis propter bonum pacis maluimus semper Sacram Regiam Maiestatem nostris pacatis consiliis ad clementiam potius, quam severitatemducere. Gratias igitur habemus Regi Domino nostro, quod offensas omnes, quas habuit, licet graves fuerint, ad intercessionem nostram ex animo deponit,³⁾ eam moderationem animi regalis, quae in Principe quolibet laudabilis est, apud Deum meritoriam futuram sperantes.

Postea insinuatum est Reverendissimo Domino Archiepiscopo nomine Serenissimae Regiae Maiestatis, quod talem^{h)} declarationem in proxime futuris Comitiisⁱ⁾ facere et iterare tenebitur et aliis conditionibus sibi in scripto datis satisfaciet. Subiunxit hoc etiam Reverendissimus Dominus Archiepiscopus:

Gratum et id nobis est, quod supra ea, quae divulgavit Dominatio Vestra scripto et verbis de practicis, de absoluto dominio et aliis rebus, quae eas turbas in Regno excitarunt, nihil amplius se scire declaravit.

Absoluto eo actu ivit Dominus Palatinus ad Suam Reginalem Maiestatem et Infantem Principem, postea ad hospitium discessit.

- a) in ms. sequitur expunctum verbum: sibi
 b) sequitur expunctum: et
 c) verbum: subiectiōnem supra lineam scriptum legitur.
 d) periculum supra lineam scriptum est.
 e) in ms. monebant
 f) hic supra lineam: seorsim
 g) sequuntur expuncta verba: et ea
 h) ex alio verbo correctum, probabiliter ex: similem
 i) sequitur expunctum verbum: declarare
 z) sic in ms.
 *) Similem descriptionem eiusdem actus cfr. El. ad Font. Ed. XXXIII, N. 208.

N. 65.

s.l. [post 12.XII.1586].

*Ioannes Zamoyski
ad rei memoriam
laudes post obitum regis Poloniae Stephani.*

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 189-190.

Stephano Poloniae Regi, victori, triumphatori, pio patri patriae, Ioannes de Zamoscchio, Cancellarius et Summus Dux Exercituum Regni, pro vita, quam saluti gloriaeque^{a)} eius omnibus bellis periculisque devo- verat, Deo, non se, ita volente superstes has lacrymas cum Griselidi Batorea, uxore sua, Regi, patrono affinique suo reddit.

Viveres, Stephane, maxime viveres.

Nec Polonia Ungariaque ac

Nomen christianum lugeret.

Nec improbi barbari gauderent.

Sed vicit Deus, haud solido exultabunt gaudio.

Stephanus Magnus Rex Poloniae Magnusque Dux Littuaniae, Princeps Transylvaniae, victor, triumphator, pater patriae, Stephano Pallatino Catharinaque Telegdia natus anno MDXXXIII V Calendas Octobris, vixit MDLXXXVII²⁾ Idibus Decembris, regnavit annos decem, menses VII, dies XII.

Iuditia constituit, Livoniam Poloniamque provintias recepit, fines Litwaniae latissimo Vielissensi agro adiecto protullit,^{z)} perterritis Mechmete primum ac deinde Aschlom choreis.^{z)}
Tartarorum Chanis

Tartarorum Chartis.

Podoliam pacatiorem cultiorē reddidit, Amuratem Turcarum Imperatorem, ut Tartaro pacem legatione missa peteret, et Bondena a

Cosakis deleta nil moveret novaque castella finibus imponi pateretur, opinione virtutis permovit continuuitque.

Stipendum maius, transit imperium ineunti Sigismundo filio, filio impuberi.^{b)} Imponere mollientem deterruit.

Ianculam, Valachiae Regulum, ob iniurias, quas vicinae nobilitati intulerat, deiicere adegit. Thesauros, qui cum ipso Valacho in potestatem suam venerant, repetentem sprevit. Omnium Regum, Principum ac populorum nationumque cum ora in se convertisset, maiora pro Republica et Re Christiana animo agitans ac in primis Moschoviam Poloniae Lituaniaeque aggregare studens, sexta die subito extinctus est. O mors invida, non extinxisti^{c)} virtutem Batoream. Immortalis est.

Milites Poloni, devoti nomini meritisque erga Rempublicam Stephani, Magni Poloniae Regis invicti patrisque patriae pientis, te superstite pro salute gloriaque tua sanguini non pepercimus, nunc quid aliud quam lacrymas miserabiliter fundere possumus? Quo duce patriae fines proferremus?^{d)} Quo vel barbaros a cervicibus reiciemus?

Stephane, terror hostium, quam subito quoque modo te ammissimus!^{z)} O nimis atras Polonis nominique christiano Idus Decembbris!

a) in ms. gloriori

d) in ms. hoc verbum bis scriptum est.

b) in ms. haec duo verba expuncta videntur.

z) sic in ms.

c) in ms. extensi

N. 66.

s.l. [post 1580]

Ignotus (litteris B.C. signatus)

ignoto

de generibus et stipendiis militiae Polonae.

(Memoriale)

A.M.F. F. 4293, f. 191-192.

Genera et stipendia militiae Polonicae numerusque, qui, si universa Christianitas generali proelio cum Turca decernere vellet iustasque copias compararet, cum quibus Polonicae coniunctae proportione aliqua hostilibus responderent, in expeditionem eam ducendus videretur.

Equites, qui Hussari vocantur, eorum ex instituto Stephani Regis arma: tunica ferrea, galea, hasta longa, acinax, sclopetus, vevitum, equus valens, stipendum in quartam partem anni floreni quindenii, in annum integrum sexageni; praefectis centenorum huiusmodi equitum tremestre stipendum centeni floreni, integri anni quadringenti, plurium duxoris pro numero vel duplum vel triplum. In triginta igitur millia huiusmodi equitum in ternos menses errogabuntur quadringenta octuaginta millia, in annum dena novena centena et viginti millia.

Sclopetaei. Horum arma eademque Hussarorum, excepta hasta, cuius loco longam pixidem habere debebunt, stipendum tremestre octoni deni floreni, annum^{a)} septuageni bini, duxoris centeni viceni floreni in quinque millia anni stipendii; computato stipendio duxorum errogabuntur quadringenta sexaginta quatuor millia.

Equites levis armaturae, qui Cosaci vocantur. Horum arma: lonca, galea, venabulum, pixis longa, acinax, equi agiles ad excursiones, pabulationes et exploraciones; stipendum trimestre duodenii floreni, ductoris centeni, in sex millia computato stipendio dotorum, laudent quotannis trecenta duodecim millia.

Pedites ex instituto Stephani more Hungarico armantur; stipendum menstruum horum terni floreni, decurioni quaterni, centurioni viceni quini, legato eiusdem in sex millia annuus sumptus: erunt floreni ducenta quadraginta quatuor millia centum septuaginta, in vestimenta annua singulis terni floreni, in sex millia sexaginta millia.

Pulveres et plumbum pro peditatu, tormenta, pulveres, globi ad eadem tormenta, secures, ligones et id genus alia. Vectura.

Contributionum publicarum anni 1578,
videlicet agrariae contributionis et Szoszu ac aliarum exactionum, iuxta literas universales anni 1578, cum ducellis et Iudaica contributione.

Ex Minoris Polonia:

Palatinatus Cracoviensis	fac. fl.	73809
Palatinatus Sandomiriensis	fac. fl.	40151/20/72
Palatinatus Lublinensis	fac. fl.	15627
	summa fl.	129587/20/7½

Ex Maioris Polonia:

Palatinatus Posnaniensis	fac. fl.	55101/6
Palatinatus Calisiensis	fac. fl.	41530/29/6
Palatinatus Siradiensis	fac. fl.	14999/22/7
Palatinatus Lancziciensis	fac. fl.	13705/16/5
Palatinatus Brzestensis	fac. fl.	8730/0/10
Palatinatus Inowladislawiensis	fac. fl.	7891/19
Terrae Dobrzymensis	fac. fl.	4828/22
Terrae Mielniczensis	fac. fl.	3168/5/15
	summa fl.	149964/1/7

Ex Palatinatu Masoviae:

Palatinatus Plocensis	fac. fl.	10008/16
Palatinatus Ravensis	fac. fl.	11534/5
Ex Palatinatu Masoviae	fac. fl.	38594/13/4
Ex Palatinatu Podlachiae	fac. fl.	18856/20
	summa fl.	78993/24/4

Ex Palatinatu Russiae:

Leopoliensis Halicziensis	fl.	30043/10
Premisiensis Szanocensis	fl.	30594/19/½
Terrae Chelmensis	fl.	7336/24/15

Palatinatus Podoliae	fl.	8342/18
Palatinatus Belzensis	fl.	9035/12
Palatinatus Volchiniae	fl.	8540/28
Palatinatus Braclaviensis	fl.	1402/17/½
Palatinatus Kioviensis	fl.	2015/4/½
	summa fac. fl.	97311/14/6

Ex contributione aquatica:

Per arendam aucta contributio	fac. fl.	32000
-------------------------------	----------	-------

Ex Ducatu Prussiae:

Palatinus Margeburgensis	fl.	5619/16
Palatinus Pomeraniae	fl.	12292
Palatinus Culmensis	fl.	9969
Episcopatus Varmiensis	fl.	14273
	summa fac. fl.	42155/16

Summa totius contributionis anni 1578 fac. fl. 530012/16/62,^{b)} exceptis salariis et defectibus, qui ex praesenti summa deduci debent; excepto quanto grosso in mercibus extra Regnum evenit, cuius summa annis posterioribus evenerat per arendam fl. 17448; excepta contributione Iudaica, quae tametsi in ratione contributionum 1578 per exactores perceptarum includitur, aucta tamen per arendam ad summam multo maiorem, et est fl. 20000; excepta adhuc Ducellaris contributione, vulgo Accessa, a maioribus civitatibus Prussiae Serenissimo Stephano Regi concessa, cuius summa unius anni: fl. 75000.

Summa omnium summarum: fl. 642456/16/6, videlicet:

Agrariae contributionum, non deductis salariis

exactorum et dispensatorum	fl.	290676/29/6
Ducellorum oppidis et civitatibus	fl.	207335/17
Contributionum aquiliccae ^{z)} ad Nogatum	fl.	32000
Contributionis Iudaicae	fl.	20000
Accessae ex civitatibus Prussiae	fl.	25000
	facit, ut supra:	fl. 642456/16/6

Item ex Ducatu Livoniae, videlicet ex districtibus: Vendensis, Derpatensis, Pernaviensis, contributionis agrariae et Ducellarum in anno 1588^{z)} percepta summa fl. 13457/15/12.

Summa summarum omnium supra scriptarum contributionum anni unius facit, non deductis salariis et defectibus, qui in rationibus exactorum semper ponuntur, fl. 655914/2.

Ex qua summa in salario exactorum et dispensatorum, tam in Regno quam in Ducatu Livoniae, citra fl. 12500.

Contributionum scriptarum supra, excluso Magno Ducatu Lithuaniae, fl. 643414/2.

Defectus notabiles erunt propter binas depopulationes Tartarorum.

Contributio Lithuaniae, Thesaurario Magnifico Domino Laurentio Voina defuncto, annis 78, 79, 80, cum in singulos laneos florenus conferretur, toto illo triennio effecit summam quadringentorum nonaginta millium quadraginta quatuor florenorum, grossorum octoginta.^{c)}

Cervisiaria contributio locata fuit in biennium florenis Polonicis quadraginta millibus. Ratione igitur hac in singulos annos provenire poterunt ex contributione agraria florenorum centum sexaginta tria millia trecenti quadraginta octo, grossi sedecim.

Ex cervisiaria viginti millia.

Deducenda hic quoque salario et defectus.

B. C.

a) in ms. annum

c) lectio incerta.

b) numerus incertus, forsitan 6 1/2

z) sic in ms.

N. 67.

s.l. [post 24.I.1588]

Ignotus

ad rei memoriam

considerationes de principum christianorum ad Christianitatis defensionem contributionibus.

(*Memoriale*)

A.M.F. F. 4293, f. 193-194.

In primis quam diligentissime et maxime expendendum, quinam Principes christiani et quibus viribus in societatem hanc concedant concessumque sint, ne cum plus quam quisque alius hosti illi expositum ab eoque circumspectum plane Regnum hoc sit, neque modo illum, sed alium etiam, qui cum illo coniunctus, satis etiam petens est ipse, Tartarum hostem habeat, forte rebus non satis ante provisis preparatisque praepropero impetu in discrimen aliquod coniiciatur. Ante omnia igitur requirendum, an constet Sanctissimum Dominum nostrum cum Sacro Cardinalium Collegio, Caesaream Maiestatem cum ditionibus suis, Regnisi nimirum Hungariae et Bohemiae, Austria, Moravia, Silesia, Lusatia, Stiria, Carinthia, Tiroli, et Principes ac ordines universos Imperii Principesque Italiae ad foedus hoc descendisse firmiterque id observaturos, neque solum unum atque alterum annum, sed in posterum perpetuo in eo perseveraturos; tum vero num^{a)} auxilia etiam Serenissimi Hispaniarum Regis eo accedant et postea etiam classis, ad idemque a Caesarea Maestate Magnus etiam Moscoviae Dux adactus fuerit.

Danda tamen opera erit, ut nihilominus alii etiam Principes christiani ad id aducantur, quemadmodum Respublica Veneta, Serenissimus Daniae

Rex et alii. Serenissima Republica Veneta non mox fortassis ad apertum bellum perduci se patietur, cum alias ob causas, tum quod vectigalia eorum publica et privata a comertiis magna ex parte, quae cum Turcis habent, dependent. Quae mox interciderent, et propterea nollent fortassis mox se aperire, nisi forte, si Deus fortunaret, ut uno atque altero magno proelio superaretur. Tamen summa aliqua pecunaria iuvare possent, auxilium aliquo illorum necessario tempore vicissim illis suppeditandi^{b)} certa spe a confoederatis facta, Regnis et Principibus cognitis, qui ad societatem hanc accessum sint.

Cognoscendum postea de opibus, id est, quam magnas quisque vires ad societatem hanc et bellum allaturus sit, quantum a quoque equitum, quantum peditum, quod genus equitatus, quae^{c)} armatura, qualis peditatus, quis apparatus bellicus futurus sit, quomodo et quis tormenta, pulvres, globos aliaque instrumenta necessaria curaturus sit; qui duces, qui praefecti futuri, quae in bellando et sustinendo hoste constantia. Parum enim esset semel atque iterum saltem exercitum educere, nisi beneficio divino una atque altera victoria obtenta, quoad necessitas postularet, in societate ea persisteretur. In qua quidem re maxime illud spectandum erit, ne exercitus reliquorum Principum christianorum ad minimum 70 millibus minor sit. Rebus hisce constitutis viribusque Principum, qui ad societatem hanc descendedent, animadversis, quidnam Regnum Poloniae ex sua parte afferre ad eam debeat, accurate diligenterque constituendum erit. Res^{d)} sit cum hoste, seu duobus potius hostibus, qui equitatu magno in bello utuntur, et in patentibus campis negocium cum illis futurum sit. Quam maximo contra illum etiam equitatu opus fuerit et huiusmodi, qui etsi numero illius par non sit, proportione tamen aliqua ei respondeat. Alii Principes christiani magis peditatu utuntur quam equitatu, equitatuque non hastato, quali hostis. Ex Regni ditionibus iustus numerus equitum hastatorum scribi et educi posset, modo stipendia in illum supetant, quemadmodum non omnia in una provincia aut Regno esse possunt. Verum alii pecunia, alii viris et equis magis abundant. Ita in hoc Regno benignitate divina hominum ad bellum idoneorum aliquantum certe reperietur. Sumptus omnis a tributis dependet, quae et gravia nobilitati sunt et tantum reddere non possunt. Ita igitur constituenda res erit, ut reliqui christiani Principes confoederati tertiam partem stipendiiorum in exercitum Regiae Maiestatis conferant, quae tamen non minus atque duae reliquae sub imperio et auspiciis Regiae Maiestatis sit.

Nervis modoque eorum constituto, de loco et tempore conveniendi statuendum erit, et illud fortasse in hac re optimum erit: non domi aut in ditionibus christianis hostem expectare simulque et hostilium et suarum copiarum onus intra viscera recipere, sed ad illum^{e)} potius ire, neque pati rem duci hominesque inopia et incommodis Principumque aeraria stipendiis perpetuis exhaustiri, sed divino auxilio ascito viribusque, quantum fieri eius poterit, quam maximis coactis instructisque, ad tale proelium, quo res decernatur, se comparare. Quod si Deus fortunaret, facilius deinde esset ulterius res prosequi. Proindeque et quem in locum et ad quam diem universus exercitus convenire deberet, despiciendum statuendumque erit. Cumque ad bellum hoc ab universa Christianitate Regia Maiestas invitata sit, ac non modo ipse adesse ei cupiat, sed ad extremum etiam sanguine suo studium erga salutem Christianitatis libenter testaretur, quare si Senatui ita videretur, ut ipsa etiam in expeditionem eam proficisceretur, in tempore etiam sciendum esset, quo loco quaque

auctoritate et potestate in exercitu eo cum ipsa Regia Maiestas futura esset, tum generales nostri, priusquam ad exercitum ipsa veniret.

Cum enim ex diversis nationibus exercitus is futurus sit, quarum quaeque fortassis suum generalem habitura sit, ut nostrorum etiam generalium integra potestas seu auctoritas sit, providendum. Maxime autem, ne Serenissimo Archiduci Maximiliano propter simultates, quae cum Regia Maiestate atque Regno ei intercedunt, imperium exercitus demandetur. Cumque in multitudine capitum varia iudicia atque ex his, ut plurimum, dissensiones existere soleant, ex quibus fere perturbatio et interitus omnium rerum deinde nascitur, id quoque despiciendum erit; quaeque in diversitate sententiarum inter generales, tam in consiliis expediendis quam negotiis bellicis, et quaeⁱ⁾ iustitia inter diversarum nationum homines administranda iudiciisque concludendi ratio esse debeat, statuendum. De comeatu etiam diligenter providendum, cum omnis generis pabulo, tum ad usus hominum, neque tam ad delicias quam ad victum militarem pertinentibus rebus, ut et sufficienter supeditentur et pro ratione stipendiorum, quae tenuiora nostri merent, iustum earum pretium constituatur. Cum etiam leviora genera equorum et armorum, armatura autem potius ad hostilem accedente, quemadmodum Hungari, ita nostri quoque magis quam alii utantur. Aequissime etiam primus locus in agmine illis dandus est, sclopetaulis^{g)} tamen ob maiorem firmitatem, si generalis exercitus Regni opus iis esse iudicaverit, tot, quot idem generalis postulaverit, illi adiunctis. Successum, si quem Deus dederit, cum semper praemia etiam sequi soleant, ut hac quoque in re non deteriore conditione Regia Maiestas ac Regnum sit, diligenter etiam ac firma cautione opus est, maxime vero in iis, quae Regnum alias iure pertinere ad se existimat, ut in primis Valachia ac Moldavia provinciaeque et civitates circa Pontum^{h)} Euxiniⁱ⁾ Regno cedant. Ultra haec^{j)} cum tempore dive^{k)} memoriae Sigismundi Augusti nomine Reipublicae Venetiae navigatio etiam proposita fuerit, qua frumentum aliaeque merces per Pontum Euxinum fretumque Constantinopolitanum Venetas atque in Italiam importarentur,^{j)} ea vero a Caesare Turcarum, ut qui Constantiopolim teneat, impediatur, si Deus successum christianis tribueret, ut in omnes partes libera et tuta sineque ullius vectigalis exactione navigatio illac sit, cavendum modusque eius certus et firmus definiendus.

Iuramentum etiam in transactionem Bedzinensem per Archiducem Maximilianum praestetur; similiter per Ungariae ordines. Cumque contumeliose etiam nonnullae leges in nationem Polonicam in Ungaria latae sint, si ad societatem hanc descendendum sit, illud etiam providendum erit, ut eae abrogentur. In finibus etiam ditionum utrimque confoederatorum ut pax et iustitiae administratio cum effectu constituatur. Rustici etiam fugitiivi similiter utrimque reddantur. Comissio vero hic iam designetur. Super omnia autem diligentissime caveri oportebit, ut tam bellum quam pax et foedus nullum constituantur suscipiantur, nisi communi consensu omnium confoederatorum unanimiterque ab omnibus, neque alter sine altero quicquam cum hoste eo constituat tractetve.

Inter confoederatos etiam ipsorumque adherentes et socios ut pax et amicitia integra, sincera, indubitata et bona fide conservetur, pristina pacta, foedera, transactiones, conventiones ut ratae firmaeque sint, neque societate hac quicquam illis derogetur. Omniaque haec ut sanciantur scripto Sanctissimi Domini Nostri aliorumque^{k)} confoederatorum, tum iuramento Sacri Cardinalium Collegii, Caesareae Maiestatis^{l)} et Electorum

Principum et civitatum Imperii, Regis Hispaniarum et Principum Italiae, tam ex parte Regiae Maiestatis et Regni a Regia Maiestate ipsa mandatariis et delegatis.

- | | |
|------------------------|--|
| a) in ms. nunc | h) in ms. sequuntur tres litterae expunctae: |
| b) in ms. suppeditanti | Exu |
| c) in ms. qua | i) in ms. hac |
| d) in ms. Rex | j) in ms. importaretur |
| e) in ms. illam | k) sequitur expunctum verbum: Electorum |
| f) in ms. quam | l) in ms. Maiestas |
| g) in ms. scopetarius | z) sic in ms. |

N. 68.

Grodnae, 24.II., Vilnae, 9.III., Cracoviae, 2.V.1579.

*Ignotus
ignoto*

*de copiis a senatoribus et aliis dignitariis Lithuaniae adductis; de bello
adversus Moscos.*

("Avviso")

A.M.F. F. 4293, f. 195-196.

Di Grodna a XXIIII di Febbraio 1579.

Scrisse ultimamente come Sua Maestà era arrivata in questa terra, dove da Signori Lituani era stata ricevuta con grande amore et di tal maniera che Sua Maestà resta de Lituani grandissimamente soddisfatta. Et vi dissi ancora come Sua Maestà disegnava di fare in quel luogo una convocatione de Lituani per trattare delle cose della guerra contro al Moscovita e di poi andare in Polonia a fare una Dieta sopra di questo, ma ha trovato gli animi de Lituani così pronti alla guerra et che oltre al pregare al non fare altra Dieta hanno fatto offerte particolari, oltre a quel che sono obbligati per l'ordinario, che Sua Maestà si è risoluta di partirsi di qui per Vilna, come si parte questo giorno con tanta sua satisfactione che non si potria dir più. Et come io vi dissi, ha fatto nota di sua mano propria di tutti quelli che qui hanno fatto l'offerta. Della qual nota vi mando il sommario che è l'appresso.

Retenta proventuum bonorum regalium, de quibus ad hoc usque tempus respondebant, videlicet quartae theloniorum quorumlibet, zupis,^r oeconomiae contributionum, tam circa exactores quam circa Capitaneos in retentis existentia, tum etiam apud Capitaneos tenutarios, quae in retentis praeteritorum annorum includerentur, et ea, quae vigore temporis et consuetudinis thesauri in thesaurum Regni Domino Thesaurario extrauderentur, et omnia alia tam in genere quam in specie, nullis penitus exceptis, ostenderent eidem Domino Thesaurario sive subdelegatis eius, a data praesentium in sex septimanis obdestinati existentes^r hic Warschoviae, ut extradentur,^r obtenta quietatione Domini Czerski. Contraveniens autem et obdestinationem Domini Thesaurarii non curans seu postponens,

extunc terminum peremptorium vigore istius convocationis in electione proxima coram iudicibus in electione deputatis eidem assignamus diem sextam, sub poena similis summae, quae iam exnunc vigore praesentis conventus in effectu solutionis pro tempore superius expresso decernitur et fisco Reipublicae applicanda, pro cuius exequutione Dominus Thesaurarius remittet, ubi contumiae forum intelliget. Quae omnia Capitaneus exequet.²⁾ Quidquid vero Magnificus Dominus Thesaurarius Regni tempore interregni extradet de scitu Senatorum Regni, tam ad provisionem castrorum in finibus existentium, quam ad aliam necessitatem Regni, eadem confederatione cautum facimus ea omnia per Serenissimum Regem, a Deo ^{w)} nobis et Reipublicae datum, in ratione suscepturnum.²⁾

Thesauri in genere omnes et supplex regia, tam olim Sigismundi Augusti quam Stephani nuper defuncti Regum, ut per Dominum Thesaurarium Regni provideantur ad locumque electionis conducerentur.²⁾ Et si quid decesset, inquisitio in electione facienda tam de eo, qui recepit, quemadmodum ad quem subintelligeretur. De quo iudicium et satisfactio in electione facienda.

Ferens autem Vesselyni et alii ad inquisitionem pertinentes per Dominum Thesaurarium et deputatos obdestinandi, qui sub poenis legibus sancitis in futura electione peremptorie comparere tenebuntur.

De thesauro Grodnae existente nuncii Magni Ducatus Lithuaniae ordinibus cuiuscunque conditionis unanimis²⁾ fratribus persuadebunt, ut causa celerioris expedienda inquisitionis et decisionis per ordines utriusque nationis a Domino Thesaurario Magni Ducatus Lithuaniae comportetur. Alias in electione futura de eodem component. Nihilominus inquisitio non modo de Regni, sed et Magni Ducatus Lithuaniae thesauris intelligenda.

Bona Reipublicae mensae regiae, per extraneos possessa ad obdestinationem Domini Thesaurarii in quibuscunque pallatinatibus mittenda. et post obdestinationem mittere nollens,²⁾ exequutionem confederationis Dominus Pallatinus extendet sub poena superius expressa. Nec in eo passu Dominus Thesaurarius cuiquam parcer, immo negligens existens, de eo coram ordinibus Regni in electione respondebit.

Administratio oeconomiae et proventuum bonorum regalium post decessum Capitaneorum vel tenutariorum vigore privilegii Regni Domino Thesaurario et nemini alii pertinenda. Quoniam autem Lanczcoroniae Reipublicae plurimum interest, eandem Dominus Thesaurarius de facto recipiet.

Militem stipendiarium in pallatinatu Kracoviensi hoc laudo communi approbamus et solutionem ex bonis Reipublicae promittimus, Dominoque Thesaurario mandamus, ut sine dilationibus eisdem solvendum sit, iuxta dispositionem universalium confederationis palatinatus Cracoviensis atque Sandomiriensis. Quilibet autem stipendium militare recipiens ad locum electionis, ne fines Regni orbarentur electioque interturbetur, non conveniet. Solummodo hi, qui stipendiis suis Reipublicae inserviunt et hoc absque quavis cohorte militum. Licitum tamen sit in negotiis suis stipendiariis militibus nuncios mittere, similiter sine cohorte, ita quod numerus non excedet viginti personarum ab exercitibus, inclusive cum familis.

Dominus Thesaurarius Regni cum deputatis ad id iuxta constitutiones pertinentibus privilegia Regni revidere coronamque obsignare ante electionis tempus tenentur.

Pro exigenda quarta Ravae pro futuro festo Pentecostes iuxta constitutionem Lublinensem deputamus ex ordine Senatorum Generosos Dominos, Dominum Christopherum Landczoronski Malogoscensem, et Simonem Szawniski Inowlocensem, Capitaneum Gostinensem, Castellanos; ex nunciis Generosos Stanislaum Uchanski de Maiori Polonia, Andream Wiszinski Falbright, Tribunum Drohycensem.

Spondemus insuper et constituimus pacem atque concordiam fraternalm, ne rancores, quaecunque obdestinationes, factiones, duella locum habeant.

Extraneos quoscumque nemo audeat in locum electionis conducere, vel cum eis venire vel fovere et detinere, aut manu armata venire, sub poena in confederatione expressa. Eundemque articulum firmiter observare in omnibus spondemus. Tum et partes, quae sint rancoribus infectae.

Quod si vero in aliquo punctu articuli praesentis pars contraveniret aut excederet, extunc instigante parte promittimus atque spondemus sub fide et honore nostris talem, sine quavis contradictione, tanquam hostem patriae nostrae habere et intelligere contraque eum in perpetuum damnum insurgere et eum vita et possessionibus privare. Verum enimvero quod si expeditio generalis in lustrationibus laudaretur pro futura electione, extunc unicuique liberum sit iuxta facultatem et beneplacitum, absque tamen extraneis, equitare vel venire.

Quod attinet arendae^{z)} novae zupae Crakoviensis, quia id cum detrimento ingenti Reipublicae sit, ideo assignamus et deputamus revisores auctoritate huius conventionis Dominum Balthasarum Porembski, Dominum Nicolaum Kazimirski, Dominum Stanislaum Rozen, Dominum Stanislaum Czikowski, Succamerarium Cracoviensem, qui rationem de praemissis in conventione electionis futurae reddent.

Providendae itaque omnes commoditates occasione actus electionis, ut in omnibus, quoad fieri possit, dicionibus Regni et Magni Ducatus Lithuaniae provideretur ex mandato omnium ordinum, auctoritate constitutionis et convocationis praesentis Warschoviensis. Constituimus tempus eiusdem electionis trigesimam Iunii, videlicet in crastino festi Sanctorum Petri et Pauli; locum Warschoviae, areamve designantes ea in parte villae Wolia ad consultandum in eligendo Domini novi, quod et fosali^{z)} obsignetur.

Omnies vero pro electione iter facientes tam in itinere, quam et in loco electionis, a damnis quibuscumque inferendis coherent, iuxta ordinationem Warschaviensem in eo passu anno 1573 laudatam sub poenaque ibidem expressa. Solvenda necessaria, prout conducere possint.

Quum autem sine defensione finium pacifica Respublica domi existere non possit, praesertim vero tempore interregni, ideo providendum difficultatibus in finibus, utpote terrarum Russiae, Podoliae, Wolhiniæ, auctoritate istius convocationis; pro defensione illarum tempore interregni duo millia equitum stipendiariorum constituimus, quibus salarium pro qualibet parte anni super hastam quindecim florenorum, et hoc ratione comparationis victualium per stipendiarios, ne graventur subditi iniuriis aut damnis. Mandaturque Domino Thesaurario Regni, ut in quatuor septimanis post dominicam Paschæ, sine dilatione quavis, peccuniam pro una parte anni^{x)} in Lwow Domino Notario mittat. Notarius autem stipendiariis distribuat. Quod si autem quis ex Rothmagistris cohortem integre non haberet, stipendum eis non est dandum, immo Campiductori vel seniori exercitus denunciandi et iuxta articulos militares puniendi.

Commititur^{z)} vero supra recensitus exercitus in regimen Generoso Domino Nicolao Herbuth^{z)} de Dziedzilow, Succamerario Haliciensi, et auctoritate convocationis ducem exercitus protunc appellandum, qui ex debito officii sui in iudiciis confederationis proxime futuris iuramentum praestabit in haec verba: Ego Nicolaus iuro, quia exercitui mihi tradito fideliter praero et opera illius tantum ad reprimendas invasiones inimicorum extraneorum hostiles utar, fines Regni tutos pro viribus praestabo, dignitatem et securitatem Reipublicae quantum potero defendam, et si (quod Deus avertat) Regnum seditio invaserit, nulli parti adherebo; tempore vero electionis in finibus militem et me ipsum continebo, damna incolis Russiae, Podoliae, Volinia nulla inferam, et ne a militibus meis inferantur, omni ratione providebo. Pensiones vero, tam ab ecclesiasticis quam ab aliis personis quibusvis, nullas omnino exigam, et ne milites mei exigant, efficiam. Sic me Deus adiuvet et haec sancta Crux.

Pro necessitate quoque terrae Sanocensis designantur Generoso Domino Georgio Mnissek, Castellano Radomiensi et Capitaneo Szanocensi, centum equites eiusdem stipendii, ut supra, quos protunc ex amore patriae sustentandos promissit,^{z)} donec a Thesaurario Regni dabitur peccunia.

Modo simili Generoso Nicolao Jazlowieczki, Capitaneo Sniatynensi, conceduntur et assignantur centum quinquaginta equites pro defensione arcis Kameneicensis.

Quod autem attinet defensionis arcium in finibus Russiae, Podoliae, auctoritate convocationis sit demandatum Capitaneis, quo pedites eligerent iuxta consuetudinem et numerum, quod et in terra Sanocensi sentiendum. Quos equidem pro commoditate et necessitate locorum in castra divident, proviso per Dominum Thesaurarium illorum salario, pro quolibet quartuali cuilibet quatuor floreni.

Et quia arx Spizensis denudatus^{z)} sit tempore hoc in milite tam equestri quam pedito,^{z)} obviam difficultatibus auctoritate huius convocationis designantur quinquaginta equites ad numerum centum equitum, qui sunt a Generoso Domino Pallatino Cracoviensi insinuati; centumque et quinquaginta peditibus Dominus Thesaurarius Regni providebit. Pecuniam ad manus Generosi Domini^{y)} Ioannis Maczieiowski, Castellani Zawichostensis, Capitaneo^{z)} Lenciciensi et tenutario protunc Spizensi, tam pro equitibus quam peditibus, mittendo.

Et quoniam exercitus omnis in ordinatione disponi debet, obviam iniuriis planctu hominum constitutum, quod si miles vi alicui quidquam receperit sive iniuriaverit, idem, cui iniuriatum sit, postulabit iusticiam apud Rothmagistrum. Rothmagister vero recusans parti conquerenti [satis] facere, apud Praefectum exercitus iusticiam perquiret, et si idem renuerit, ad iudicium confederationis citandus, ubi peremptorie sine dilationibus luitis poenis satisfacet sub poenis confederationis. Iuxtaque antiquam consuetudinem Praefecto exercitus superioris nominato pensio consueta pro quartali quadringenti floreni designata. Tum et Custodi, Notario campi pensio iuxta ordinationem, necnon et Rothmagistris centum equites habenti^{z)} centum floreni pro coquina dandi iuxta consuetudinem.

Et hic Rothmagistri vigore huius convocationis denominati sua loca occupare incipient ab arce Cameneicensi quoque in Bar, Chelmnik, Braczlaw etc. Nihilominus Praefectus, ubi de inimico sciverit vel noticiam haberet, exercitum conduceat et pro ratione belli gerendi convertet. Quod

si vero Dominus Thesaurarius Regni pecuniae in thesauro defectu patetur, extunc conceditur facultas eidem, vigore et autoritate huius convocationis, arendare anni proxime futuri proventus oeconomiae, quae^{z)} ad manus Magnificentiae Suae pervenerunt et devenient, tam de thelonieis quam aliis proventibus. Verum pro parte necessitatum protunc Reipublicae similiter Notario campi concessa est quarta, quae de Ravensi in manus mitetur^{z)} super ea supra nominata trium milium equitum, ad alteram partem anni. Acta sunt haec Warschoviae in convocatione generali convocationis^{z)} sabbato die 7 Marcii anno Domini millesimo quingen-tesimo octuagesimo septimo.

Laurentius Gosliczki, Episcopus Camenecensis, propter bonum pacis subscribo. Andreas Theczinski, Pallatinus Cracoviensis. Stanislaus Comes a Gorca, Pallatinus Poznaniensis etc. Stanislaus Szafraniecz manu sua. Ioannes Chlebowicz, Palatinus Trocensis, Nuncius Magni Ducatus Lithuaniae, manu sua. Paulus Sczawinski, Castellanus Lanciciensis. Sebastianus Tarnowski, Castellanus Conariensis Siradiensis. Balthazar Porembski, Nuncius Cracoviensis. Christopherus Pawlowski, Nuncius^{aa)} terrae Cracoviensis. Nuncius Magni Ducatus Lithuaniae ex palatinatu Polocensi Venceslaus Sokolniski, Ioannes Lowiko, Vexilifer^{z)} Mozernensis Magni Ducatus Lithuaniae, manu sua. Ioannes Thelathiczki, Ducatus Lithuaniae Nuncius et palatinatus Berestinensis. Andreas Liesczinski a Lieszno Nuncius terrae Sandomiriensis. Procopius Pekoslawski, Nuncius Sandomiriensis. Ioannes Kalinski, Nuncius palatinatus Lenciciensis. Albertus Zbozy Zakrzewski, Nuncius palatinatus Brzestensis. Ruthenice: Nuncius Kyioviensis Nicolaus Rozinski, Iudex et Nuncius terrestris Inowladensis Stanislaus Uchanski. Andreas Liassotha. Venator et Nuncius palatinatus Lublinensis, Petrus Lassowski, iudex Lublinensis, Christopherus Psonka. Stanislaus Goreczki terrae Zakrocymensis. Christopherus Buchowski de terra Przemisiensi, Palatinus Russiae. Albertus Trzaska terrae Chelmensis. Ioannes Herbulth^{z)} a Fulstin Russiae. Stanislaus Lanczkoronski de Brzezie, Capitaneus Skalensis Podoliae. Andreas Zalbrzik, Tribunus terrae Drohyciensis, manu sua, Andreas Swidzinski Ravensis. Iacobus Lielewski, Pincerna Warschoviensis. Michael Zaliwski, Iudex Livensis, manu sua.

Ex Polonico transsumptum.

- a) *correctum ex: Generosus*
- b) *verbum: officio suprascriptum est loco verborum expunctorum: ad acta inserta*
- c) *reperiretur suprascriptum loco non expuncti: adinveniretur*
- d) *pro tempore correctum ex: vigore temporis*
- e) *verbum: animi in forma contracta (ai) supra lineam scriptum est.*
- f) *in ms. perterquam*
- g) *verba: Secus faciens loco non expuncti: Contraveniens supra lineam scripta sunt.*
- h) *correctum ex: universales*
- i) *correctum ex: publicandae*
- j) *in ms. actu*
- k) *correctum ex: 1555*
- l) *sequitur expunctum verbum: eorum*
- m) *sic in ms., propositio non correcta*
- n) *sic in ms. pro: quod attinet confirmationem etc.*
- o) *in ms. unamiter*
- p) *sequitur aliquod verbum expunctum.*
- q) *in ms. quae*
- r) *in ms. pallatinatu*
- s) *sequitur expunctum verbum: tenebitur*
- t) *in ms. habentibus*
- u) *correctum ex: funebrali*
- v) *in ms. libertamur*
- w) *sequitur expunctum verbum: datum*
- x) *sequitur expunctum verbum: mittat*
- y) *sequitur expunctum: Mathei*
- z) *sic in ms.*
- aa) *in ms. Nunciis*

Ignotus

ignoto

"eorum, quae pro Austriacis vel contra in futura Regis electione dici possunt, brevis designatio".

(*Memoriale*)

A.M.F. F. 4293, f. 235-238.

Eorum, quae pro Austriacis vel contra in futura Regis electione dici possunt, brevis designatio.

Gens Austriaca, Jagellonibus nostris affinitate, Polonis vicinitate coniuncta, nunquam de Republica male merita, inter illustrissimas totius orbis terrarum, ne dicam christiani nominis familias principem locum sibi vendicat. Omnia certe potentissima Imperia, Regna, Respublicas florentissimas arbitrio suo moderatur.

Habet ea Principes multos catholicos, magnitudine animi, indele, educatione insignes,^{a)} qui domestico exemplo edocti et ad nostram et quamlibet Rempublicam regendam aptissimi non esse non possunt. Hi omnes idioma nostrum ex Bohemico, non multum a Polonico diverso, perspectum sentiunt.

Austriaco Rege electo Gedanum, Prussia tota, Livonia, quae provinciae Germanos adhuc respicere videntur quasque aegre hactenus retinemuunt, facili negotio quiescent.

Iunctae nostris Austriacorum vires non Moscoviam tantum, Principis orbatam consilio et domesticis dissentionibus^{z)} convulsam, debellabunt, sed Turcis bello Persico occupatis, quibus suspecta iam diu Austriacorum incrementa, terrorem etiam inferrent.

Comertia per omnes Austriacorum ditiones libera Reipublicae nostrae summam afferent utilitatem.

Austriaco nobis imperante ditandae Reipublicae instrumenta illa, quibus hactenus caremus, aderunt: mercatorum, moechanicorum,^{z)} agriculturarum multitudo, quibus dum abundat Germania, indiget Polonia. Nil mirum, si auro et argento illam abundare, nostram videmus indigere.

Promiscua nobis cum Germanis comertia remotiores populos spe lucri ad nos vocabunt. Hi merces exoticas inferent,^{b)} nostras exportabunt, frumenta potissimum, quibus saepe, dum nulla vendendi facultas adest,^{c)} domi abuti cogimur.

Quod rarum apud nos, equos suos Hispania quodque maxime expedienda^{d)} tormenta sua nobis Germania armaque omnis generis communicabit.

Civitates, ne hac re Germanis cedamus, splendide magnificeque extruent, agros magna ex parte inutiles cultura diligent utiles reddent. Sic Prussiam, sic submontanam regionem videmus ab illis excultam. Sic Cracovia ipsa, Regni metropolis, aedificiorum elegantiam illam Germanis, a quibus etiamnunc hodie colitur, acceptam refert. Fiet inter paucos annos eorum industria, ut Poloniae Regnum sicut amplitudine reliqua Christiani Orbis Regna vincit, ita cum eis opum et divitiarum magnitudine certet.

Germanicorum quietiora ingenia et ad rem attentiora Polonus, vegetiores et quietis impatientiores, in comertiis exercendis et moechanicis oeconomicisque rebus tractandis longe superant.

Regnicolae plerique omnes equites, viri militares, civitates, iure donati pauci apud nos mercatores, pauci moechanici, si non exteri quidam, pauci agricolae, atqui ab his certum est opes Reipublicae parari, ab illis paratas dissipari ac saepe ne quicquam profundi.

Germaniae Polonia nostra cum fertilitate et regionis temperie non cedat, fit iis, quas diximus, de causis, ut inferior longe videatur.

Dissidia illa nostra cum Germanis hac Principum populorumque arcta confoederatione et cognatione tollentur, integris tamen utrius genti legibus ac libertatibus antiquis.

Nec vero Polonis tantum, sed christianis omnibus populis operae precium fecisse videbimur, coactis in officium plerisque Principibus, qui fluxa adversus nos hactenus fide gratiam nostram quibuscumque rationibus mox aucupari cogentur. Quin et consultissimum fuerit, si cum Sueco affinitas ineatur, per quam Jagellones nostri adhuc in Polonia resurgent. Suecus aspernaturus non videtur splendidam affinitatem, et tollentur Suecorum Jagellonidarum exarsurae²⁾ olim querelae.

Non leve erit hoc adversus christiani generis hostem propugnaculum, de quo non antea triumphabant christiani, quam relictis, qui²⁾ cum eo inierunt, foederibus et sotritis, quas inter se fovent, dissentionibus, ad eius internationem confluant universi ac sese invicem arctissimo vinculo constringant.

Reprimetur certe iam non leviter eius audatia immenso hoc terrarum tractu a mari Mediterraneo ad Oceanum, in Austriacorum potestatem redactum, quibus si Moscos, quod spes est sub potentissimo Principe futurum, adiunixerimus, cum hoste hactenus tremendo quid erit, cur non aequo Marte congregdi possimus?

Spectacae Austriacorum vires nimiae et innata familiae potentissimae dominandi cupiditas, de qua cum iam pecuniis exhaustam sciamus, quid sperandum aliud, quam ex tenuitate facultatum nostrarum eorum nobis inopiam atque aviditatem excludam?

Austriaco in promptu erit omnia ex arbitrio gerere vel vocatis in pernitientem nostram finitimas populis, de quorum infensis nobis animis dubitare non possumus.

Cautiores in posterum simus exemplo recente. Rex, homo novus, nullo externo subnixus auxilio, parum abfuit, quin Rempublicam opprimeret. Quid e familia regnatrice oriundus Princeps, tot potentissimorum Principum populorumque opibus armisque firmatus?

Actum est de legibus nostris, perierte libertates illae, patrum nostorum sanguine partae nobisque vita semper chariores, spoliatur libera illa Regis electione, quam in nobis mirantur plerique omnes populi, qui sub iniquis Principibus duram saepe coguntur ferre servitutem.

Nam cum Austriacis parta semel Polonia excidet, cum omnes eorum ditiones oppressam ab iis doleant liberam illam Principum electionem iusque successionis tanquam in haereditate paterna constitutum. Horum nos, si sapimus, vestigia terreat.

Austriacorum mores a nostris alieni, educatio metuenda, patria semper infesta, sed et ipsam pro arbitrio regendi cupiditatem, quam innatam quibusque rationibus et tueri conabuntur, sicuti nos ferre nunquam

poterimus, ita nec illi sublimes animos legibus nostris ac libertatibus unquam submittent.

Quis nescit in Comitiis Imperii de eriendo nobis Gedano ac Germanorum legibus subiiciendo semper actum?

Maximilianus, Equitum Teuthonicorum^{z)} Magister, de augendo ornandoque hoc Ordine ac de Prussia illis restituenda arctissimo se iureiurando obstrinxit, ut metus sit, ne Imperii vires in hanc provinciam armentur aliquando eaque nobis cum Gedano, sine qua stare Polonia non potest, tandem eripiatur.

Cavendum maxime, ne hosti in omnes occasiones intento rei bene gerendae, quam ipse fractus saepe et turpiter pulsus a nobis ne sperare quidem aliter possit, ansam praeebeamus.

Facillimum erit Germanis Prussiam Livoniamque nobis eripere, cum Gedanum ac Rigam, primarias civitates, iam a suis partibus habebunt, cum Regem ipsum ab eorum consiliis non alienum.

Iam mihi in Prussia ac Livonia, si non in reliqua Polonia, Austriacum dominatum firmatum videre videor. Quid enim Regi callido ac viribus nostris subnixo non liceat, cum principes in Republica viros ad suas partes traxerit, multos, quorum fidem perspectam habebit, ad summos honores evexerit, alios, quorum nimirum autoritatem verebitur, in inplenum ordinem detruserit? Cum ex eorum exuvias clientes suos locupletaverit cumque male mulctatis iis, qui liberam aliquam vocem emiserint, bonis omnibus terrorem incusserit? Quid non Stephanus vel in hac familiae obscuritate et parum firmata authoritate potuit? Iisdem vestigiis insistent Austriaci. Adiungent ii sibi amicos consiliorumque duces hos, qui a Stephano laesi atque exasperati, dum ad Reipublicae^{e)} administrationem in opiae sublimandae^{f)} studium et vindictionis^{g)} de adversariis aliquando repetendae cupiditatem adferent, dum nihil non tentabunt, ut se adversariis non inferiores probent utque nos, si fieri possit, opprimant. Videte, ne Rempublicam ipsam subvertant.

Austriacos consanguineos familiaresque ad tyrannidem stabiendiad ad se vocatos provinciis nostris perficiet, vel, si hoc minus licebit, ad Prussiam Livoniamque recipiendam iuvabit. Ac tum Ungariae, Austriae, Silesiae, Bohemiae, finitimarum regionum, armis territi, ab interno etiam hoste oppressi, quid tandem consilii capiemus, cum Rege pleno iam imperio regnante Itali, Hispani, Germani ac si qui alii moribus nostris alienissimi, dominabuntur?

Austriaco electo cum Turcis perpetua nobis parantur bella. Tartari, a Turcis ad pernitiem nostrarum^{z)} concitati, Polonis semper iminebunt.^{z)} Nam quid auxilii aduersus invidissimi hostis iras minasque expectandum ab iis, qui Ungariam illam munitissimam atque omni bellico apparatu instructissimam nec tueri unquam potuerunt? Et qualescunque reliquias aegre tuentur?

Moscus,^{h)} cum nos civilibus discordiis occupatos atque in his angustiis constitutos viderit, compositis rebus suis Lithuaniae invadet, vel si, quod alii volunt, expeditionem Moscoviticam Austriacus susceperit, fiet, ut Mosciam Polonorum multo sanguine domitam non Polonae Reipublicae accrescat, sed Germano cuidam Austriaco cedat. Nam quam laudant alii in gente Austriaca numerosam Principum catervam, suspectam vel eo nomine habere quis possit, quod cum otium et inopiam aegre domi sustentent, ad invadendas dividendasque inter se remotissimas provincias

paratissimi sint futuri. Ne invitus quicunque ex iis Rex fuerit ad firmando Imperium, consanguineis principatus partem demandabit.

Austriacus civiles dissensiones tantum abest, ut componat, quin fovebit summo studio ac pro virili excitabit, et iisdem nos artibus opprimat, quibus populum Romanum Augustus, cui Rempublicam bellis civilibus infatigatam ac diuturnis armorum calamitatibus afflictam, quo voluit, flectere ac monarchiam constabilire licuit, populo iam Senatuque ita fracto, ut cervicem mallet iugo submittere, quam tyrannidi errumpenti^z) sese opponere. Hoc civis Romanus in civitate si potuit, quid nobis ab Austriaco spectandum?

Maiores nostri in constituenda Polona Republica Romanam potissimum sequuti videntur, cum penes populum supremum imperium esse voluerint. Populum dico equestrem ordinem, qui potestatem Regi, Senatoribus Magistratibusque ita concedit, non ut ea penitus se exuat, sed ut Reipublicae administrandae curam in eos transferat. Caeterum ne imperio abuti aliquando et nimia licentia in Republica versari possint, legibus in posterum cavendum.

Civitates nostras incolunt, ut plurimum, exteri, quibus privilegia quae-dam et immunitates adhuc concessimus et concedamus oportet, si Reipublicae consultum volumus. Sic Romani orbem omnibus semper patere voluerunt. Sic Veneti, ut exteris sibi obstringerent utque eorum industria Rempublicam locupletarent, mancipes etiam esse quodammodo passi sunt et dignitatem in Republica non omnino expertes, ita tamen, quod et nobis cavendum, ne maiora illa atque imperium eius unquam populus communicaret.

Agricolae nostri rusticique, mancipiis ac servis Romanis similes, cum in iis non fortunae tantum, sed vitae necisque potestatem habeamus. Quam rem in Republica nostra et christianis moribus non satis congruentibus^z) et iuri divino et naturali contrariam, nescio an iure vituperent.

Democratiam hanc nostram nondum plane constitutam vocatis Romanis retinere non possumus, optimatum dominationum,^z) etiamsi velimus, non poterimus. Absit, quod reliquum est, ut in illam invisam nobis et a moribus nostris alienam monarchiam incidamus.

Quin operam potius quilibet nostrumⁱ) ad conservandam firmandamque, quam a maioribus accepimus, Rempublicam conferat, nisi ingratos et impios nos plane dici volumus.

Dissentionibus simulationibusque privatorum componendis primum incumbamus, exasperatos forte propter iniurias acceptas quorundam animos leniamus, simus tandem vel finitimorum exemplo Ungarorum prudentiores.

Potentissima illa Romana Respublica, totum orbem terrarum vel imperio^j) vel clientelis complexa, Marii primum Sulla que motibus convulta, mox Pompei ac Caesaris civilibus bellis prostrata^k) ita corruit, ut vel minus quam antiquae illius Reipublicae formam retineret. Habemus eiusmodi pestis principia quaedam inter nos, quae si incrementum acceperint, nunquam stabit Respublica, cum iam eos cives habeat, qui ut perturbationibus studiisque suis inserviant, vel dispendio patriae pronis animis tyrannidem videantur accepturi.

Quanquam in fato adhuc res erit, si quam debemus^l) diligentiam, fidem, potestatem Reipublicae^m) praestabimus. Leges prudenter constitutae, latae iam, si opus fuerit, corrigendae vel etiam abrogandae, ne,

quod fieri videmus, hactenus legibus ipsis specie libertatum multi ad tegenda sua sceleraⁿ⁾ abutantur. Quod fit, ut mercatoribus, moechanicis, agricolis, in quos servire cuique licet, adhuc indigeamus, quorum cum sine Germanorum opera legibus in melius mutatis^{o)} copiam mox habituri sumus.

Rempublicam nostram, nunquam Imperio Romano obnoxiam,^{p)} sibi iam submitti volet Imperator, neque hoc detractus videtur Austriacus, quisquis apud nos erit, ut firmata mutuis foederibus dominatione tutius iam regnare possit.

Moribus nostris extero ad munera, beneficia honorum locus non datur. At absit, ut quorundam studiis inserviamus. Ita socordes erimus, ita ut inconsiderati, ut Germanum nobis Principem accersamus. Nos, inquam, qui in hoc omnium populorum consensu de Germanorum tarditate, stupore, rudi arrogantia Germanici nominis hostes semper fuimus. Pessime Reipublicae consulit, quisquis ex Germani hominis principatu commoda quaerit privata.

Licet Venetorum, Gallorum, Anglorum exemplo moechanicis artibus excolandis collegia constituere, mercatoribus exteris immunitates concedere, civitates elegantius extruere, munitiones ac propugnacula in finibus Regni adversus Tartaros aliosque Reipublicae hostes excitare, agros excolare diligentius ac Germanorum, quibus imperare, non servire didicimus, invisos mores a Republica nostra repellere.

Omnino displicet extraneus Princeps, et fieri poterit, si concordiae locum inter nos dabimus, ut eo tandem carere possimus. Si malum hoc necessarium proferatur, Suecus ex Jagellonibus oriundus ac vel eo nomine candidatus omnibus anteponendus. Ab eo commoda illa omnia, quae ab Austriaco sperari possunt, si quae sunt, habebimus; pericula, quae legibus libertatibusque nostris impendent, vitabimus.

Senatorum prudentiumque consiliis ac monitionibus^{q)} audientem videbimus, atque in Republica libera natus, educatus quid^{r)} habebit a moribus nostris alienum? Hic dum pacato animo ad Rempublicam accedet, medium quodammodo inter utramque partem tenebit. Et privatorum damno Reipublicae natas dissensiones prudenter componet. Non Italos hic secum, non Hispanos, Machiafelli^{z)} discipulos duget, qui eam aliquando ad stabiliendam in Republica nostra tyrannidem scriptis suis imbuent.

Quod in Austriaca gente, cuius artes nostro seculo plus satis notae, ut metuendum nobis, ita quacunque ratione fugiendum.

- a) *in ms. insignos*
- b) *correctum ex: inferrent*
- c) *verbum: adest in ms. deest.*
- d) *in ms. expedenda*
- e) *in ms. Rempublicam*
- f) *in ms. sublimendae*
- g) *in ms. vindictione*
- h) *in ms. Moscos*
- i) *in ms. sequuntur expuncta verba: nondum plane*

- j) *in ms. imperium*
- k) *in ms. prostratum*
- l) *in ms. debentur*
- m) *in ms. Rempublicam*
- n) *in ms. sclera*
- o) *in ms. mutatur*
- p) *in ms. obnoxia*
- q) *in ms. munitionibus*
- r) *in ms. vel*
- z) *sic in ms.*

*Fautor principis Sueciae
ignoto*

"utilitates ex principe Suetiae, si in regem Poloniae eligatur, promanantes".

(Memoriale)

A.M.F. F. 4293, f. 239.

Utilitates ex Principe Suetiae, si in Regem Poloniae eligatur, promanantes.

1. Est ex sanguine Polonorum et Lithuanorum Jagellonio progenitus, proles Jagellonis ex radice vera absque omni dubio.
2. Fidem Romanae Ecclesiae retinet. Cum autem non sit in papistica tirannide enutritus, abstinere poterit a religionis crudelitate, quod aliis educatio non permetteret.
3. Turca ipsius electione non offendetur, nec peccabimus ingratitudine.
4. Linguae Polonae gnarus, modum iudiciorum facile cognoscere iusque sine interprete dicere poterit.
5. Aetatis iuvenilis convenientis tamen est, videlicet viginti trium annorum. Quae aetas iudicium habet et habere potest. Unde sapientum^{z)} consiliis se regi permittet, prudentia autem in iuventute acquisita senectuti utilis est.
6. Apparatum belli maritimum magnum habet, in quo etiam nos successu temporis exerceri eoque uti poterimus.
7. Hispani, Galli a dominio maris, quod occupare cupiunt, cohabantur.
8. Dos, quae illi iure debebit, nobiscum erit.
9. Debitum a Republica nostra contractum illi restituere non erit necesse.
10. Monilia aurea aliaque lapidum pretiosorum ornamenta, post Infantem Ungariae ad nos devoluta, in thesauro nostro manebunt.
11. Arces multae in Livonia Regno nostro accident, quae nunc a Rege Suetiae possidentur, veluti Revallia, Biallo^{z)} Kamien, Narva etc.
12. Provincia Livonia cum pace possidebitur multaque commoda adferet.
13. Dominium maris cum maxima utilitate nostra obtinebimus.
14. Gedanenses, Regiomontani, Rigenses in officio et obedientia tanquam frenis retinebuntur.
15. Mercium tractandarum opportuna occasio nostri^{z)} sese offerret.^{a)}
16. Cum Moscovitis pacis ratio facilior.
17. Cum eisdem, si necessitas postulaverit, validius bellum. Cum utrisque enim id agere grave esset.
18. Si aliquando contra Turcam bellum esset suscipiendum, inde quoque magna auxilia contrahi debent.
19. Regni Suetiae cum nostro perpetua unio fieret.
20. Maiores nostri illud semper providebant,^{b)} ne homines ex regionibus illis, quae ingenia acriora producunt, eos regerent. Suetiae

autem Regnum cum animos nostris mitiores habeat, preterea nobilitatem exiguum, nos illis potius quam nobis illi preesse possemus.

21. Consanguinitas cum Imperatoris familia commoda, sorore ipsius in uxorem ipsius accepta.

22. Thesaurum post Serenissimae Reginae mortem retinebimus.

23. Ex Hispaniis proventus cuiuslibet anni integros habebimus.

24. Amore gentem nostram multis de causis prosequetur. Est enim ex sanguine nostro et a matre sua ita semper educatus fuit. Deinde ex barbara gente ad policiorem transferetur. Ad extremum accepti beneficij gratius erit.

25. Nullam nationem neque Principem ea res nobis offensum reddet, cum sit ex progenie nostra. Preterea Germanus adeoque Germanis gratus.

26. Parvo sumptu ad nos adduci et a nobis excipi poterit, quae non minor est commoditas.

27. Ex Suetia paccatis^{z)} rebus magna pecunia ad nos deferri posset.

28. Non sine causa Deus Prepotens ex stirpe Jagellonia^{c)} hunc unum adhuc superesse voluit; forte pro consolatione nostra.

29. Serenissima Regina multum solatii ex hac re capiet, cum nepos ipsius a nobis in Regem eligetur.

— 30. Bransvicensis summa aliquot centena millia conservabitur.

31. Moscovitas nullus alias in mari impedire poterit preter Suedum.

Quis igitur est, qui utilitates tantas secum trahat?

a) sequuntur expuncta verba: cum Moscovitis

b) in ms. providebunt

c) sequitur expunctum verbum: hoc

z) sic in ms.

N. 84.

Constantinopoli, 30.I. [1587].

*Imperator Turcarum [Murad III]
ordinibus Regni Poloniae
de decessu regis Stephani; de candidatis ex eius cognatione.*

(*Exempl. Adest aliud exempl., f. 252 *).*)

A.M.F. F. 4293, f. 240.

Literae Imperatoris Turcarum ad ordines Regni Poloniae.

Splendore gloriaque Fulgentissimi et Reverendissimi Archiepiscopi Haeroesque et Senatores omnes et Nobiles, magnanimorum Iesum comitantium moderatores, negotiorum et rerum omnium plebis et familiae Nazarenorum, nubes gratissimae pluviarum, fontes splendoris et honestatis dulcissimi, Domini et haeredes perpetui beatitudinis et gloriae incliti Regni Poloniae, ad quos omnes confluunt supplices, incrementum omnium actionum vestrarum beatissimum exitusque foelicissimos optantes, mutua et perpetua familiaritate nostra sanctissimoque foedere digna vota laudesque sempiternas offerente.

His saepe dicta et postposita summo cum decore absolventes et salutem plurimam dicentes, significamus amicissime, quod his praesentibus diebus ad splendidissimam et Excelsissimam Portam (quae est refugium multorum potentissimi invictissimique Caesaris) ex partibus illis quidam homines venientes famam attulere, quod ex mandato Creatoris coeli et terrae, maris et fontium aquarum Serenissimus Rex Stephanus Bathori, vicinus et amicus noster charissimus, mortuus eset. Potentissimi et invictissimi Caesaris summa benevolentia, nutus placidus et auxilium potens erga partes Polonicas semper benivole^{z)} amicissimeque est declarata, et his similia.

Serenissimus Rex memoratus quoque ex vestra libera electione excelsissimo assensu potentissimi et invictissimi Caesaris in regiam dignitatem evectus erat. Magnanimi Haeroes enim omnesque Nobiles et Reverendissimi Episcopi, Archiepiscopi omnesque ordines ad vos pertinentes totius Regni Poloniae ab antiquo tempore, ex singulari benevolentia et vicinitate amicitiaque pernecessaria, Portam erga Excelsissimam benevolentibus et libere obedientes fuere, et quod sive in libera electione Sacrae Maiestatis Regiae aliqua, sive arduis et in necessariis rebus aliis, consilium, veniam, consensumque potentissimi et invictissimi Caesaris semper habuerunt. Potentissimus invictissimus quoque Caesar summam benevolentiam suam, auxilium potens amoremque singularem erga partes illas declarare minime cessat et minime deest. Tempore quoque in praesenti, quo Serenissimus Rex mortuus est, ad gubernandam Rempublicam inclito Regno Poloniae unus quidem ad Sacrae Maiestatis Regiae dignitatem evehatur oportet et summo necessarium est.

Cum haec sic se habeant, omni consilio, omni sapientia, omni denique diligentia praeditus aliquis, Regnum omnimodo defendere potens ac inimicorum damnum et impetum, dignitate Sacrae Regiae Maiestatis dignissimus et ex benivolis potentissimi invictissimique Caesaris eligatur opere pretium est. Sive ex filiis fratris Serenissimi Regis mortui apud vos existentibus unus, sive alterius fratris eiusdem filius, Waywoda Transylvaniae, sive vero alias aliquis, secundum liberam electionem et voluntatem cogitationemque vestram, dignus idoneusque quicunque vobis videatur, diligenter perpendendum cogitandumque est. Et quisnam qualique modo erit, ad Portam Excelsissimam ex Czausii Portae Excelsissimae, Czausium per Mustaphum et vestros homines fideles, sine mora quam citissime significatote. Quod rebus his visis, sive ex parte Serenissimi Principis Tartarorum, sive vero ex parte nostra existentibus exercitus opus et necesse foret, ad opem auxiliumque ferendum inclito Regno Poloniae omnem operam, omne studium, omnem laborem, omne denique consilium experiamur et videamus, secundum vestram antiquam amicitiam et consuetudinem coniunctionemque singularem erga Portam Excelsissimam, ad hoc praesens usque tempus familiaritate observatam. Omnia negotia vestra significantes, amicitiam coniunctionemque vestram antiquam omnimodo servandam custodiendamque summe necessarium esse scitote. Excelsissima vero et splendidissima Porta omnibus bene ventibus semper est aperta, libere venire et redire licet omnibus et nemo prohibetur, praesertim qui amicissimi et libere obedientes veniunt. Illis omnibus potentissimi et invictissimi Caesaris auxilium potens singula risque benevolentia non deest.

Vos quoque omnes in negotiis amicitiae et antiquae coniunctionis firmissime statutos,^{z)} negotia omnia electionis Sacrae Maiestatis Regiae, quisnam et quali modo erit Rex, et alia omnia vestra negotia nobis scri-

bentes significatote, quod in pace et foedere inter potentissimum invictissimumque Caesarem et vos vestramque Rempublicam antiquissimo pacto manere possitis. Nostra amicitia singularisque coniunctio et vincula co-natusque eorum firmissima sunt.

Cum haec itaque sic se habeant, significandum vobis ist duximus, ut nos et amicitia singulare et pace foedereque sanctissimo semper sciente esse amicis vestris sinceros amicos, inimicis vero vestris acerrimos semper hostes nos scitote et servate. Haec cum ita se habeant, omnia negotia vestra scribentes significatote nobis, quae honesta vicinitate amicitiae dignissima videntur, illa praeparentur et ex hac Porta nostra agantur.

Et cum praefatus Mustapha unus ex Czausis splendidissimae et Excel-sissimae Portae sit (cuius gradus et Deus augeat), quaecunque ex parte nostra vobis dixerit, illiusque verbis fidem adhibitote. Vos omnes quam foelicissime valere exoptamus. Datae Constantinopole^{z)} ultima Ianuarii, anno autem Prophetae nostri sanctissimi Machometis 997.^{a)}

a) *probabiliter error amanuensis.*

z) *sic in ms.*

*) *Hoc aliud exemplar concluditur proposi-*

tione Polonica: Then list byl obszyty w atlas y zapiecentowany zupełną pieczencią. Arabskie pismo sam then czauss na pismo laczinskie przełożyl.

N. 85.

[*Varsaviae, 1587.*]

Ignotus

Marco Argimoni

orationem Mustaphi czaussii, Turcarum legati ad status Poloniae, transcribit.

(*Exempl. Adest aliud exempl., f. 253)*

A.M.F. F. 4293, f. 241-242.

Oratio Mustaphi Czausii, Turcarum legati ad ordines Regni Poloniae. Illustrissimi et Reverendissimi Magnanimique Archiepiscopi et alii Haeroes omnesque Nobiles totius incliti Regni Poloniae.

Quemadmodum ex omnibus fere partibus totius mundi rumores, fama et negotia alia omnia ad splendidissimam Excellentissimamque Portam invictissimi et potentissimi Caesaris Musulmanorum Zultamurath referuntur, hanc attulere ex his vestris quoque partibus, quod Serenissimus et semper bonae memoriae Rex Stephanus Bathori vitam cum morte commutasset, praeteritis diebus significatum est. Quo auditio potentissimus invictissimusque Caesar et tota Porta Excelsissima, sicut mortem boni amici vicinique charissimi, vobiscum una condoluerunt. Sed praedestinationi et mandato Creatoris coeli et terrae, maris et fontium aquarum, ex quo procul dubio factum est, nemo unquam resistere potest, sed uno consensu: fiat voluntas eius, dicendum est. Consuluerunt et potentissimus invictissimusque Caesar Summoque et Primario Wezerio, Illu-

strissimo Principe Czauz, prosequi omnia illa, quae habet Caesar potentissimus, secundum voluntatem potentissimi Caesaris et suam gubernans, per literas suas credentiales mihi traditas haec, quae scribuntur et dicuntur vobiscum, tanquam bonis vicinis et veteribus amicis tractarentur, firmissime mandavit. Quod potentissimi invictissimique Caesaris bona mens summaque benevolentia, nutus placidissimus^{a)} et auxilium potens erga Polonicas semper partes benivole^{b)} amicissimeque declarata sunt.

Secundum haec et similia Serenissimus Rex memoratus quoque et vestra libera electione et consensu excelsissimi, potentissimi invictissimique Caesaris in Sacrae Maiestatis Regiae dignitatem eiectus erat. Nam antiqua consuetudo et mos in electione Sacrae Maiestatis Regiae Poloniae talis invenitur, quod Illustrissimi Principes et Domini incliti^{b)} Regni Poloniae, tanquam boni vicini et amici charissimi, ex sua libera electione sine consensu potentissimi invictissimique Monarchae vicini eorum Regem aliquem in Regno Poloniae non fecerunt, quod bona amicitia, foedus paxque sanctissima antiquissima non aliquomodo turbaretur.

Illustrissimi enim et Reverendissimi Magnanimique Archiepiscopi et alii Haeroes omnesque Nobiles totius incliti Regni Poloniae ab antiquissimo tempore, ex sua singulari benevolentia et vicinitate amicitiaque necessaria, Portam erga Excellentissimam benevolentibus et ex libera voluntate honorifice obedientes fuere. Hinc factum est, quod sive in libera electione Sacrae Maiestatis Regiae aliqua, sive aliis arduis et necessariis rebus, consilium, veniam consensumque potentissimi et invictissimi Caesaris minime posthabuere, immo usi sunt. Illis potentissimus invictissimusque Caesar suam summam benevolentiam auxiliumque potens et amorem singularem erga partes has declarare minime cessat et minime deest.

Tempore quoque in praesenti, cum audita esset mors Serenissimi Regis, statim Czausium unum ad Illustrissimum Principem Tartarorum Albertum, ad Budensem^{c)} Bassam, alterum in Transylvaniam Porta Excellentissima splendidissimaque misit, ut essent in pace et in suis finibus manerent suosque exercitus cohiberent et nullo unquam facto damnum aliquod in Regno Poloniae inferre auderent. Quia Serenissimus Rex mortuus esset et ad gubernandam Rempublicam incliti Regni Poloniae unus quidam ad Sacrae Maiestatis Regiae dignitatem eveheretur, opus esset et summe necessarium.

Cum haec itaque sic se habeant, omni consilio, omni sapientia, omni denique diligenter praeditus aliquis et ab inimicorum damno impetuque Regnum defendere potens, dignitate Sacrae Maiestatis Regiae dignus eligatur, opere pretium est et dignissimum. Secundum igitur liberam electionem, voluntatem cogitationemque vestram, dignus et idoneus quicunque vobis videtur, diligenter tentandum est et cogitandum, ut ex benivolis amicisque Excelssimae splendidissimaeque Portae, eiusdem consensum secundum, unus aliquis ad Sacrae Maiestatis Regiae dignitatem eligatur. Diligentissime enim opera danda est, ut pax et foedus sanctissimum electione Regis non aliquo modo impediatur. Nam potest aliquis esse Rex, qui aut mutare aut impedire vellet illa eorumque articulos, et sic facillime omnia citissimeque praecipua perturbarentur? Si aliquis hostis esset Caesaris potentissimi, pacis foederisque antiquissimi eorumque articulorum inscius aut alienus esset? Si autem potentissimi invictissimique Monarchae voluntas et consensus non posthabebitur, sed secundum voluntatem et consensum eius erit electio Regis, pax antiqua foedusque sanctissimum eorumque articuli semper observabuntur.

Breviter ut sit dicendum, quali modo quibusque apparatibus et quisnam erit ille, qui ad Sacrae Maiestatis Regiae dignitatem evehatur, ad splendidissimam et Excellentissimam Portam per se et per homines vestros fideles, secundum antiquam consuetudinem et benevolentiam vestram erga Portam Excelssissimam, ad hoc usque tempus declaratam, sine aliqua mora significatote. Quod rebus his visis, sive ex parte Serenissimi Principis Tartarorum necesse esset, sive vero ex parte Excellentissimae splendidissimaeque Portae existentibus exercitibus opus et necesse esset, ad opus auxiliumque ferendum inclito Regno Poloniae omnem operam, omne studium, omnem laborem, omne denique consilium Porta Excellentissima experiatur et videat.

Vos quoque, secundum vestram amicitiam coniunctionemque singularrem erga Portam Excellentissimam, et consuetudinem antiquam familiariter observantes, deinceps omnia quoque negotia vestra significantes, amicitiam et coniunctionem vestram antiquam omni modo servandam custodiendamque summo necessarium esse scitote, et Excelssissima splendidissimaque Porta omnibus bene venientibus semper est aperta, libere venire et redire licet omnibus et nemo prohibetur, praesertim qui amicet et obedientes veniunt. Illis omnibus potentissimi invictissimique Caesaris auxilium potens, singularis quoque benevolentia non deest. Vos quoque omnes, in negotiis amicitiae et antiquae coniunctionis firmissime stantes, negotia electionis Sacrae Maiestatis Regiae, quisnam et quali modo erit Rex, et alia omnia negotia vestra Excelssissimae splendidissimaeque Portae sribentes significatote, quod in pace foedereque inter potentissimum et invictissimum Caesarem et vos vestramque Rempublicam antiquissimo pacto manere possitis. Amicitia enim singularisque coniunctio splendidissimae et Excellentissimae Portae et vincula conatusque eorum firmissima sunt.

Cum haec itaque sic se habeant, duxit,^{d)} ut ea in amicitia singulari, pace foedereque sanctissimo firmissima esse scitote et amicis vestris potentissimum invictissimumque Caesarem eiusque Summum et Primarium Wezerium, Illustrissimum Principem Czauz Bassam, scitote amicos, inimicis vero vestris acerrimos semper hostes esse scitote et servate. Haec cum sic se habeant, omnia vestra negotia sribentes significatote splendidissimae et Excelssissimae Portae, ut quae honesta dignaque vicinitate amicitiaque idonea videntur, illa omnia in tempore praeparentur et ex parte splendidissimae Excellentissimaeque Portae agantur.

Haec sunt negotia et verba splendidissimae Excellentissimaeque Portae, cum literis credentialibus Illustrissimi Principis Summi et Primarii Wezerii mihi commissa, quae Illustrissimis et Reverendissimis Dominis semper clementissimis apparuerunt. Dixi.

Potentissimi et Invictissimi Caesaris
Czausius et interpres Mustapha.

In dorso: Al Magnifico Messer Marco Argimoni, Monsignor mio osservandissimo in Firenze. In absentia a Messer Nicolo Cecchi.

a) in ms. *vitas placidissimas, error amanuensis*, cfr. Nr. *praeced.*

b) *verbum: incliti supra lineam scriptum est.*

c) in ms. *Budensiam*

d) *hic probabiliter ab amanuense omissa sunt verba: vobis ista significanda (cfr. Nr. praecedentem).*

z) *sic in ms.*

Cracoviae, 14.IV.1587.

Ioannes Baptista Cecchi

Marco [Argimoni]

de rebus interregni; de Moscobia; de Turcis, quorum czaussii orationem latine scriptam mittit.

(*Orig.*)

A.M.F. F. 4293, f. 244.

Addi 14 d'Aprile 1587.

Molto Magnifico Signor Marco Osservandissimo.

Alli 4 stante vi scrissi mia ultima, et sempre sono senza vostra. Quanto alle cose di questo interregno, vi confermo il caldo animo nato nel petto di queste nationi verso il Moscovito, competente inaspettato. Con tanta offerta fa di congiungnere et unire tutti li suoi stati a questa Corona, con molta loro pace et tranquillità dell'universale. A che si aggiugne, oltre al volere di quel Signore, il volere anco et desiderio che ciò segua, di tutti i principali Signori di Moscobia, quali, appresso alle lettere del lor Signore et ambasciata, anco loro hanno scritto alli Senatori del Regno et commesso ambasciata alli detti Ambasciatori, venuti del lor Signore, che sì come scrivono a detti Senatori et nobiltà del Regno persuadendoli a questo magnanimo atto, così anco loro a bocca, da lor parte, gli devino persuadere, poiché da ciò ne resulterà commodo et utile non solo a loro, confraternandosi insieme, ma anco (come dicono) a tutta la Cristianità, mettendo in pace perpetua, per le gran forze che si unirebbono, tutti li stati^{a)} d'ambi^{b)} le parti. Et perciò non è dubbio alcuno che se verranno Ambasciatori al'eletione con amplia autorità in questo proposito, questo competente harà il primo luogo, a giudicio universale, tutta volta, perché sono assai che seguendo l'animo del Serenissimo Stefano mostrano che, havendo un Re grande, in breve tempo, si come sperava Stefano, si soggiogheret bono quelli paesi, sendo li Moscoviti gente, come è veramente in campagna di poco valore et massime inesperti, così come con la loro rozza disciplina militare sono. Et però questi tali concludono, a più che a altro, si habbi la mira al'eletione di Re possente, ché con le^{b)} forze della Corona poi si potria pensare a questa et maggiore impresa.

Il Causz^{c)} del Turco fu poi di Leopoli (dove vi scrissi era arrivato) condotto con li ordini soliti, senza lasciarlo parlare a nessuno, neanco li suoi, eccetto che alla guardia et guida datoli^{c)} per sua sicurezza, a Varsavia dalla Serenissima Regina. Dove si condolse della morte del Serenissimo Stefano. In una congregazione, congregatasi^{c)} per l'Arcivescovo di Gnesna, Primate del Regno et capo, in interregno, della Republica,^{d)} per ascoltarlo, poiché non era stato a tempo della convocatione passata.

Et acciò che vegghiate la sua espositione, vi mando copia del'oratione fatta in lingua Latina, et così anco copia della lettera del Gran Signore, consegnata per il Senato.

Che tutto fa quel Signore per tema che Casa d'Austria non succeda a questa Corona, come più largamente alla eletione per Ambasciatori grandi si opporrà. Alla qual cosa questi popoli haranno molt'avvertenza,

per non s'innimicare un nemico così grande. Ma quanto al consenso della Porta, questa è una sua appropriatione^{e)} di quel Signore, sendo l'eletione liberissima.

Di Svetia non s'intende cosa alcuna. Nè manco da nessuna banda si sente ambascierie di Principi, benché la eletione è stata messa tanto lontano, che ci è tempo ancora assai. Solo pare che in Lituania sieno alcuni privati della Maestà del'Imperatore et Principi d'Austria a far trattati per quella Casa. Et un mandato dell'Arciduca Ferdinando è stato alli confini della Slesia da un Signore de principali de^{z)} Regno, Senatore, a preparare per il suo voto, et forse allargarsi in pratiche più oltre. Altro per hora non ci è da conto. Resto alli piaceri vostri. Et mi vi raccomando servo vostro.

Di Vostra Signoria affetionato per servirla sempre
Giovanni Battista Cecchi da Cracovia.

In margine superiore: Avvisi

a) sequitur verbum: loro expunctum.

c)-d) in margine additum.

b) verba: ché con le suprascripta sunt pro
expunctis: oltre alle

e) in ms. appropiatione

z) sic in ms.

N. 87.

Cracoviae, 4.V.1587.

Ioannes Baptista Cecchi

Marco Argimonii

*de rebus interregni, de successoribus: rege Sueciae vel Moscovita; de
confoederatione cum Moscovia; de czaussio [Murati III]; de candi-
dato e domo Austriaca.*

(Orig.)

A.M.F. F. 4293, f. 245.

Addi 4 di Maggio 1587 da Cracovia.

Magnifico Signor Marco mio Osservandissimo.

Alli 14 del passato vi ho scritto mia ultima. Di poi ho ricevuto la vostra de 21 di Marzo, et in questo intervallo di tempo per falta delle rare occasioni d'occorrenti non vi ho possuto scrivere, benché anco non ci è per le cose di questo interregno molto che innovare al dettovi prima. Attende ognuno a mettersi a ordine per questa mostra generale, che si farà alli 8 presente venere prossimo, secondo la constituzione^{z)} della convocatione di Varsavia passata. Et poi s'attenderà a mettersi a ordine per andare alla Dieta del'eletione per alli 30 di Giugnio prossimo stabilita, come prima vi ho scritto. Del'oppinione del successore a questa corona non ho da innovarvi allo scritto primo altro che pare ci sia per publica fama, che il Re di Svetia non vogli, insieme con li Signori del paese, lasciare uscire il Principe del Regno, quando fussi eletto.

Et il Moscovito si contenta che se questi Signori non lo vogliono eleggere, stante le dificultà o di religione o d'altro che ^{a)} occorrere posso-no, almeno si termini, infra li stati di questa corona, ex sua pace et con-federatione perpetua con transito libero dellii sudditi del'uno et altro, così con commertio et tratta di mercantie, a beneplacito d'ognuno, come sud-di di Principi circonvicini et buon'amici, spacificando ^{b)} appresso che li Polacchi possino non solo andare in Moscova per transito, ma che pos-sino fermarvisi, accasarvisi, con intrattenimento di mercantia, in corte di quel Signore, o di qualsivogli ^{b)} altra persona. Et il simile possino fare li Moscoviti in Pollonia; pregando quel Signore che se non eleggeranno lui con l'unione dellii suoi stati a questa Corona già scritta, si mettino le capitolatione ^{c)} di questa confederatione in scritto et insieme con li altri articoli ^{c)} soliti giurare li Re di Polonia avanti l'incoronatione. ^{d)} Si faccia giurare al ^{c)} quel Re eleggeranno la conservatione d'essa, che lui poi alla presentia dellii Ambasciatori di questa Corona farà il simile, con osservare poi involatamente ^{c)} tutto con molto utile della Cristianità.

Il Ciaus del Turco ancora è dal'Arcivescovo di Ghinesna, Primate del Regno, né si gli darà alcuna sorte di speditione sino alla Dieta del'eletio-ne. Eletto che sarà il Re (dove doverranno comparire altri Ambasciatori di quel Signore), sendo poco grato ^{c)} la lettera et abasciata ^{c)} sua, per detto Ciaus data et espota, stante l'appropiarsi ^{c)} il consenso del'eletione, sendo liberissima, et altre circonstantie prementi che sicuro haret compreso per le copie mandatovene ^{c)} ultimamente, benché si sappia che tutto si fa per ovviare che di Casa d'Austria non riesca il successore.

Dissivi che in Lituania per questa Serenissima Casa d'Austria erono negoziatori Alamanni, per acquistarsi il più fosse possibile gli animi di quei popoli. Il simile vi confermo hora, et di più che di questi contorni et Maggiore Polonia sono andati alcuni Signori a Praga alle settimane passate. Et di Vienna s'intende che 'l Serenissimo Arnesto ^{c)} per le poste era partito per detta città di Praga, tutto per negotii del'eletione prossima. Et più che Sua Maestà Cesarea fa star gente di buon numero pronta a ogni avviso d'essere a cavallo ^{c)} per li suoi stati, accioché se o Sua Maestà, o qualcuno dellii Serenissimi fratelli, sarà nominato Re et ci fussi parte contraria a detta nominatione, possa venire senz'altro indugio a cercar d'ottenere la corona, havendo l'esempio avanti del'Invittissimo padre Massimiliano in l'eletione passata, quanto la prolongatione a muoversi fu nociva.

Quello che tutte queste degne pratiche sieno per risolvere, difficile è giudicarlo, sentendo acciò tanta contrarietà d'altre bande, oltre alla temenza del dovere di subito prendere l'arme contro al Turco. Desiderando ognuno Principe che porti pace et tranquillità, Dio nostro Signore lasci sortire il meglio. Et se è la sua volontà, ci consoli di questa Casa d'Austria, che pur faria relucere questi paesi, poiché di Principi Italiani per ancora non si sente innovare cosa alcuna. Baciovi le mani et

affectionatissimo di Vostra Signoria sempre
Giovanni Battista Cecchi.

a) sequitur verbum expunctum: almeno

c)-d) in margine additum.

b) correctum ex: qualche si vogli

z) sic in ms.

s.l. [post 14.VI.1587].

*Ignotus**ignoto*

transcribit res, de quibus sibi Cracovia scriptum est: de cladibus a Cosacis Turcis illatis, de duce Moscoviae ad coronam Poloniae aspirante.

(”Avviso”)

A.M.F. F. 4293, f. 246.

Ex litteris Cracoviae 14 die mensis Iunii 87.

Novi hoc tempore nihil hic habemus, nisi quod Podolienses Cosaci magnum ditioni Turchiae damnum intullerunt,^{z)} eversis aliquot^{a)} oppidis et praeda^{b)} non vulgari abducta. Fert fama communis esse in Valchia^{z)} Turcinum^{z)} exercitum, verenturque nostri, ne si Regem sibi Turcae non adeo gratum elegerint, belli aleam cum ipsis in intimis suis^{c)} provinciae^{d)} visceribus subire cogantur.

Austiarii^{z)} non^{z)} Regnum omni conatu aspirant, sed et Suetus quoque, qui hactenus parvam vel nullam adipiscendi istius dominii rationem habuit, nunc vice inversa nullas non conditiones acceptaturum se promittit, modo natus eius valeat hoc Regno potiri. Moscus, si in Regem Poloniae eligetur, Ducatum Moscoviae coministurum^{e)} se huic Regno scribit^{f)} atque per annos viginti contra quosvis hostes suis bellaturum expensis. Sunt autem permulti, praesertim vero in hoc Cracoviensi districtu, qui Piastum, ut vocant, unum ex Polonis huic Regno praeferre^{g)} vellint.^{z)} In hac tanta voluntatum atque studiorum varietate quid futurum sit, nescitur.

a) in ms. aliquod

e) forsitan: coniuncturum

b) in ms. praedia

f) in ms. scubit

c) sic in ms., forsitan in: suae corrigendum.

g) in ms. praeferre

d) correctum ex: provinciis

z) sic in ms.

s.l. [ante 1587].

*Moscoviae orator**ad status Poloniae*

conditiones, quibus tsar Moscoviae [Theodorus Ioannides - Fedor Ivano-vič] coronam Poloniae accipere possit, confoederationemque Poloniae et Lithuaniae cum Moscovia proponit.

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 247-248.

Conditiones Moscoviticae.

Nobilitatem et omnes incolas Moscoviae exposcere et expetere et Deo supplicare, ut haec bina dominia in unum redigantur et in amore fraternaque concordia uni Domino Moscoviae pareant et sint unum con-

tra Turcas et Tartaros. Et si qua accessio hinc fieret, his dominiis accederet.

Hoc etiam narrarunt: quosdam hinc ex Polonia profectos hoc expo-
suisse quosdam Dominos propter munera a Regina accepta Principem
Sueciae sibi velle creare, valde fructuosum sibi hoc persuadentes futurum.
Ad hoc respondetur a Moschis, quod quicunque Sueciae Principem cupiat
Regem, is neque sibi neque Regno incrementum, sed detrimentum exoptat.
Quod si Princeps Sueciae eligitur Rex, tum vero non aliqua pax, sed plane
effusio sanguinis christiani in hisce dominiis existet, cuiusmodi extitit
Rege Stephano mortuo.

Commandant bonitatem Magni Ducis Moscoviae, Domini sui, ostendentes ex Principe Sueciae non posse existere eiusmodi emolumenta, et
hoc vituperant, quia Regnum Poloniae et Magnus Ducatus Lithuaniae ab
externis nationibus petunt sibi Regem conditione ipsimet parem, quae
neque Regni conscientiae suae rationem habent. Addunt: licet, inquiunt,
non exigua facta sit sanguinis christiani effusio a Stephano Rege, tamen
Magnus Dux pro tribunali suo vinctos suos redemit, vestros Polonos
vinctos gratis dimisit, bonitatem eius laudibus extollentes. Quemadmodum
etiam post mortem Stephani Regis misit legatos suos gratiam suam de-
nunciantes et proponentes, ut christiana pacis causa eum sibi Regem
eligerent, quandoquidem non propter thesauros aut propter aliquam glo-
riam hoc appetat dominium, sed ut dominium suum cum vestro ad uni-
tatem concordiamque adducat. Quod quando divina gratia concordia
electionis universorum statuum continget, vult proprio sumptu in flumi-
nibus Duna, Donzo, Dinepza²⁾ copias habere bene instructas, arces extru-
re, a Turca et Tartaris defendere Regnum et contra Caesarem Tumiscen-
sem suo aerario bellum movere, ne unquam in Voliniam, Podoliam, Li-
tuaniam et in Regnum ipse barbarus invadat, et iam contractum fecit
cum Caesaribus Tumisciis et cum universis ordis Zavolschiniis, ut sint
parati et contra unumquenque hostem Regni et Magni Ducatus Lithuaniae,
sumptu Magni Ducis Moscoviae.

Omnis generis proventus Regni et Magni Ducatus Lithuaniae relinquunt
Senatoribus et equestri ordini, habens in animo ex suo thesauro etiam
addere, liberas possessiones utriusque nationis hominibus, Polonis et Li-
tuaniis, relinquendo et donando. Hoc etiam ostendunt, quod unione isto-
rum dominiorum facile accederent ad Regnum et Ducatum Lithuaniae
provinciae: Valachia, Moldavia, Scithia, Carvatia, Regnum Ungariae. Quam
ad rem copias suas et aerarium defert.

Ex quo etiam auxilio Regni et Magni Ducatus Lithuaniae possent re-
stitui ordae Tumiscianae Magno Duci et iam aliquot ordae, quas nomi-
natim describit, officia sua obtulerunt et tributum cum subiectione, ex
quo iam coepit Magnus Dux regnare, solvere receperunt.

Dux Kossubalski statim esset socius concors Magno Duci contra
Turcam. Eodem pacto Caesar christianus et Rex Hispaniae esset amicus,
ex qua²⁾ sequeretur Christianitati pax, concordia, foelicitas summa, corda
vero paganis conciderent.

Ad haec describit utilitates Principis Sueciae, perinde ac intellexit,
eas proponit:

1. Turcarum Caesari satisfiet.
2. Dos materna penes Regnum et Lithuania erit.
3. Aes alienum Sueco Regi non dissolvetur.
4. Clenodia ex Ungaria adducta penes Regnum erunt.

5. In Livonia multa accederent.
6. In expeditionibus sumptus suppetet.
7. Mercimonia multa ex Suecia comparari possunt.

Contra hoc scribit:

Quae potest esse utilitas Christianitati, ut Turcae satisfiat, quin hoc unum incumbit, ut christiani sanguinis effusionem videat? Verum cum erit electus Rex Poloniae et Lituaniae Dux Moscoviae, propter bonum Christianitatis nullam rationem neque aerarii neque personae suae ducet.

Iura et libertates omnes integre vult servare.

Thesauros omnes priorum Regum et qui ex Ungaria sunt advecti, vult missos facere Dominis Senatoribus.

Suo proprio sumptu vult in Poloniā venire, si fuerit cum consensu omnium Rex electus.

Mercatores poterunt quaestuosiores esse quam ex Suecia, nam Volga flumine poterunt navigare ad Astartanos, Casanos, et ultra mare ad Cosultas, ad Bulgaros, Iorgienos, Chiunischos, Arusvichos; ex altera parte in Siebier et Obucielsam et ad novam terram, regiones, ubi est aurum, margaritae, lapides praeciosi. Relinquunt hoc iudicio uniuscuiusque, si omnes conditiones Suecianae tanti sunt, quanti una ab illis proposita, et rogarunt, ut haec significant Senatoribus et equestri ordini Regni. Id quod facere polliciti sunt Domini nuntii Zernicovscki et Dux Ogniscki.

z) sic in ms.

N. 90.

s.l. [1587?].

*Fautor principis Sueciae
universis
de commoditatibus, quae ex electione principis Suetiae Sigismundi se-
quuntur.*

(Memoriale)

A.M.F. F. 4293, f. 249-250.

Commoditates, quae electionem Principis Sigismundi sequuntur.

Princeps est catholicus et pius, abhorrens tamen a rigore persecutio-
nis erga subditos diversae religionis.

Optime educatus, linguae non solum Polonicae exactam scientiam
habens, sed et Germanicae, Latinae, Italicae et Sueticae, ita ut sine inter-
prete tum subditi, tum etiam quisque dictarum gentium cum ipsius Se-
renitate agere et tractare possint.

Ab ineunte aetate statuta Regni diligenter legit et iura eiusdem
optime intelligit.

Humanus, misericors, iustitiae et aequitatis studiosissimus est.

Aetatem habet florentem ad omnia idoneam, XXIII annum ingrediens.

Inter gentem Polonicam educatus est eamque mirum in modum amat
et ad mores eorum sese conformat.

Ex sanguine Regum Poloniae, de Republica et cuiusque familia pri-
vata bene meritorum, quorum vestigiis insistat, ortus est et sic vere in-
digena Regni.

Coniunctio armorum et confoederatio Regni Suetiae, contigui huic Regno Poloniae, adversus Moschum et alios quoscumque hostes, ex qua duorum potentissimorum Regnorum confoederatione, si non totius Moschoviae subiectionem, ad minus tamen recuperationem Pleschoviae et Smolenchiae²⁾ spondet Sua Serenitas.

Classem navalem, tormentis bellicis et omnibus rebus necessariis instructam, in usum Regni Poloniae propriis sumptibus se advecturum ac semper conservaturum promittit. Quam omnino necessariam esse ad dominium maris conservandum et liberam regnicolarum navigationem, nec nisi immensis sumptibus parari nemo non, nisi rei maritimaे ignarus, intelligit et proxima tempora satis testantur.

Pecuniam anno 61 divo Sigismundo Regi et Regno mutuo datam, nempe centum et viginti milia talerorum, cum interesse ab annis 26.^{a)}

Dotem 30 million ducatorum aureorum cum interesse^{b)} 25 annorum; legatum 50 million ducatorum aureorum, a Serenissima Regina Bona cuilibet filiarum relictum, quod secundum eius voluntatem statim post nuptias Regis Suetiae exolvi debebat.

Summas pecuniarum maximas, in bonis nonnullis huius Regni Serenissimae quondam Reginae Bonae, aviae desideratissimae, inscriptas et ex dispositione statutorum ad Serenissimam quondam matrem, post eius vero mortem ad sese devolutas.

Summae amplissimae et 30 millia ducatorum aureorum ex Ducatibus Barri et Rosano a Catholicissimo Hispaniarum Rege annuatim occasione sortis 20 tonarum auri solvi solent. Harum medietas, nempe 40 millia ducatorum aureorum, annua ad hunc Principem spectant.

Dotalitium Serenissimae Bonae.

Clenodia aurea et argentea et aliorum praeciosorum lapidum ornamenta, post Infantem Ungariae ad Sigismundum Augustum et sorores, post eas vero ad Serenissimum Regem Sigismundum iure haereditario devoluta.

Thesaurus Tiniciensis^{c)} summi et infiniti pretii.

Tormenta bellica, Regis Sigismundi Augusti sumptibus in Lituania fusa, quae non Regno, sed ipsius heredibus omni iure redeunt.

Testamentum Regis Sigismundi et Iohannis Ungariae Regis.

Tormenta item bellica, post proelium Verudaliense concredita Polonis.

Haec omnia praemissa Serenissimus Princeps Sueciae, si Rex Poloniae creatus fuerit, Regno Poloniae remittet et condonabit.

Alias quoque haereditates amplissimas, quae aliquando ipsi obvenire poterint, eidem Regno offert inque eo manebunt.

Livonia tota pacata, et si quid ambiguatis sit ratione dictae provinciae, id omnibus modis electione facta transigetur.

Commercia et negotiaciones fructuosissimae inter utrumque Regnum erunt, et cum Regnum Poloniae salinis abundet, iis autem Sueciae Regnum careat, ex salis commutatione magna reddituum et proventuum auctio Regno Poloniae subsequetur.

Ad coercendas Tartarorum, Turcarum aliorumque Regni hostium irruptiones promittit Sua Serenitas propriis sumptibus in finibus Regni quinque arces munitissimas extruere easque tormentis bellicis et milite praesidiario sufficienter providere.

Incommunitates et pericula, quae per alterius cuiusvis electionem huic Regno Poloniae certissima sunt pertimescenda, reddunt hunc Principem dignorem.

Si Deus benigne concesserit ipsius Serenitati prolem masculam, Principem unum^{d)} vel plures, providebit ipsis in Regno Sueciae, quod ipsis est haereditarium, et in Regno Poloniae eos oneri esse non est necesse.

Amicitiae quoque magnae Regno Poloniae conciliabuntur occasione affinitatum ex Principe et sorore eius, et ex dote, quae ipsum sequetur amplissima, Serenissimae Dominae Reginae satisfiet.

Nullam ingratitudinis notam, cui Deus vindex frequenter esse solet, incurrit gens Polonica.

Si Suam Serenitatem in Regem Poloniae eligi contigerit, a die nominationis intra duos menses ad summum in hoc Regnum adveniet inque eo manebit.

a) *sic in ms., praedicatum huius propositionis et sequentium infra legitur:... remittet et condonabit.*

c) *recte: Ticocinensis*

d) *in ms. virum*

z) *sic in ms.*

b) *verba: cum interesse 25 leguntur supra, loco expunctorum: a Serenissima Regina Bona*

N. 91.

Varsaviae, 22.VIII.1587.

Stanislaus [Pawłowski] episcopus Olomucensis electo regi Poloniae [Maximiliano] rogat, ut Maximilianus in regem electus quo citius Cracoviam cum magno comitatu veniat, quod etiam aliqui senatores suadent.

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 256-257.

Serenissimo Potentissimo Re eletto, alla Maestà Vostra humilissimamente et obedientissimamente offero la mia oratione et cordialissima servitù.

Serenissimo Signore.

Ch'io non habbi dato risposta alla sua gratiosissima lettera, la quale mi fu resa dopoi la morte di Giovanni Posonoski, subitamente per l'orator della Maestà Vostra in queste dissensioni, inconstabilità et mutatione horiale dell'animi et diverse volontà, et la causa che sin hora non fu determinata cosa alcuna certa et salda, et poiché l'omnipotente Dio ha fatto tanta gratia a inspirar nel cuore dei Senatori et cavalieri, quali sempre mai erano inclinati molto alla Serenissima Casa d'Austria, che la Maestà Vostra conforme il tal e tanto tempo commemorato desiderio, all'VIII hore nel general Kolo, qual luoco per rispetto d'una effusione di sangue innocente d'una persona spirituale dell'i stati fu determinato et privilegiato dall'elettione di Polonia et Lituania, ordinatissimamente fu nominata et per il Vescovo di Khiof publicato^{z)} per Re.

Questo con grandissima allegrezza et impressa scriver alla Maestà Vostra, prega da Dio nostro Signore ogni felicità, salute et benedictione divina contra tutti gli emuli et invidi. Se ben che, mercordi passato all'una, quel giovane di Suetia della classe del Cancelliere, senza quelli di Lituania, per quello incostante et volubil'Arcivescovo di Gnesna^{a)} nel

luoco detto Rotta Negra, per la continova sollicitatione della Regina, fu nominato. Non però la Maestà Vostra s'ha da pigliar fastidio di ciò, ma più tosto considerar sopra il tutto, et senza dimora o tardanza, di venire quanto prima nel Regno della città di Cracovia^{z)} et non senza una valerosa comitiva et buon numero di gente. Questo non solo lo consiglia il Cardinal Radiville insieme col suo fratello, li quali s'hanno portato molto bene in questa elettione, ma ancora lo prega con tutto il cuore il Vescovo Khiovienese,^{b)} il Conte di Goreka,^{z)} il Palatino Posnaniense et il Castellano Gnesneniense,^{z)} insieme con tutti gli altri elettori, che Sua Maestà non gli vogli abbandonare, ma ricuperar tutto quello che fu mancato per la gran dimora dell'Imperatore Massimiliano di felice memoria, padre della Maestà Vostra, perché loro e tutti gli altri che sono dalla banda di Suetia publicamente sono partiti. L'elettori della Maestà Vostra stanno con divotione aspettando desiderosissimamente la sua venuta. Di questo ho voluto avisar la Maestà Vostra, per l'essibitione della presente^{c)} Vincislao Broloschi,^{d)} mio fratello et suo fidelissimo servitore. Di Varsovia in pressa li XXII Agosto 1587.

Obedientissimo Capellano
Stanislao Vescovo d'Olmutz.

Al Serenissimo Potentissimo Prencipe Signor et Signor Massimiliano, eletto Re di Polonia, Arcivescovo^{z)} d'Austria, Gran Duca di Lituania, Duca di Borgogna, mio Signor gratiosissimo.

Poscritta. Serenissimo Signore. All'una di notte stavamo con desiderio. Viene dal Consiglio la buona nuova che la Maestà Vostra fu nominata dal Vescovo di Khiof^{e)} et publicata per Re di Polonia. Et gli elettori hanno mandato da noi che dovessimo stare insieme et aspettar gli loro Ambasciatori, quali senza dubio non ricercheranno altro da noi, solo che gli segniamo gli articoli con le propositioni, come di sotto scrivemo et confirmemo. Raccomandandomi humilissimamente fo fine. Di Varsovia, la prima hora di notte li XXII d'Agosto.

a) in ms. Cresin

d) sic in ms., recte: Pavloschi (Pawlowski)

b) in ms. Rhioviense

e) in ms. Rhiof (recte: Kiov, Kiovia, Chiovia)

c) hic probabilitate omissum erat verbum:
mando vel spedisco

z) sic in ms.

N. 92.

s.l. [post 1.V.1576].

Ignotus

ignoto

"articuli in conventu coronationis Cracoviae constituti"; rumores de tū multibus in Polonia; de ingressu Stephani Bathorei.

(Memoriale)

A.M.F. F. 4293, f. 258.

Articuli in conventu coronationis Cracoviae constituti.

In Prussiam expedire Dominum Kriscauski cum instructione ad duos Palatinos: Briestensem^{a)} et Inovladislaviensem,^{b)} qui legatione fungantur apud omnes ordines civitatesque Prussiae.

Alios quoque nuntios mittere hortatur, Dominos Lithuanos, et ut^{c)} se declarant neque Moscum extimescant. Iidemque in Livoniam^{d)} ea de causa profiscantur.

In Poloniā Maiorem quoque^{e)} eatur cognitum^{f)} de declaratione ac isthic de militiae conscriptione statuatur.

Arcium^{g)} quoque, tum aliarum possessionum^{h)} regiarum praefecti, ut se declarant. Adversa pars admoneatur sub poena ammissionisⁱ⁾ praefectorum.

Arces in finibus existentes ordinare ac presidiis firmare.

Adversam partem exhortari, ut institutum suum pertinax relinquat. Id si ultra non fecerit, defectum huiusmodi^{j)} fieri, quo tales pro hostibus patriae reputentur de bonorumque confiscazione mulctentur.

Conventum generalem indicere Varsoviam peracta coronatione, quo Rex ipse veniat.

Copias trium palatinatum expedire contra Archiepiscopum Gnesnensem tanquam Reipublicae turbatorem. Victi et expugnati dare archiepiscopatum Episcopo Chioviensi.^{j)}

Aulae regiae officiales absentes offitiis privare ac subito Regis aulam aequo ministris atque hominibus praecipuis refertam instituere.

Ad Turcham, Tartaros, Moscum, Italos et Germanos expedire legatos, ut pacta et foedera iureiurando confirmentur.

Post absolutam coronationem cudatur^{k)} moneta, partim ex proprio Regi auro et argento et partim ex thesauris Ticocinensibus.

Edicto cavere, ne caesarianus^{l)} quispiam Cracoviae vel prope Cracoviam esse debeat. Quisquis contrafecerit, praescribatur vel, si facultates haberit, confiscazione mulctetur.

Mittendum ad Palatinos Lasckum Syradiensem et Mithlesium Podoliensem, ac alios primarios, ut se declarant.

Mittendum ad Prussiae. item Lithuaniae, tum ad alios Pomeraniae Duces tanquam pheudatarios,^{z)} ut homagium iurent Regi, cum pro tribunali sederit.

Ratisbonam ad Germaniae conventum nomine Regis legatos expedire, qui rogent Caesarem, ne Regnum ambiat.

Arrivò il Transilvano in Polonia in 32 di in cocchio scoperto, accompagnato dal Moldavo, con 8 mila fanti, 300 archibugieri a cavallo et 12 pezzi di artiglieria di Transilvania. Ha condotto 800 cavalli armati all'Ungarescha et 800 archibugieri vestiti di turchino, pedoni, et 200 a cavallo, vestiti di rosso, 8 carri tirati da 8 cavalli per uno, carri di arnesi composi con molto oro et argento, et 8 bellissimi cavalli menati a mano da staffieri. Fu mandato a incontrar dalla Serenissima Infanta da 60 gentilhuomini che le presentorono il cocchio scritto.

In Cracovia fece l'entrata alli 23 Aprile, accompagnato da 7 mila cavalli terrieri, et da cittadini hebbe in dono un bacile d'oro con due grosse chiavi d'oro. Fu coronato et sposò l'Infanta, come s'è detto. Et a tutti tali atti solo i Lithuani hanno protestato non acconsentire.

a) in ms. Briestenses

h) in ms. possessionem

b) in ms. Inotodislaviensem

i) hoc verbum in forma contracta (hmi) pro expuncto: homini suprascriptum legitur.

c) hoc verbum supra lineam scriptum est.

j) in ms. Choavense

d) in ms. Livonia

k) correctum ex: cludatur

e) sequitur expunctum verbum: ut

l) in ms. caesarianos

f) sequitur expunctum: per

z) sic in ms.

g) in ms. Artium

Ignodus

ignoto

*de infelici exitu aggressionis Cracoviae ab exercitu archiducis Maximiliani
deque eadem civitate a cancellario [Ioanne Zamoyski] defensa.*

(*"Avviso"*)

A.M.F. F. 4293, f. 259.

Di Pollonia in questo punto ritraggo di buon luogo come è venuta nuova, che havendo il Serenissimo Massimiliano dato un'assalto alla città di Cracovia, et la fanteria di già passato tutte le trincere e ripari, stati fatti dal Canciellere,^{z)} et preso una porta et entrati parte in la città, volendo li nostri soldati andare a buscate per le case, fu spinto dal Cancielliere loro adosso 2 compagnie di lancie, le quale^{z)} andando incontro alli nostri et trovandoli disuniti, li hanno fatti ritirare indreto^{z)} e uscire della città con morte di detti nostri di 500 incirca, evvi^{z)} rimasto morto un giovane tayfel, il Signor Bolco^{a)} Mattis, che era alfiere del Colonello Curzio, il quale ha toccato un'archibusata in una coscia, ma non di pericolo, e il suo luogotenente con altri capitani e Signori restati, chi morti e chi prigionieri.

Et così il Serenissimo Massimiliano, che era nel corpo della cavalleria vicino alla città, si è ritirato con tutto l'essercito 6 o 8 leghe lontano, verso Posnania nella Polonia Maggiore, per svernare, non possendo star più in campagna per il freddo, con animo di farsi incoronare nella Polonia Maggiore e, passato li freddi, tornare a Cracovia. Hora si pensa che facilmente il Suezio^{z)} potria entrare in Cracovia, se ben havevono mandato 2 mila cavalli per obviarli il passo. Di quelli della città e del Cancielliere ve ne sono restati morti 2 volte tanto dell'i nostri. Il Cancielliere ha fatto abrucciare tutti li borgni di Cracovia e castelli vicini, et anche sendosi mostrati^{b)} di quelli della città alcuni in favore di Massimiliano, li ha fatti decapitare. Però non se ne sa il particolare, non si sapendo anchora qua questa nuova per molti, però tenetela per vera. E della prossima vi se ne potrà scrivere più appresso, e Dio sia quello che per sua gratia^{c)} aiuti e favorisci il Serenissimo Massimiliano, tanto buon Pren-
cipte che non lo merita quella gente barbara.

a) *lectio incerta, verbum ex alio correctum:*
Bolso?

b) *in ms. mostri*

c) *in ms. bratia*

z) *sic in ms.*

s.l., 17.XII.[1587], 13.I.[1588].

*Philippus Franceschi et alii
ignoto [Marco Argimoni]
de ingressu Cracoviam Sigismundi III; de coronatione ad dominicam
(27.XII) dilata deque eadem coronatione iam celebrata.
("Avviso")
A.M.F. F. 4293, f. 260-261.*

Avvisi venuti di Polonia a Marco Argimoni^{a)} in Firenze.

Con lettere di 17 Dicembre si ha l'entrata in Cracovia del Serenissimo Sigismondo Terzo, Eletto Re di quella corona, quale era entrato con sommo contento dell'universale, et fattosi feste et archi trionfali.

Che detto Principe sia d'aspetto bellissimo, di molto giovanile Maestà et molto bene educato nella fede santa cattolica. La natura sua dicano essere humana et in somma ripiena di tutte buone parti, a Principi convenienti. Parla, oltre alla lingua Sueda materna, quasi nativa, Pollaco benissimo, Franzese, Italiano e Latino.

Che nel'intimare il giorno dell'incoronazione vi era stato qualche poco di contrarietà, massime tra Ruteni et Lituani, quali non volevano incoronare Re lui, ma^{b)} Massimiano.^{c)} Così anco li eretici domandavano uno articolo di più nella^{c)} capitolazione a lor favore, a che Sua Maestà non ha voluto acconsentire per modo alcuno, ma sì bene giurato loro le medesime libertà e poteri, che fece Franczia^{d)} et il Re passato. Et finalmente tutte queste difficoltà si erano superate e stabilita la coronazione per la prossima domenica con satisfattione grandissima, sendo, come detto, l'aspetto et maniere di questo Principe grato^{e)} a tutti.

Fra li suoi gente tiene presso di se 4 capitani Italiani, da lui et dal padre assai stimati, fra quali vi è il Capitano Lorenzo Cagnoli.^{d)}

Con dette lettere de 17 Dicembre scrive Filippo Franceschi.

Già fra Signori di qualità si comincia^{f)} così secretamente a ragionare di cotesta Serenissima Principessa. Piacesti a Dio che il ragionamento havessi effetto, perché tengo che ognuno ne resterà con satisfattione, sendo la Maestà Sua di bell'aspetto e di concetti che non declinano niente dal grado suo. Parla bonissimo Taliano^{g)} et altre lingue tutte franche.

Con lettera di Cracovia di 28 Dicembre.

Domenica seguì l'incoronazione in castello, et però^{e)} dette et prese il Re il giuramento alli Ambasciatori terrestri, al Senato et alla città, non sendo mancato qualche difficoltà tra qualcheduno di quei Signori. Domani si darà la pagha^{h)} a soldati, una parte de quali si manderanno in Crepiz contro di Massimiliano, et altra parte resterannoⁱ⁾ qui per guardia.

Si dice anco che manderanno queste genti a svernare in Slesia, perché se gli avenisse che a tempo nuovo si havessi a venire a conte, vogliono che la guerra si faccia su quel dell'Imperio.

Per ancora restavano li posti serrati.

Lettere de 13 di Gennaio.

Intendendo che a Massimiano con gente ancora loro si andavano mettendo a l'ordine, si era cominciato a scoprire.^{f)}

La Regina Anna si trattenne a Varsavia con la nipote, sorella del Re, quale è d'età d'anni 17, bella et fra molte parti nobilissima, che dicano havere in se. E' eloquentissima e parla più lingue, fra l'altre Italiano eccellente. Et hora per hora si dovevono partire per Cracovia.

- | | |
|---|--|
| a) in ms. nomina: Marco Argimoni expuncta | e) sequitur expunctum repetitum: et però
esse videntur. |
| b) sequitur verbum expunctum: altri | f) sequentia verba non leguntur ob laceratio- |
| c) in ms. nelle | nem chartae. |
| d) sequitur verbum expunctum lectu impossibile. | z) sic in ms. |

N. 95.

Cracoviae, 30.I.1588.

*Sigismundus III rex Poloniae
ad universos subditos
de electione, coronatione, iuramento praestito nuntiat, officia tempore
interregni intermissa resumi iubet.*

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 262.

Denunciatio Regis coronati Sigismundi Tertii.

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae et designatus Sueciae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque etc.

Omnibus in universum Regni nostri Ducibus, Principibus, Baronibus, spiritualibus et secularibus, Archiepiscopis, Episcopis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Dignitariis, Officialibus, Iudicibus et eorum vicesgerentibus, tum Proconsulibus, Consulibus et quibusvis aliis Regni nostri Magistratibus, aut eorum loca tenentibus, coeterisque aliis cuiuscunque conditionis hominibus, ad quorum notitiam hae nostrae pervenerint literae, sincere et fidelibus nobis dilectis, gratiam nostram regiam.

Syncere et fideles nobis dilecti. Posteaquam liberis atque consentientibus Reipublicae huius ordinum suffragiis nos electos fuisse riteque Regem Poloniae ac Magnum Lituaniae Ducem renunciatos accepissemus, dandam nobis operam intelligebamus, ut et vocanti Deo Optimo Maximo, qui arbitratu suo Reges et Regna constituit, obsequeremur et praeclarissimis in nos studiis conciliatisque Divina Providentia nobis hominum liberrimorum voluntatibus ne deessemus. Itaque primo, quo potuimus, tempore e paterno nostro Regno versus huius Regni portum Gedanensem navigationem suscepimus, ubi cum ab oratoribus Reipublicae excepti ac in penitus Regnum invitati essemus, inde profecti tandem eodem, qui voluntates Regni ordinum nobis conciliaverat, Deo duce feliciter incolumes huc Cracoviam pervenimus et in summo arcis templo die XXVII Decembris sacro diadematate, quod ab ipsis huius Regni initii Regibus Poloniae imponi solet, inspectante Senatu terrarumque nuntiis ac coeteris ordinibus insigniti et coronati sumus eodemque illo loco iuriandum verbis conceptis, iuxta exhibitam nobis formam de servandis ac manutenendis

omnibus libertatibus, praerogativis, tam ecclesiasticis quam secularibus, tam publicis quam privatis, tum etiam iuribus, legibus, statutis, consuetudinibus etc., praestitimus ac ea omnia diplomate etiam nostro (cuius exempla quoquo versus transmitti mandavimus) confirmavimus.

Quibus omnibus rite ac de consilio Senatus sententiaque nobis et Reipublicae, Deo auspice, sceptra, gubernationem, administrationemque Reipublicae huius integrum, praestito iam nobis a Senatu Regni, tum ab aliis etiam, qui illud debebant, fidelitatis iuramento, suscepimus. Quod ad notitiam omnium deducendum Synceritates et Fidelitates Vestras, quorum id interest, hortamur et illis mandamus, ut hanc inaugurationem nostram libertatumque ac iurum factam a nobis confirmationem publice civitatibus, oppidis, parochiis et villis, diebus forensibus aut solennioribus, per praecones literarumque harum ad loca publica castrensia referri current et faciant.

Quod autem reliquum est, Synceritates et Fidelitates Vestrae intermissa interregni tempore officia ac munera sua, praestito prius quamprimum iuramento, resumant: iudicia tam terrestria quam castrensia capitanealia, causarum tam iudicialium quam officiorum tribunalis itidem Regni ordinaria, ac etiam civilia et alia quaelibet auctoritate et sub nomine nostro ac titulo exerceant, omniaque ea, quae vel ex legum praescripto vel de more ac consuetudine ad illarum officia pertinent, iam facere incipient et exequantur dentque operam, ne ius et iustitia, quae Regnum summa praesidia sunt ac firmamenta, diutius intermissa iaceant atque negligantur. Pro gratia nostra. Datum Cracoviae in Comitiis felicis coronationis nostrarae, die XXX mensis Ianuarii anno Domini MDLXXXVIII.^{a)}

Alberto Baranowski Episcopo Praemisiensi
Regni Poloniae Vicecancellario
Ad mantatum Sacrae Regiae Maiestatis
proprium.

a) in ms. anno D. MLXXXVIII.

N. 96.

Cracoviae, 28.XII.1587.

*Sigismundus III rex Poloniae
universis
iuramentum de iuribus observandis in conventu coronationis praestitum.
(Exempl.)
A.M.F. F. 4293, f. 263-264.*

Literae iuramenti praestiti.

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, necnon Suecorum, Gottorum Vandolorumque proximus Princeps haereditarius et futurus Rex, Magni Principatus Finlandiae haeres.

Significamus prasentibus literis nostris quorum interest universis et singulis, quia in frequentia magna hominum in ecclesia cathedrali Sancti Stanislai in arce Cracoviensi die vigesima septima Decembris anni praesentis, verbis conceptis ad sacrosanta Dei Evangelia, tale iuramentum

ordinibus Regni et Magni Ducatus Lituaniae praestitimus, interveniente tamen ultima resolutione de conditione in pactis conventis de ea parte Livoniae, quam Serenissimus Ioannes Tertius, Dei gratia Rex Sueciae, parens noster charissimus, possidet, prout est in confirmatione pactorum expressa:

Ego Sigismundus III, Dei gratia electus Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kioviae, Volhiniae, Podlachiae Livoniaeque etc., necnon Suecorum, Gottorum Vandalorumque etc., per omnes Regni ordines utriusque gentis, tam Poloniae quam Lituaniae, caeterarumque provinciarum communi consensu libere electus, spondeo ac sancte iuro Deo Omnipotenti ad haec sancta Iesu Christi Evangelia, quod omnia iura, libertates, privilegia publica et privata, iuri communi utriusque gentis et libertatibus non contraria, ecclesiasticas et seculares,²⁾ ecclesiis, principibus, baronibus, nobilibus, civibus, incolis et quibuslibet personis cuiuscunque status et conditionis existentibus, per Dominos praedecessores meos Reges et quoscunque Principes Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae, praesertim vero Cazimirum Antiquum, Ludovicum Lois nuncupatum, Vladislauum Primum, Jagelonem dictum, fratremque eius Vitholdum Magnum Lituaniae Ducem, Vladislauum Secundum Jagelonis filium, Cazimirum Tertium Jagelonidem, Ioannem Albertum, Alexandrum, Sigismundum I, Sigismundum II Augustum, Henricum, Stephanum, Reges Poloniae et Magnos Duces Lituaniae, maiores meos, iuste et legitime datas, concessas, emanatas et donatas, ab omnibusque ordinibus tempore interregni statutas atque sancitas, mihi oblatas, tum pacta atque conditiones cum oratoribus meis initas manutenebo, observabo, custodiam et tenebo in omnibus conditionibus, articulis et punctis in eisdem expressis, iuxta confirmationem meam literis specialibus circa coronationem meam factam, pacem quoque et tranquillitatem inter dissidentes de religione custodiam, nec ullo modo vel iurisdictione nostra, vel officiorum nostrorum et statuum quavis autoritate quenquam afficiam nec opprimam, ac ea, quae in electione nostra Varsaviensi ac deinceps in conventione generali ad Visliciam, tum et Cracoviae in conventione coronationis nostrae constituta sunt et constituentur, manutenebo iisque satisfaciā; omnia illicite a Regno Magnoque Ducatu Lituaniae et dominiis eorundem quocunque modo alienata, vel bello vel quovis alio modo distracta, ad proprietatem eiusdem Regni et Magni Ducatus Lituaniae non minuam, sed defendam et dilatabo. Iustitiam omnibus incolis Regni iuxta iura publica in omnibus dominii constituam, absque omnibus dilationibus et prorogationibus administrabo, nullo quorumvis respectu habito. Et si, quod absit, in aliquibus iuramentum meum violavero, nullam mihi incolae Regni omniumque dominiorum uniuscunque gentis obedientiam praestare debebunt, imo ipso facto eos ab omni fide, obedientia Regi debita liberos faciam absolutionemque nullam ab hoc meo iuramento a quoquam petam, neque ultiro oblatam suscipiam. Sic me Deus adiuvet.

De quo quidem iuramento nostro a nobis praestito, ut omnibus, quorum interest, constaret, literas nostras manu nostra subscrispimus sigillumque Regni nostri iis appendi iussimus. Actum et datum Cracoviae in conventu coronationis nostrae die vigesima octava mensis Decembris anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo septimo.

Sigismundus Rex.

2) sic in ms.

*Sigismundus III rex Poloniae
universis
iura observanda spondet, terras ab inimicis avulsas reintegrandas, pacem
inter dissidentes de religione faciendam promittit.
(Exempl.)
A.M.F. F. 4293, f. 264-266.*

Confirmatio generalis iurium.

In nomine Domini. Amen. Ea est rerum et actionum humanarum conditio, ut nihil firmum, nihil diuturnum propter brevem et incertam vitam hominum et tot plerunque intercurrentes rerum vicissitudines in se contineant facileque et brevi temporis momento omnia in oblivionem veniant, nisi quod unum generi humano divinitus plane ad conservandam rerum memoriam beneficium tributum est, literae nimirum et scriptura adhibeatur. Quibus rebus cum ea, quae non praesentis tantum aetatis, sed posteritatis etiam memoriam requirunt, optime conservari et perpetuitati quodammodo consecrari consueverint. Nos etiam Sigismundus Tertius, Dei gratia Rex Poloniae et designatus Sueciae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kioviae, Volhiniae, Podlachiae etc., Magni Ducatus Finlandiae haeres etc., cupientes praesentis negotii perpetuam et nunquam intermorituram memoriam extare, literis hisce nostris universis et singulis, tam aevi praesentis quam futuri, quorum interest vel intererit, significamus, quod quemadmodum inclytis Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae ac caeterarum illis adjunctarum provinciarum ordinibus nihil eos non debere fatemur et agnoscimus, cum ob acceptam ab iis materni sanguinis originem, tum quod pro singulari suo erga nos et familiam Jageloniam, a qua maternum genus ducimus, studio nos pro caeteris omnibus magni nominis competitoribus Regem esse suum voluerint crearintque et sententiis ac suffragiis liberis et denique sacro diademate imposito consecrarint et constituerint.

Itaque ad commodum et emolumentum ordinum eorundem, quae ad conservationem libertatum ipsorum universaeque adeo Reipublicae status pertinent, maxime nobis curae esse debere intelligimus. Et cum eam illi de nobis opinionem conceperint, ut se, vitam fortunasque et, quae omnibus opibus praetiosiores²⁾ sunt, libertates suas praerogativasque et immunitates atque charissima quaeque fidei ac patrocinio nostro rectissime se commissuros esse existimarint, danda nobis est opera, ut huic conceptae eorum de nobis opinioni respondeamus. Quod uti re ipsa facere eorumque libertates atque iura perpetuo sancte et inviolabiliter conservare in animum induximus, ita perpetuum quoque eius rei monumentum extare volentes, nostra sponte et animo deliberato sequutique morem et consuetudinem Dominorum antecessorum^{a)} nostrorum, Poloniae Regum et Magnorum Ducum Lituaniae, omnia privilegia, donationes, inscriptiones, advitalitates, libertates, praerogativas ac immunitates Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kioviae, Volhiniae, Podlachiae Livoniaeque ac aliarum provinciarum iis annexarum, coniunctim aut separatim ipsis concessas, ecclesiasticas et seculares, tam publicarum quam privatarum

personarum, uniuscunque status, conditionis atque sexus existentium, civitatumque et locorum quorumcunque, per antecessores nostros, Reges Poloniae et Magnos Duces Lituaniae ac terrarum iis coniunctarum Reges, Principes, Duces ac Dominos, tam in toto^{b)} quam in parte, praesertim vero Cazimirum Magnum, Ludovicum Lois nuncupatum, Vladislauum Secundum Jagelonem dictum, fratresque eius Vitoldum et Sigismundum, Magnos Duces Lituaniae, Vladislauum Tertium, Cazimirum Tertium, Jagelonis filios, Ioannem Albertum, Alexandrum, Sigismundum Primum, Sigismundum Secundum Augustum, Henricum ac Stephanum, Reges Poloniae et Magnos Duces Lituaniae, ac etiam per Magistros Prussiae atque Archiepiscopos, Episcopos, Magistros, Praeceptores antiquos Livoniae, novissime vero post recuperatam Livonię per Regem Stephanum necnon Duces, Principes ac Dominos terrarum Russiae et Masoviae iuste et legitime concessas et emanatas ac iuri communi utriusque gentis non contrarias; et item iura, leges, statuta, constitutiones, iudicia tribunalis ultimae instantiae ac decreta, libertates et immunitates, in conventibus Regni generalibus quibuslibet ordinationesque latae atque sancitas, nominatim autem libertates et leges in conventu electionis Henrici Regis ac in conventu Andrioviensi et coronatione Regis Stephani, constitutio nemque de iudiciis tribunalis in conventu Varsoviensi ac denique leges et constitutiones in praesenti conventu coronationis nostrae sancitas,^{c)} aut quae adhuc sancientur et nobis exhibebuntur, ita tamen, ut nec specialitas generalitati nec generalitas specialitati deroget, tum etiam conditions, per oratores nostros ac Serenissimi parentis nostri Ioannis Tertii, Dei gratia Sueciae Regis etc., cum ordinibus constitutas ac a nobis approbatas, iuxta literarum nostrarum de iisdem conditionibus circa coronationem nostram concessarum tenorem (quorum omnium praemissorum tenores tanti esse volumus, ac si hisce literis de verbo ad verbum insertae sint), in omnibus earum articulis, punctis, clausulis, conditionibus approbandas, roborandas et confirmandas duximus approbamusque, roboramus, confirmamus per praesentes literas nostras, decernentes illas et illa omnia, quae superius commemorata sunt, perpetuae, indubiae ac inviolabilis firmitatis robur obtinere debere; recipimusque, spondemus et regio nostro verbo pollicemur illas in praedictis earum punctis, articulis, clausulis, conditionibus firmiter, inconcusse, inviolabiliter tenere, observare, implere et exequi ac omnibus et singulis ex iis satisfacere cum effectu et teneri, observari et exequi facere.

Item pollicemur, recipimus et spondemus, quod omnia per hostes finitimos iniuste a Regno Magnoque Ducatu Lituaniae et dominiis ea runderem^{d)} quocunque modo occupata, vel bello vel quovis alio modo distracta, ad proprietatem et unionem eiusdem Regni Poloniae Magnique Ducatus Lituaniae aggregabimus, neque fines Regni et Magni Ducatus Lituaniae minuemus, sed pro viribus nostris proferemus et dilatabimus. Quod si aliquid contra libertates et immunitates, iura, privilegia praedicti Regni et Magni Ducatus Lituaniae ac caeterarum provinciarum iis annexarum fecerimus, non servantes (quod absit) aliquid illorum in toto vel in parte, id totum irritum et inane nulliusque momenti fore decernimus et pronunciamus. Quod vero supra hisce literis privilegia, libertates ecclesiasticas cum caeteris confirmavimus, id nihil articulo huic iuramenti derogare volumus, quod videlicet pacem et tranquillitatem inter dissidentes de religione tuebimur et manutenebimus etc., quam inconcusse, firmiter et inviolabiliter ac cum effectu nos observaturos promittimus

ac spondemus, dantes insuper potestatem Cancellario Regni, ut has literas confirmationis generalis iurium, privilegiorum et libertatum Regni et Magni Ducatus Lituaniae ac terrarum iis annexarum autentice, sub Regni sigillo, ordinibus, terris ac subditis nostris, qui eam requirent, non expectato alio mandato nostro uteisque vel alter eorum extradant. In cuius rei fidem literas hasce manu nostra subscriptissimus sigillumque Regni iis appendi iussimus. Datum Cracoviae in conventu coronationis^{d)} nostrae, die octava mensis Ianuarii anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo octavo, Regni nostri anno primo.

Praesentibus etc.

Sigismundus Rex.

- a) *verba*: Dominorum antecessorum *supra linea scripta sunt*.
 b) *verbum*: toto loco expuncti: *suprascriptum est*.

c) *in ms. sancitis*
 d) *in ms. coronatiois*
 z) *sic in ms.*

N. 98.

Cracoviae, 28.XII.1587.

*Sigismundus III rex Poloniae
universis*

articulos pactorum conventorum, aliquibus conditionibus adiunctis, confirmat.

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 266-269.

Confirmatio pactorum conventorum.

Sigismundus Tertius, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, necnon eadem gratia Suecorum, Gotorum Vandalorumque proximus Princeps haereditarius et futurus Rex, Magni Principatus Finlandiae etc. haeres, significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis, quod sublato ex hac vita Serenissimo olim piae^{a)} memoriae Stephano, Dei gratia Rege Poloniae et Magno Duce Lituaniae, cum Serenissimus Dominus Ioannes Tertius, Dei gratia Suecorum Rex, Magnus Dux Finlandiae etc. et Dominus parens noster observandissimus, nosque etiam una misissemus ad status et ordines Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae Magnificos Ericum Spar de Sundby, Regni Sueciae Consiliarium et Procancellarium, Gubernatorem et Legiferum Ducatum Vesmmanniae, Dalecarliae et Montanorum, et Ericum Brahe, Comitem Visingburgensem et Baronem Lintholmensem, Aulae Magistrum, oratores et commissarios nostros, qui inter alia mandata sibi commissa de nobis in Regem assumendis cum ordinibus agerent, prospereque successisset, ut divini numinis instinctu in Comitiis generalibus electionis Regis ad Varsaviam habitis ordines Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae nos Regem creassent, certis conditionibus et articulis, inter eosdem ordines et oratores Serenissimi parentis nostri nostrosque ibidem constitutis, intervenientibus, quorum quidem tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Articuli pactorum conventorum inter Illustrissimum Senatum et amplissimos status et ordines incliti Regni Poloniae ac magni Ducatus Lituaniae ab una, et Magnificos ac Generosos Dominum Ericum Sspar^{a)} Dominum de Sundby, Regni Sueciae Consiliarium et Procancellarium, Gubernatorem et Legiferum Ducatum Vesmanniae,^{b)} Dalecarliae et Montanorum, et Ericum Brahe, Comitem Visingsburgensem et Baronem Lintholmensem, Aulae Regiae Magistrum, Serenissimorum Principum Minorum Ioannis Tertii, Dei gratia Sueciae Regis etc. eiusque Maiestatis filii charissimi Sigismundi, eadem gratia eiusdem Regni caeterorumque Principatum successoris, nunc vero electi Poloniae Regis etc., ad eosdem status et ordines Regni missos oratores, parte ab altera.

Cum voluntate divina Reges et Regna constitente de unani sententia atque libero assensu omnium statuum atque ordinum incliti huius Poloniae Regni Magnique Ducatus Lituaniae Princeps Dominus Sigismundus esset in Regem Poloniae atque eundem Magnum Ducem Lituaniae ac caeterarum Regni provinciarum Principem et Dominum libere electus et publice declaratus, adessent autem cum ipsius dicti Sueciae Regis, tum quoque cum^{c)} memorati electi Poloniae Regis Sigismundi nuntii supranominati cum plena ac sufficienti potestate, ab ipsarum Maiestatibus huc ad status et ordines in optionem Regni missi, cum iis pro salute et incolumitate huius Regni et totius Reipublicae Christianae certa pacta seu conditiones, ipsis Serenissimis Principibus per dictos oratores eas sponte offerentibus, caeteris autem a statibus Regni expeditis, utrinque inita et sancita sunt in hunc, qui sequitur, modum.

Primo et ante omnia, ut dum Serenissimus Dominus Ioannes Tertius Sueciae Rex vivet, societas sit contra finitimos utrinque Regni hostes eademque iureiurando confirmetur. Mortuo vero, quod diutissime Deus differat, eodem Serenissimo Sueciae Rege, haec confoederatio atque societas maneat, Sigismundus vero electus Poloniae Rex iure successionis Regno Sueciae potietur deincepsque omnes liberi eius masculi primogeniti, quos Deo volente suscepit. Secundogenitus vero sortes in Suecia, iuxta constitutiones Regni Sueciae, assignabuntur. Filiabus autem dotes ab utriusque Regni ordinibus more institutoque pristino Regni Poloniae conferentur. Eo casu vero Serenissimus Rex Polonicas res non negliget, ac si forte Sueciae res praesentiam eius aliquando desiderarent, ut eo sese conferre liberum sit cum consensu omnium ordinum Regni et Magni Ducatus Lituaniae.

Item Livoniae partem, quam Serenissimus Sueciae Rex nunc possidet, ad reliquum corpus Livoniae, Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lituaniae, adiungere et incorporare tenebitur. Pro quo, ut Serenissimi Regis legati spoponderunt, ita Serenissima etiam Anna Regina Poloniae cavit cavetque omnibus bonis suis, tam in Regno Neapolitano ac Ducatu Barensi et Rosanensi Ducanaque Foggia constitutis, tum in dote ac contradote summisque atque in universum bonis omnibus, tam mobilibus quam immobilibus, intra et extra Regnum constitutis.

Item classem a^{d)} rebus omnibus instructam usibus Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae sua impensa adhibebit, nec pro necessitate Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae rem mari gerere intermittet.

Item tormentorum bellicorum vim non exiguum, necessitatibus Regni et Magni Ducatus Lituaniae exigentibus, maxime autem si aliquando vel Novogardiam, vel Plescoviam, vel Smolensciam oppugnare visum fuerit,

omnia ad eam rem, cum tormenta tum pulveres atque globos necessarios e Regno Sueciae suis sumptibus suppeditabit.

Pecuniam, anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo divo Sigismundo Augusto Regi mutuo datam, condonabit. Similiter omnia iura, debita atque actiones, si quae quocunque modo aut nomine adversus Regnum Poloniae vel Magnum Ducatum Lituaniae ad se pertinent, remittet, tollet et iis renunciabit. Extra Regnum etiam de ceteris bonis ac summis, pensionibus Neapolitanis, e Barensi ac Rosanensi Ducatu necnon Ducane²⁾ Foggia pro rata sua portione cum Regno Poloniae et Magno Ducatu Lituaniae cedet.

Tormenta bellica Moscho ad Vendam communibus copiis erepta, quae eorum ad se pertinent, Regno et Magno Ducatu condonabit.

Quinque arces in finibus locis opportunis ex arbitrio ordinum extruet rebus necessariis omnibus suo sumptu providebit.

Recipiunt etiam et spondent iidem oratores nomine Serenissimi Regis electi eum hic secum ad inhabitandum nullos peregrinos homines adducaturum praeter paucos, quorum opera in ministerio domestico uteretur, quos tamen postea brevi remittet, persolutis illis stipendiis de suo. Cum vero successionem Regni Sueciae adierit, consiliarios et officiales eius Regni, qui ad eum venient, nullis Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae consiliis, negotiis, intercessionibus, promotionibus adhibebit aut iis se immisceri patietur.

Custodiam etiam corporis sui non nisi ex indigenis huius Regni et Magni Ducatus Lituaniae habebit, eodem modo praefectum satellicii eius. Nullas etiam possessiones et dignitates vel officia illis concedet, sed tantum indigenis Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae, iuxta statuta Regni. In eos vero, qui contra praemissa venerint aut se aliquibus earum rerum immiscuerint, secundum processum, qui circa coronationem exhibebitur, procedere licebit.

Curabit Serenissimus Rex, ut debita stipendia Livoniae militibus praesidiariis et cohorti Volsciana in arce Camenecensi tempore Regis Stephani conflata solvantur, deque ea re cum ordinibus Regni et Magni Ducatus Lituaniae in conventu coronationis deliberabit.

Confoederationem inter dissidentes de religione non solum iuramento, uti a Serenissimis Henrico et Stephano Regibus Poloniae et praedecessoribus suis factum est, conservabit, verum etiam processum et executionem utrique parti servientem, contra violatores eius oblatam, sub iuramento observabit et, ut ab ordinibus Regni quam primum instituatur, sedulo curabit.

Debita, quae Illustris et Magnificus Dominus Andreas Comes in Tenczyn, Palatinus Cracoviensis et Capitaneus Hrubiesoviensis Zatoriensisque in milites contraxit, tum quoque quae Magnificus Dominus Georgius Mnissek, Castellanus Radomiensis et Capitaneus Sanocensis Socaliensisque, Generosi etiam Nicolaus Zebrzydowski, Capitaneus Generalis Cracoviensis, et Gaspar Macieowski, Capitaneus Scepusiensis, stabuli Regni Praefectus, in praesidiarios Cracoviensis et Scepusiensis arcium contraxerunt, persolvet. Ac item ad defensionem Regni quavis ex parte interim, dum Cracoviam adventat, faciendam sumptum omnem³⁾ necessarium suppeditabit, et si quae debita pro comparando et retinendo in eum usum milite ac apparatu bellico contrahentur, bona fide in coronatione persolvet.

Iura omnia, libertates, immunitates, privilegia, statuta Regni, et speciatim articulos in coronatione Henrici Regis sancitos, tum quaecunque ad correcturam libertatum, iurum pertinentia eius Maiestati in coronatione exhibebuntur, manutenebit ac firmiter observabit et adimplebit. Quae quidem omnia suprascripta nos, oratores supradicti, nomine et loco Maiestatum Suarum iuravimus in debita forma, ipsiusque Maiestas, simul ac ad litus Regni appulerit, iurare debebit. Serenissimus quoque Sueciae Rex, quae ad ipsius Maiestatem pertinent, confirmabit et adimplebit.

In cuius rei evidentius testimonium ac robur firmissimum omnium suprascriptorum sigilla utriusque partis, tam statuum Regni quam ipsorum oratorum, hisce literis sunt adhibita, cum subscriptione eorundem manuum. Actum et datum in campo ad Varsaviam inter pagum Vola, in Comitiis magnis electionis novi Regis, die 19 mensis Augusti anno Domini MDLXXXVII.

Quas quidem conditiones eosdemque articulos, interveniente ultima resolutione de conditione de ea parte Livoniae, quam Serenissimus Sueciae Rex, parens noster charissimus, nunc possidet, de qua ita inter nos et ordines Regni Magnique Ducatus Lituaniae, cum diu illam ursisset, conventum est, ut hoc negotium integrum differatur ad id tempus, cum Regnum nostrum haereditarium Sueciae ad nos devolvetur, nos ratos et gratos habentes approbavimus et confirmavimus, approbamusque et confirmamus hisce literis nostris, promittentes bona fide, sub iuramento per nos iam praestito, nos omnes conditiones et pactorum articulos ac omnia et singula in iis expressa inviolabiliter observatueros et adimpleteuros realiter et in effectu, nec iis unquam directe vel indirecte contraventuros. In cuius rei indubiam fidem praesentes subscriptas sigillo nostro signavimus. Datum Cracoviae in conventu coronationis mostrae, die 28 mensis Decembris anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo septimo.

Sigismundus Rex Poloniae.

a) in ms. Olimpiae

b) hic correctum ex: Vesmanniae

c) in ms. omnium

z) sic in ms.

N. 99.

s.l., [post 25.VII.1597]

Ignotus

ad rei memoriam

"Responsum Reginae Angliae [*Elisabethae I*], quod dedit oratori Poloniae misso ad ipsam pro restitutione damnorum, quae naves Dantiscanae et aliae a navibus Anglicanis acceperunt".

(*Exempl. Iam ed. Elem. ad Fontium Ed. IV, N. 130 sine titulo suprascripto et cum differentiis stylisticis*)

A.M.F. F. 4293, f. 272.

Ignotus

ignoto

*de irruptionibus in Poloniam Turcarum et Tartarorum, ac Moscovitarum
in Livoniam eodem tempore, quo Maximilianus invasionem tentavit;*
de tractationibus in negotio pacis Bythomiensis.

(*Exempl. Adest aliud exempl. ff. 497-498*)

A.M.F. F. 4293, f. 273-274.

Allato in Poloniam rumore de irruptione Turcarum et Tartarorum, Cancellarius negocium de deducendo ad confinia Serenissimo Electo Rege Maximiliano et a Sua Maiestate exigenda cautione plenarie demandavit commissariis ad hoc deputatis, Domino Episcopo Chelmensi, Domino Palatino Cracoviensi et Domino Palatino Lublinensi. Quapropter Palatinus Cracoviensis postulavit a Maiestate Sua, ut Hanniwaldum ad se mitteret, per quem Maiestatem Suam de omnibus certiorem faceret, quae expedienda Suae Maiestati necessario essent, priusquam ad confinia accederet.

Ablegavit itaque Sua Maiestas eum Cracoviam ad Palatinum ad pridie Calendas Septembres. Ubi habitu cum reliquis commissariis consilio, utrum ipsius Maiestas hoc turbulento Poloniae statu, quo ipsis Moscus in Livonia imminaret, Turci cum Tartaris Podoliam et Russiae confinia depraedarentur, tuto dimitti deberet, ne et ipsa illis ex hac parte turbas moveret, id tandem concluserunt eiusque Maiestati nunciari iusserunt, eam nullo modo Vislicio discedere posse, nisi prius cautionem, et quae Cancellarius postulaverat, illis tradidisset. Quod etsi Suae Maiestati grave esset, neque Regis, sed Cancellarii auctoritate tantum postularetur, assentiri tamen, nisi diutius detineri vellet in loco arctiori, peste circumgrassante, coacta est. Et quamvis ipsius Maiestas sibi vicissim ab iis careri flagitaret, cuius rei ipsi spem Cancellarius iam fecerat, sese data cautione ulterius non detentum iri, id tamen impetrare ab eis nulla ratione potuit. Accepta itaque ea cautione, iter cum Sua Maiestate ad confinia ingressi sunt.

Hic eius Maiestatem multi accesserunt Poloni acerrime conquerentes eos, qui ipsius fuissent partium, indies magis magisque affligi, premi atque per istas novas constitutiones Warsovienses ad extremam calamitatem adigi, orantes obnixe, ut eius Maiestas eorum miseriam sibi curae esse pateretur.

Cracoviae et prope confinia Episcopus Chelmensis plurimis ipsis Maiestatis aulicis, et Sabieczky Suae Maiestati ipsi dixerunt maximas de ipsis Maiestate promeruisse gratias Regnum Poloniae, quod eam adeo tolerabilibus dimitteret condicionibus. Polonis hoc obiectari a multis Principibus Italicis et Germanis, inter quos nominarunt expresse Casimyrum, Rheni Palatinum. Imo illis id exprobrari a Turca, qui cum ipsis expostulaverit de pace Bythomii cum Familia Austriaca constituta petissetque eius Maiestatem sibi tradi, verum illos huc induci non potuisse.

Posteaquam vero iam ad confinia ventum esset, erectis vexillis territorium Caesareae Maiestatis ingredi tentarunt, praetendentes hoc modo se abduxisse eius Maiestatem editionibus Caesareae Maiestatis, eodem

quoque modo sese eandem reducturos. Quod tamen Reverendissimus Episcopus Wratislaviensis cum suo comitatu prohibuit. Quam ob rem Poloni, si aliquo modo melius instructi fuissent, sese eius Maiestatem vicissim retro abducturos minati sunt. Idcirco etiam, quod se nostris impares esse cernerent, iuramentum a Maiestate Sua statim in confiniis, iuxta transactionem, instanter poposcerunt. Sed ipsius Maiestas cum ob id ipsum, tum ob alios despectus, insolentias atque fraudes, quibus eam hucusque cum tota sua inclita Familia delusissent, denegata ipsorum postulatione, ab Reverendissimo Wratislaviensi excepta equitibusque Germanis stipata, Bythomium perrexit. Ibi, accersitis ad se commissariis Polonis, illis in praesentia procerum et nobilium Silesiae per Hanniwaldum mentem suam hoc pacto aperuit:

Maiestatem Suam officium ipsorum honorificae huius suae reductionis gratumque acceptumque habuisse, propensionemque suam ac studium gratitudinis illis vicissim deferre, et quod nunc verbis, se alias factis declaraturam.

Cum autem intelligat Sua Maiestas expectari a sese confirmationem et iuriurandum eorum omnium, quae praeterita hyeme in eodem loco transacta essent, ipsius autem Maiestati multae eaeque gravissimae rationes obstarent, quominus expectationi ipsorum satisfacere possit, id ipsum eis hic iudicari necessarium duxisse.

Posteaquam enim Maiestati eius inopinatus iste et luctuosus contigisset casus visumque esset ipsis Poloniae ordinibus, pacis et tranquillitatis publicae causa, controversias motas transactione amicabili compnere, Sacra quidem Romanorum Caesarea Maiestas, providens totius negotii rationem id summe exigere, suis commissariis iniunxit, ut vel ipsius Maiestas transactioni eius ipsa interesset, vel omnium, quae in consultationem venirent, antequam concluderentur, conscientia fieret, siquidem id quoque et Serenissimi Archiduces Pragae decrevissent, et ipsem Cancellarius ita fore Suae Maiestati spem non dubiam fecerat. Qua tamen eam postea frustratus est. Nam appropinquante commissionis tempore, primum ad remotiora loca abducta eique strictior, quam antea unquam, Rhodloviae custodia exhibita est.

Tum vero etiam de ipsismet transactionis condicionibus quicquam cognoscendi, nisi rebus omnibus iam pactis et definitis, facultatem concessam non fuisse.

Qua in re etsi tam ipsius Summi Pontificis Legatus, quam Caesareae Maiestatis commissarii, inique satis ac duriter cum Maiestate Sua agi agnoscerent, tamen iniquius adhuc longeque durius fuit, ut causa electionis Maiestatis Suae integre cognosceretur et examinaretur, quod fundamentum totius controversiae fuit, a Regni Poloniae commissariis nunquam impetrari potuisse.

Huc etiam accedere, quod tam Sanctae Sedis Apostolicae Legato, quam ipsi Caesareae Maiestati promissio non obscura in commissionis tempore facta fuit^{a)} eos, qui in electionis Comitiis Suae Maiestati vota dederant eiusque partes sequuti fuerant, ab omni molestia liberos et indemnes futuros. Id quam sincere praestitum sit, imo contrarium omnino decretum, severissimas constitutiones, non absque evidenti Suae Maiestatis ignominia nuper Warsaviae in lucem editas, demonstrare, et eos, qui inde ad extremum famae ac fortunarum suarum discrimen adducuntur, merito deplorare.

Postremo, cum Sacra Caesarea Maiestas sperasset iuramento a se accepto omnem difficultatem sublatam, ipseque Serenissimus Rex Sig-

smundus publico decreto mandavit sine mora Maiestatem eius in dictiones Suae Caesareae Maiestatis reduci, excogitatas esse novas difficultates, quarum praetextu obligatio ab eius Maiestate extorta, ac nisi traderetur, Vislicii haerere iussa est. Cui quidem obligationi etsi ipsius Maiestas, importunitate Cancellarii adducta et necessitate coacta, antequam de responso regio certior facta fuisse, in tribus ipsis articulis, de Hungarico nempe iuramento, de titulis omissis et de sigillo mutando, se annuere impulsam fuisse fatetur, tamen quia quartus quoque articulus de ratificanda Bythomiensi commissione praeter eius Maiestatis voluntatem adiectus esset, in illis omnibus nimurum Suae Maiestati videri, quo iure obligare illam voluerint ii, quorum potestati se nunquam subiecerit. Neque enim Byczinae aliam ab eius Maiestate deditioinem postulatam fuisse, nisi ut se Regi Sigismundo permetteret.

Quae cum ita se haberent, Sua Maiestatem iuramentum praestare nequaquam posse, sed de his aliisque cum iis, quorum hoc quoque interest, consilium se capturum et daturum esse operam, ut quamprimum Regni Poloniae ordines quid animi habeat, certi aliquid scire et perspicere possint.

Ad quae cum prolixe respondisset Episcopus Chelmensis multaque, quae ad urgendum iusiurandum facere ipsi videbantur, protulisset, Sua Regia Maiestas, rationes huius sui propositi ipsa luculenter repetens, demonstravit causam hanc Suae Maiestatis omnino diversam ac separatam esse a compactatis ac foederibus Regnorum Bohemiae et Poloniae, neque eam impeditre pacem inter ista Regna constitutam, nisi ipsimet Poloni ipsam violarent.

Qua re commotus Palatinus Cracoviensis, multa verba fecit de bono pacis publico, de parcendo christiano sanguini, omnes circumstantes Boemos, Moravos et Silesios compellavit, ut Maiestatem Suam ad iurandum hortarentur, adiiciens minas Moravis et Silesiis. Tandem de pace iam constituta ac universa ista transactione protestationem subiunxit, atque cum sese nihil proficere animadverteret, ira perciti simul omnes exeuntes, dixerat Cracoviensis Polonice: facile esse cerevisiam coquere, sed incertum adhuc, cui epotanda veniret. Et conversus ad Episcopum Chelensem: Ecce quomodo in Poloniam redimus, pueris risui et caeteris ludibrio erimus.

Cumque Sua Maiestas eos ad coenam invitasset muneraque nonnulla eis obtulisset, ea omnia recusarunt statimque adornatis curribus suis recesserunt.

Inter caeteras vero caussas haec quoque non postrema fuit denegati iuramenti, quod Sua Maiestas Cancellario tantum iuramentum praestitisse videri potuisset, si secundum eam cautionem, non Regis, sed ipsius Cancellarii autoritate et arbitrio extortam, iurasset. Quod dignitati Suae Maiestatis nequaquam convenisset. Praesertim cum ipse Cancellarius per Dominum Trautsonium Suae Maiestati diserte nunciasset: etiamsi Rex cautionem istam non cuperet, sese tamen illam omnino exigere, quia non Rex, sed ille in conventu ordinum rationem reddere cogeretur. Tum vero etiam Regem ipsum, et qui circa illum essent consiliarii, pueros esse, proinde se nihil movere eam resolutionem principio datam.

In margine supra alia manu: Circa il negotio dell'Arciduca Massimiliano, eletto Re di Pollonia.

a) *Hac verbum supra lineam scriptum legitur.*

s.l. [post 24.I.1588].

Ignotus

ignoto

de archiduce Maximiliano post proelium ad Byczynam a cancellario et generali exercituum capitaneo [Ioanne Zamoyski] capto; litterae ad archiducem ab eodem Zamoyski scriptae 24.I.1588 adducuntur.

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 276-277.

24 Gennaio 1588.

Conditioni fatte all'Arciduca Massimiliano dal Cancelliere di Pollonia doppo la battaglia di Biccia.^{a)}

Proelio ita, quemadmodum Deo visum fuerat, perfecto, Serenissimus Archidux Maximilianus cum quibusdam, qui circa illum erant, recta in oppidum se contulit. Quod cum Generalis Capitaneus exercitus Polonici cognovisset, omnibus aliis rebus posthabitis, oppidum cingi aditusque omnes intercludi iussit. Maxime vero pedes sine ulla cunctatione statim muros ac portas subivit. Quas cum securibus excindere iam coepissent, significatio ex oppido data fuit colloquium peti. Prodierunt inde Alexander Prunscki, Capitaneus Lucensis, Stanislaus Czoleck, Poloni, Logus Germanus et expostularunt nomine Archiducis, quod in ditionem alienam et pacatam eum prosequutus oppugnaret. Responsum fuit non esse iam iis de rebus agendi locum, quamvis ante etiam satis Cracoviae iam ultro citroque^{b)} disputatum esset, debere Serenissimum Archiducem quo in statu res esset considerare aliaque potius, quae magis praesentis temporis essent, proponere.

Quo cum responso cum illi se recepissent, redierunt haud multo post ostenderuntque, si, quod in Poloniā transiisset, eum oppugnaret, primo non tanquam hostem venisse, sed tanquam Regem et electum quidem Regem ac vocatum ab iis, partim qui circa se essent, partim aliis absentibus, qui iure id se facere existimassent. Nunc si de eo certamen esset, abdicare sese eum Regno tituloque regio. Ostensum ad haec fuit de eo quidem potissimum agi, non satis tamen esse, ut eo se abdicaret, nisi id etiam caveatur, ut et stabilis pax constitueretur et controversia ea non amplius excitari posset. Ad eam rem necessarium esse, ut Archidux ipse in potestate Regis ac Reipublicae esset. Actum deinde paucis de conditionibus deditio[n]is fuit, eaeque iis fere tandem, quae sequuntur, verbis subito in pugillaribus Polonice exaratae manuque ipsius Generalis Capitanei subscriptae, missae ad Archiducem fuerunt.

In primis rogo Serenitatem Suam, ut casum hunc humane ac forti animo et heroice ferat. Iudicia divina inscrutabilia sunt. Alio loco atque alio imperio compensare id Deus potest. Homini eo loco nato fortunam adversam constanter ferre convenit. Ego non elatione aliqua animi, verum ob tranquillitatem patriae requiro, ut Serenitas Sua conferre se ad me velit in custodiā huiusmodi, quae dignitati archiducali et tam clarae domus homini convenit. Subsannatio nulla erit neque contumelia aliqua in sistendo eo Regiae Maiestati. Erit in arce aliqua privatim, tali loco atque honore, qui tanto Principi convenit, ad conventionem usque et perfectionem conditionum pacificationis Regiae Maiestatis et Regni

huius cum Caesarea Maiestate et ditionibus Caesareae Maiestatis, quemadmodum et cum ipsa Serenitate Sua familiaque eius et aliis propinquis. Quae quidem conditiones sine turpitudine sint Serenitatis Suae, maxime autem ad integritatem Regni huius et tam insignium damnorum atque sumptuum, tam publicorum quam privatorum, compensationem pertineant.

Homines nationum exterarum, qui Serenitati Suae meruerunt, salutis suae securi erunt. Qui tenuiores ex illis sunt, armis traditis sine ulla exactione precii liberi dimittentur. Insigniores salutis et libertatis securi erunt sub precio, de quo convenerit. Qui nationis Polonicae gregarii sunt milites, Regi Sigismundo et Regno iuramento praestito, liberi dimittentur. Insigniores circa Serenitatem Suam ad deliberationem Regiae Maiestatis et Senatus erunt. Quantum ad vitam et famam eorum pertinet, earum poenas non irrogatum iis iri Dominus Generalis Capitanus recipit, ita re provisa, ne posthac motus aliquos contra Regiam Maiestatem, et qui eius partes secuti sunt, itidem contra Rempublicam excitare possint.

De bonis immobilibus eorum sincere et bona fide Dominus Generalis Capitanus promittit intercessurum se ad Regiam Maiestatem. Quod ad mobilia ea pertinet, quae penes illos sunt, norunt ius hominum militarium, in quorum praeiudicium id infringere Dominus Generalis Capitanus non potest. Serenissimus Archidux nunc statim spondeat et prescribat, ut Leubolia^{z)} statim restituatur. Quas quidem suprascriptas res promitto et spondeo firmiter et inviolabiliter observatum iri. Maioris fidei causa manu mea literas hasce subscripsi sigillumque meum iis apposui. Actum Bycinæ die 24 Ianuarii anno Domini 1588.

a) *hic titulus italicus alia manu suprascriptus legitur.*

b) *sequitur expunctum verbum: iam*

^{z)} *sic in ms.*

N. 102.

s.l. [1589].

Ignotus

ad usum officii

exponuntur primum conditiones ab imperatore [Rudolpho II] positae ad tractationem pacis post proelium Byczynense, deinde conditiones regis Poloniae [Sigismundi III].

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 278-279.

Conditiones pro commissione Austriaca.

Ex litteris Caesareæ Maiestatis ad Archiducem Maximilianum, Praga XVIII Februarii in anno praesenti datis, necessaria informatio capi potest ad tractatus cum commissariis Austriacis ordiendos.^{a)} Nam satis clare etus Caesarea Maiestas ibi significat, quibus de rebus cum Regia Maiestate tractatum esse vult, nempe de eliberatione Archiducis Maxi-

miliani imprimis,^{b)} quam vult esse caput totius negotii, postea de componendis limitum differentiis aliisque controversiis omnibus, quemadmodum ipse Imperator ibidem scribit: Quae huic nostro Bohemiae Regno aliisve provinciis cum Polonia intercedunt, necnon de pactis et foederibus renovandis. Quod quidem nobis etiam ipsis opus est ad hunc praesentem actum; in primis omnia pacta et foedera, quae Regnum cum Domo Austriaca habet et cum Regnis Ungariae et Bohemiae, necnon provinciis iisdem adiunctis, diligenter revideantur et perpendantur. Et cum aliquid forte observabitur, quod nobis deest circa hos tractatus, omnia resarciri^{c)} possunt, praesertim cum sit tale pignus in manu, et cum ad tractatus ventum fuerit, non debebunt commissarii regii cum commissariis Caesaris aliquid ordiri, si tantum ad consiliarios et ordines Regni habebunt instructiones, cum legitime electo et coronato Rege omnis in Polonia cessavit anarchia.

Postea cum urgebunt eliberationem Maximiliani, quod primum et praecipuum totius negotii caput ipse asserit Imperator,^{d)} non erit fortasse neganda eliberatio, sed tamen non simpliciter, sed sub assecuratione conditionum a Regia Maiestate et Regni Senatu oblatarum, et accedendo ad conditiones par erit ostendere iniuriam esse passam Suam Maiestatem et Rempublicam et privatos cives damna. Ne id quidem tam adeo a Maximiliano, quam ab ipsa Caesarea Maiestate evenisse et ab hominibus eius iurisdictionis. Ab his ergo omnibus tam Regia Maiestas, quam et Respublica habet veniam nunc repetendae satisfactionis.

1. Primum quidem Regia Maiestas passa est iniuriam, quod liberam omnium ordinum eius electionem Archidux Maximilianus non modo largitionibus, sed et armis oppugnavit et titulum Regni sibi usurpavit. Debet igitur se ipsum obstringere, quod hunc titulum in posterum non modo sibi non usurpabit, sed etiam quod Regnum eius Maiestatis nullo unquam exquisito modo nec per se, nec per submissas personas perturbabit, transfugas et perduelles non recipiet.

2. Est etiam offensa et iniuria affecta Respublica a Caesarea Maiestate, sic etiam et Archiduce Maximiliano, ab aliis subditis Caesaris, sed maxime ab ipsa Caesarea Maiestate. Nam cum statim ab electione Respublica Caesaream Maiestatem per legatos suos ex pactis et foederibus antiquis adhortata fuisset, ne fratrem suum, ab aliquot^{e)} tantum Senatoribus contra legem et morem patrum post electionem legitimi Regis temere appellatum, ingredi Regnum non pateretur, nihil minus fecit. Cum vero homines ditionis sua et adeo forte ex aula sua immisit, vim libero Regno et eius incolis eorumque facultatibus intulit. Necesse est ergo, ut is, a quo arma et opes^{f)} emanarunt, in renovatione pactorum et foederum resarciat,^{g)} sumptus bellum ac damna passis recompenset, cum sit hoc iure communi, ut non tantum is, qui fecerit, sed et qui dederit aliquam occasionem, ad recompensandum teneatur. Iam vero non solum occasio est data a Caesarea Maiestate invadendi Regni, sed omnia etiam suggesta, quae eo pertinebant, nam si non potuit, quominus iret, tenere fratrem, potuit suos subditos.

3. Hoc etiam inter alias conditions dandum propter aeternam pacem et bonam vicinitatem, non solum cum Caesarea Maiestate, sed cum Romano Imperio et cum tota Domo Austriaca et cum Regnis et provinciis illis subiectis: omnia pacta et foedera renoventur et emendentur.

4. Limites Regni ab omnibus ditionibus caesareis et renoventur et ubi antea non fuissent, ut erigantur. Sic et omnes differentiae et contro-

versiae ut sopiantur. Quibus rebus omnibus peragendis tempus et locus in hac commissione nominetur.

5. Arx Lubowlia cum omnibus, quae ad eam pertinent, simul etiam cum ablatis in ea rebus, ut in primis ante omnia restituatur, nam ille eam interceptit, qui fuit in acie cum Maximiliano sub Bicina et est subditus^{h)} Caesaris; haec non videntur posterius relinquenda. Hoc idem sentio de Muhovitia, nam licet est hominis privati iniuria et ea arx in ditione Caesaris, tamen oportet homini patrocinari, ne per id aliquid iniuriæ patiatur.

6. Expediret etiam Reipublicae, ut dominia Caesareae Maiestatis, quae ex pactis et foederibus antiquis similibus conatibus et molitionibus opem ferre non debebant, etiam ipsis eorum Dominis, qui contraⁱ⁾ nos quemadmodum damnis dederunt occasionem, ita etiam damnorum sarcendorum onus imponeretur, ita quidem Reipublicae ipsius^{j)} respectu, quam etiam privatorum civium aliquorum, qui maiora damna patiuntur.

7. Cives et incolae Regni, qui vel contra Regem vel contra Rempubli-
cam aliquid patrarunt^{k)} vel in posterum patrabunt, et qui poenarum metu eo transfugiant, ut restituantur vel ut praesente internuncio regio in instanti puniantur.

8. Hoc etiam posteri temporis causa videtur novis pactis providendum, ut si res ad interregnum aliquando deveniret, ii omnes, qui suas negociationes habent, e Regno non egrederentur, sed usque ad nominationem permanerent, sub poena carceris et amissione omnium rerum, quas^{l)} penes se in Regno habuerint. Et quoniam non modo in praesentia, verum etiam^{m)} in futura tempora paci et tranquillitati publicae consulere par est, Archidux Maximilianus titulo suo Magistriⁿ⁾ Theutonici Ordinis Prussiae nullam prorsus faciat mentionem,^{o)} nec aliquarum provinciarum Regni Poloniae. Conditiones, quae statim expleri possunt, utpote restitutio arcium, ut praecedant Arciducis^{p)} liberationem.

Pro reliquis explendis obsides dentur, viri magni et opulentii, quemadmodum^{p)} Rex Galliarum Franciscus olim dederat duos filios obsides Carolo V Caesari.

Conditiones omnes debent potius^{q)} referri^{r)} ad ipsorum personas, scilicet nuncios et commissarios, quam ad eius personam, qui esset de tentus, propter securitatem.

Postremo illud ostendendum, quod conditiones victor dat, victus accipit. Nihilominus postpositis his conditionibus ad media descendendum saltem, ut certa et non simulata sit pax ac dignitas regia et nationis no strae conservetur.

a) in ms. ordiendis

k) in ms. pararunt

b) in ms. imprimus

l) in ms. quae

c) in ms. resarci

m) in ms. verumentiam

d) in ms. Iperator

n) in ms. Magisterii

e) in ms. aliquod

o) in ms. mentionem

f-g) haec verba in margine scripta leguntur.

p) in ms. quindm (abbreviatio vel contractio erronea).

h) in ms. subiditus

q) in ms. potus

i) in ms. solum abbreviatio: qtra (contra)
sine: qui

r) in ms. referi

j) sequuntur expunctae litterae: rect

Ignodus

ignoto

de modo, in quo archidux Maximilianus a cancellario [Ioanne Zamoyski] in captivitate tractatur; de praeparationibus ad bellum et aliae notitiae.

(*"Avviso"*)

A.M.F. F. 4293, f. 280-283.

Sopra la prigionia dell'Arciduca Massimiliano.

Da che il Serenissimo Arciduca Massimiliano rimase in potere del Cancelliere del Regno di Pollonia, si può dire che di là intorno al fatto suo non sia venuto dipoi avviso alcuno, non solamente notabile, ma neanche quasi di altra sorte, se non che egli sia trattato molto bene et molto honorato, et che habbia facultà di andare in campagna alle cacce, con esser anche intrattenuto con diversi altri passatempi. Et il Cancelliere, havendo havuto un figliolo di sua moglie^{z)} nel tempo della prigionia di questo Principe, si intende che l'abbia fatto suo compare.

Un gran numero di Tartari si era mosso per andare ai danni della Podolia, et il Cancelliere per ciò si era inviato verso quella banda con esercito, ma si intende che detti Tartari poi si fussino ritirati, et massime doppo l'essersi saputa la coronatione del Re Sueco, la quale viene anche approvata dal Turco.

Il Cancelliere, oltre alla sua autorità et valore, si può anche credere che per la sua sagace prudentia vorrà haver gran parte nella liberatione, et in ogni partito et accordo che si pigli della persona di Massimiliano, et come i Tartari fussino passati di là al fiume Niester disegnava di ritinarsene verso Carcovia.^{z)}

Con Massimiliano è prigione il Palatino di Posnania, che si dice che habbia il valsente di cinquecento mila fiorini, et di già il Regno debbe haver applicata la mira per il rifacimento de danni, patiti per le armi di Massimiliano. Il che tanto più doverà facilitare la sua liberatione.

In Pollonia sono state fatte le lettere della prima et seconda intimazione, che ciascuno debba stare preparato con arme et cavalli, per andare dove il Re, secondo il bisogno, comandassi et intimasse con le terze lettere; et per l'effetto della spesa, che occorresse per tal conto, si era cominciato a pagarsi universalmente una certa contributione di denari che publicamente si depone et conserva a tal fine, et con le lettere particolarmente si obliga ogni capo di casa per lo meno a star apparecchiato con l'armi sue per ogni caso. Con tutto ciò il Re et il Regno non è alieno dalla pace, se la Casa d'Austria la vorrà. Et la Moravia et la Slesia, sudite dello Imperatore, insieme con tutti li altri vassalli di Sua Maestà Cesarea circunvicini la desiderano sommamente et che si conservi la confederatione antica che hanno con la Corona di Pollonia.

Dalla banda dell'Imperatore non si sente altro, se non che Sua Maestà permetta che i passi stiano aperti et che i suoi popoli sino ad hora, come prima, habbiano commertio et traffichino con li Pollacchi. Et non convenendo alla grandezza et anche alla singular prudentia di Sua Maestà Cesarea il far motivo alcuno, se non con fondata resolutione et con quella potenza et ordine di forze che ben conviene alla Maestà Sua, non si sente

sino al di d'oggi alcun suo preparamento di arme, et anche si crede che aspettasse un corriero di Spagna con la risposta et volontà della Maestà Cattolica, la quale a quest'ora doverà pur esser arrivata, et forse ancho la Maestà Sua giudica che l'indugio in questo negotio possa tal volta migliorargli le condittioni con il prospero successo, che havesse l'armata cattolica in Inghilterra per il grande accrescimento di reputatione alle forze et all'autorità di Sua Maestà Cattolica et, per conseguenza, in questo caso di tutta la Casa d'Austria. Et si dice anchora, se bene non se n'è visto per anchora l'avviso certo, che il Signor Duca Vespasiano Gonzaga si sia mosso, per comandamento della Maestà Cattolica, per trasferirsi anch'egli in Corte Cesarea, per conto medesimamente di Massimiliano, et sarà al sicuro partito.^{a)}

Pareva che Sua Maestà Cesarea havesse desiderato che li Arciduchi Ferdinando et Carlo, et anche Ernesto, si fussino abboccati seco, ma o sia perché Ferdinando non vi si voglia ritrovare, o per non mettere il mondo con uno abboccamento tale in concetto et speranza di effetti grandissimi, li quali poi non corrispondessino all'espettatione, pare che la cosa si sia raffreodata. Et per far la guerra alla Pollonia si dubita che la Maestà Sua troverà poca inclinatione et men soccorso in tutti li suoi stati, et massime che li Pollacchi con gran diligenza hanno cercato di insinuar per tutto, che la mossa di Massimiliano sia stata fondata in aria et su la violenza et speranza di fuorusciti et di alcuni pochi malcontenti.

Et l'Imperio anchora, cioè li protestanti, pare che si dichiarino di non voler rompere per Massimiliano la pace antica, che hanno con la Pollonia, venendo scritto di Cracovia che vi fusse giunto un'Ambasciatore dell'Elettore di Brandemburgh che, anche a nome delli Elettori di Sassonia et del Palatin del Reno, et dell'i altri Principi loro seguaci, assicurava il Re Sueco della buona amicitia loro et che non si moveranno contro di lui per la Casa d'Austria. Et le lettere sono dell'ultimo d'Aprile.

Et con lettere de 12 del passato, scritte parimente di Cracovia, s'intende che presto si fusse per tener la Dieta Generale del Regno, per deliberare intorno al castigo dei rebelli et seditiosi prigioni et degli altri, che n'erano citati circa 2500, che hanno seguitato con le armi Massimiliano. Et si intende anchora che l'Arcivescovo di Napoli, Nuntio, era per andare a trovare il Re coronato et che di già haveva havuto il salvo condotto per potervi andare sicuramente, come che i Pollacchi siano mal sodisfatti di lui, come di troppo partiale di Massimiliano, et che hanno anche havuto sospetto che nell'haver egli ultimamente, quando nell'ultimo fatto d'arme fu fatto prigione Massimiliano, procurata una sospensione d'arme per certo tempo, havesse havuta per fine di dare spatio a Massimiliano d'ingrossarsi di gente, onde poi non sarebbe riuscito quel che così felicemente successe alli Pollacchi, di havere nelle loro forze i lor rebelli et perturbatori.

La Regina Anna, tutta piena di religione et di carità, doverà fare ogni offitio per la pace et perché Massimiliano sia liberato, con più suo gusto che sia possibile.

Il Vescovo di Cracovia s'intende che sia tenuto come padre dal Re novello et che parli et tratti seco molto volentieri.

Il Cardinale Battori et il Signor Baldassarri sono in stima et in favor grande. Et il Regno gli ha dichiarati indigeni di Pollonia, et che come tali, possino havere benefitii et offitii nel Regno, eccettuato però che non possino haver voto nella nomination et inauguration del Re, et che il Cardinale non possa esser mai Primate, cioè Arcivescovo di Gnesna, et

che nelle sessioni habbia a haver quel luogo che si converrà alla dignità di quel benefitio ecclesiastico che egli haverà nel Regno.

Intendesi che li Principi protestanti, hoggi più che mai, stiano ingelositi et quasi tutti armati per conto del nome della Santa Lega et del sospetto che tutto si volti all'estirpation loro, et insin mostrano di sospettare che l'Imperatore sia in detta Lega anch'egli, talché la Maestà Sua duri fatica a disingannarnegli per respetto del poter trattare con esso loro le occorrenze dell'Imperio et li interessi delle contributioni et aiuti suoi.

^{b)} Ha da essere in Corte di Pollonia il Marchese di Baden, fratello cugin carnale del Re, amatissimo da Sua Maestà, se già non sia partito per Italia, sicome disegnava di fare, con havere havuto licenza da Sua Maestà per tre mesi.^{c)}

a) *verba: et sarà al sicuro partito scripta sunt in margine.*

b)-c) *alia manu.*

z) *sic in ms.*

N. 104.

s.l. [ante III.1589].

Ignotus

ignoto

de tractationibus in negotio pacis Bendzinensis.

(*"Avviso"*)

A.M.F. F. 4293, f. 284.

Heri Christophorus Popel, Dominus Nicolaus Istwanffii Bendinium profecti sunt. Illustrissimus Dominus Cardinalis hac hora noctis 4 Bendzino venit, aliquid novi a dictis Polonis, nobis utinam boni quidpiam, allaturus. Verendum est, ne negocium propter Comitia Polonorum 5 Martii futura vel differatur, vel ad minus in longum extrahatur.

Alterius partis commissarios, nostrum omnium loco ac nomine, prout illi semper nobis fecerunt, visitaturi ac salutaturi. Quibus illi obviam honoris ergo iustum comitatum centum et amplius equitum miserunt honorificeque excepérunt et honeste habitos ac prandio, praeter dictos Dominos collegas nostros, qui apud Illustrissimum Dominum Cardinalem comedérunt, exceptos omnes, qui ex familiaribus nostris ac reliquorum commissariorum istic erant, domum redeuntes vicissim ad eum locum, ubi iis venientibus occurrerant, comitati fuerunt.

Sed vulgaris humanitas externa, cui ut interni animi sensus respondeat cupimus, optamus quidem certe. Verum hactenus ita res tractationis huius administrata ab iis est, ut parum aut nihil studii ad pacem utrinque procurandam attulerint, sed in suo obfirmaturi animo persistent. Quod vero de progressu negocii huius sperandum sit, non est praesentis temporis id perscribere.

Pragae, 18.II.1588.

*Rudolphus [II imperator]**archiduci Maximiliano**de clade ad Byczynam eum consolatur; de ingressu copiarum cancellarii
[Ioannis Zamoyskii] in Silesiam conqueritur; de liberatione se omnia
facturum eum assecurat.**(Exempl.)*

A.M.F. F. 4293, f. 285-286.

Rudolphus etc. Serenissimo etc.

Redditiae nobis sunt per consiliarium nostrum ac praesidiarium militum civitatis nostrae Viennensis, Capitanum Engelhardum Kurtz a Senfftenuau, fidelem nobis dilectum, binae Serenitatis Vestrae literae. Quibus cum ea, quae iam ante diversorum relationibus de Serenitatis Vestrae proelio cum Regni Poloniae Cancellario eiusque exercitu infoeliciter commisso acceperamus, confirmarentur. Nos sane eo nuntio vehementer perturbati sumus ac, uti pro fraterno nostro in Serenitatem Vestram amore et pietate debuimus, summum ex hoc tam insperato gravissimoque casu dolorem cepimus. Verum ea est Serenitatis Vestrae magnanimitas, ut cum non ignoret, quae sit rerum humanarum vicissitudo ac quam anceps belli exitus, nobis ita persuasum habeamus Serenitatem Vestram adversum hunc, non minus quam secundum fortunae eventum, constanti fortique animo laturam esse. Ac ea quidem de Serenitatis Vestrae virtute concepta fiducia, ipsi quoque dolori nostro facilius temperamus.

Quod autem ad propositam a Cancellario pacis tractationem attinet, nos quidem hanc voluntatis suae declarationem benigno gratoque animo accipimus. Etenim ea semper iam pridem fuit ac etiamnum est integerima mens nostra, ut nihil aequi in votis habeamus, quam inter nostra et Poloniae Regna annexasque iisdem provincias eam, quae hactenus utrinque intercessit, amicitiam bonamque vicinitatem ali atque conservari. Ac proinde ea maxime consilia amplecti cupiamus, quae huc opportuna sint. Id quod vel ex eo colligi potest, quod etsi Cancellarius mox post Serenitatis Vestrae in Poloniae Regnum ingressum, nulla a nobis lacescit iniuria (neque enim voluntarii illi equites, qui Serenitatem Vestram e Silesia sine maleficio Cracoviam comitati sunt, idoneam aliquam causam praebuisse dici possunt), suos in ditionem nostram emiserit milites, qui ferro et igne, uti diversis in locis factum est, rem agerent, ac demum eodem tempore, quo missis ad nos Cracovia per Lukomcium literis (quarum quidem exemplum his adiungi iussimus) a nobis postulabatur, ut Serenitatem Vestram revocaremus ac arcem Lubovliam a Valentino Propostwari, quem tamen nec nostris stipendiis conductum, neque ex praesidiis nostris militem collegisse, nedum nostro iussu vel scitu dictam arcem occupasse constat, interceptam restitui curaremus, ipse Cancellarius praedicto Lukomcio ullove responso haud expectato, Poloniae fines transgressus Silesiam, quo Serenitas Vestra relicto iam eodem Regno se repererat, valido cum exercitu invaserit, Serenitatis Vestrae copias proelio fuderit ipsamque in oppido Pitschinensi obsessam et ad ditionem compulsam in Poloniam captivam abduxerit, eoque non contentus rapinis ferro et igne in subditos nostros grassatus sit, sicque nullum hostilitatis genus praetermisserit.

Nos tamen, pro solito nostro pacis colendae studio, ab iniuria referenda, cuius quidem occasiones nobis haud defuissent, tum ipsi abstine-

rimus, tum et militem nostrum, quem in limitibus habuimus, eosdem transgredi hactenus minime passi simus. Et quamvis nec nunc huiusmodi rapinis, caedibus atque incendiis finem imponi intelligamus adeoque officii nostri ratio id a nobis videatur exigere, ut ea tandem capiamus consilia, quae ad fidelium subditorum nostrorum defensionem et tutelam pertinent, nihilominus tamen ut eo magis etiam omnibus constare possit nos, posthabitatis quibuscumque iniuriis, non tam vindictae, quam quietis tranquillitatisque publicae retinendae studiosos esse, in memoratam pacis tractationem ea ratione et pacto condescendemus, ut generali eousque, donec tractatio illa in effectum dederetur, armorum suspensione utrinque instituta, Cancellarius tam suo, quam aliorum Serenitatis Vestrae electioni adversantium nomine curet ac re ipsa efficiat, quod caedes illae, rapinae ac incendia plane cessent, militares suae copiae a Silesiae limitibus protinus dederantur, nostrique adeo subditi ulteriori aliqua iniuria seu molestia minime afficiantur adeoque Regni Poloniae status suam his de rebus voluntatem, ut quid nobis ea in parte expectandum sit, certo scire possumus, declarant.

Id si fiat, nos vicissim curaturi ac re ipsa praestituri sumus, ut Silesiae Principes et status caeterique nostri subditi et milites, in limitibus illis constituti, ab omni maleficio ac in Poloniae Regnum invasione abstineant. Ac in eum quidem finem scribimus iam nunc Episcopo Vratislaviensi, tanquam supremo Silesiae Capitaneo, ut in eum, quem diximus, eventum se huic nostrae resolutioni accommodet. Quod vero ad negotium principale, nimirum Serenitatis Vestrae liberationem spectat, nos id nunc agimus, ut cum causa haec ad universam inclytam Domum nostram Austriacam aequa pertineat, re tota cum caeteris eiusdem Domus Principibus communicata, eas rationes ineamus, quibus de liberatione illa opportune transigi possit. Quemadmodum vero non omittemus, quin de iis, quae inter nos ac praedictos Domus nostrae Austriacae Principes convererint, Serenitatem Vestram primo quoque tempore faciamus certiorem, ita accepta statuum Poloniae declaratione cognitaque eorum voluntate, diem futurae tum de dicta liberatione, tum etiam componendis limitum aliquis differentiis, quae nobis ac nostro huic Bohemiae Regno annexisque provinciis cum Polonia intercedunt, necnon de pactis et foederibus renovandis tractationi, quanto citius fieri poterit, designaturi sumus. Quae quidem Serenitati Vestrae ad memoratas suas literas rescribenda duximus, eidem, quod reliquum est, fraternalae ac sincerae benevolentiae et amoris nostri studia propensissimo animo deferentes. Datum Pragae die decima octava Februarii anno Domini 1588.

N. 106.

Pragae, 2.VII.1588.

Rudolphus [II imperator]

episcopo Vratislaviensi [Andreae Jerin]

ad tractationem induciarum a cancellario [Ioanne Zamoyski] propositam
consentit.

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 287-288.

Rudolphus etc. etc.

Reverende etc. etc. Redditae nobis sunt superiori mense Aprili abs te literae, quibus induciarum conditiones, a Regno Poloniae Cancellario

paucis ante diebus tibi transmissas, una cum literarum eodem tempore ad te datarum exemplo, nobis communicasti. Cum vero haec non solum eius qualitatis esse viderentur, ut matura deliberatione indigerent, verum etiam nos ad ea, quae decima octava Februarii ad Serenissimum Principem Dominum Maximilianum, electum Regem Poloniae etc., fratrem nostrum charissimum, ratione propositae ab eodem Cancellario mox post Pitschinensem cladem de pace tractationis scripseramus, non tam ipsius Cancellarii, a quo solo conditiones illas proficisci arbitrati sumus, quam Regni istius ordinum et statuum responsum ac ulteriore resolutionem expectaremus, factum est inde, ut ad memoratas tuas literas tardius rescribamus.

Edocti autem postmodum Cancellarium Doctori Georgio Kaal, a praedicto Serenissimo Rege electo huius rei causa ad se ablegato, easdem, quas antea tibi transmiserat, induciarum conditiones publico ordinum et statuum nomine exhibuisse, nos re denuo pro eiusdem gravitate in deliberationem adducta ac cum iis, ad quos illa aequae pertinet, communicata, nostram tibi mentem hisce tandem literis declarare voluimus.

Ea vero talis est, ut quemadmodum pro solito nostro communis quietis, tranquillitatis et concordiae iuvandae studio id nos curatueros esse obtulimus, ut eousque, donec memorata tractatio in effectum deducatur, nostra ex parte ab omni maleficio ac in Regnum Poloniae invasione abstineatur. Idque, deductis a confiniis militaribus nostris copiis, re ipsa praestitimus. Ita etiamnum idem nobis animus eademque maneat voluntas, dummodo nobis pari sinceritate respondeatur, neque aliter statuendi causa praebeatur. Quin et istud nos curae habituros pollicemur, ut qui praedicti Serenissimi fratri nostri partes sequuti sunt Poloni ac securitatis suae causa in ditiones nostras se receperunt, Regnum istud eiusve incolas et subditos ex iisdem ditionibus nostris minime infestent, vel hostile quid in eosdem moliantur vel attentent. Quatenus tamen nec in nostros, qui istic sunt vel detinentur, ad futuram usque pacis tractationem durius aliquid statuatur. Et hac quidem de re Poloniae statibus per speciales literas, manu et sigillo nostro caesareo ac regio firmatas, cavebimus, si (quod utique ab aequitate haud alienum censeri debet) iidem status suas nobis priori loco literas assecutorias transmiserint.

Quod vero ad futurae tractationis locum, diem et formam spectat, nos in eo nunc sumus, ut non modo cum patruis et fratribus nostris charissimis, Archiducibus Austriae, sed et Serenissimi Regis Catholici ad hoc deputatis mandatariis et oratoribus, intra paucissimas septimanas, sub initium scilicet mensis Augusti proxime instantis, conveniamus, tum de his, tum de aliis ad tractationem illam opportunis consilia collaturi ac rem eo directuri, ut huiusmodi tractatio ante primum diem mensis Octobris suum sortiri possit effectum.

De arce Lublowa^{z)} quo pacto se res habeat, nobis haud satis constat. Ideoque hunc quoque articulum ad commissariorum conventum ac futuram ibidem tractationem differendum esse existimamus.

Et haec sunt, quae in praesentiarum tibi rescribenda duximus. Cui de caetero gratiam nostram caesaream et regiam benigne deferimus. Datum Pragae die 2 Iulii 1588.

z) sic in ms.

Pragae, 11.VII.1588.

Rudolphus [II imperator]
"Serenissimo" [archiduci Maximiliano]
de futura tractatione induciarum

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 289.

Rudolphus etc. Serenissimo etc.

Serenitatis Vestrae legati, Engelhardus Kurtz a Senftenau, consiliarius noster ac praesidiariorum militum civitatis nostrae Viennensis Capitanus, et Andreas Hannibaldt in Pilssnitz, fideles nobis dilecti, accurate nobis exposuerunt ea, quae Serenitatis Vestrae nomine per ipsos nobis referri voluit. Ex quibus intelleximus, quae Regni Poloniae Cancellarius et coram cum Serenitate Vestra contulerit et per dictum Hannibaldt, hac de causa ad ipsum missum, uberioris eidem significarit. Quae cum Cancelarium ad restabiliendam inter nos inclytamque nostram Austriae Domum ac Poloniae Regnum firmam pacem, amicitiam et concordiam inclinatum esse innuant, equidem nos, qui publici boni, quietis et tranquillitatis praecepitam semper rationem ducere assuevimus, nec hoc loci, licet non desint talia, quae diversum nobis suadeant, quod ad huiusmodi pacem mutuamque benevolentiam firmandam pertinere ac citra inclytas Domus nostrae iurium et dignitatis praeiudicium fieri posse iudicabimus, in nobis facile desiderari passuri sumus. Ut hanc nostram integerrimam mentem priores literae, mense Februario ad Serenitatem Vestram scriptae, tum illae etiam, quas hisce diebus proximis ad Reverendum Principem nostrum et fidelem dilectum, Episcopum Vratislaviensem etc., praedicto Cancellario easdem transmissurum (quarum etiam exemplum his annexum erit), dedimus, abunde testantur.

Quod autem ad futurae tractationis in confiniis per utriusque partis commissarios ineundae locum, diem et personas ad hoc deputandas et ad ea spectat, quae de termino inducis praefinendo, de commissariorum numero et comitatu, de Sanctissimi Domini Summi Pontificis Legato et aliis nonnullis proposita sunt, cum de illis omnibus non nisi re tota et cum Serenissimi Regis Hispaniarum Catholici etc., avunculi, sororii et fratribus nostri charissimi, mandataris et oratoribus et cum patruis fratribusque nostris charissimis, Archiducibus Austriae etc., sub initium mensis Augusti hic adfuturis, communicata, quicquam a nobis statuendum censeamus, idcirco resolutionem nostram in conventum istum differimus.

Inde collatis consiliis Serenitatem Vestram de his, quae inter nos tam de die (quem quidem eo dirigere studebimus, ut ante Calendas Octobres suum sortiatur effectum), quam alias conclusa fuerint, primo quoque tempore certiore facturi. Interim vero id curatur, ut (quod et antea nos facturos obtulimus) induciae nostra ex parte, dummodo a Polonis idem fiat, serventur. Quod autem huiusmodi induciarum publicatio sub sigillo nostro caesareo fieri debeat, id vero consideratione dignum videtur, nisi illud a Poloniae statibus prius factum fuerit. Quo casu nostras quoque literas eadem de re expeditas ipsis statibus citra moram transmittemus. Quae quidem Serenitati Vestrae hoc tempore rescribenda duximus, eidem, quod reliquum est, fraternae benevolentiae nostrae et synceri amoris studia propenso animo deferentes. Datum Pragae die XI Iulii 1588.

Ignotus

allegorias de rebus et personis Polonae gentis et aliis cum bello Troiano comparatis versibus ex Aeneide exponit.

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 290.

Troas

Corona di Polonia

Ruit alto a culmine Troia.

Massimilianisti

Instar montis equum perversae Palladis arte
Aedificant.

Legato del Papa

Ducendum ad sedes simulacrum.

Ambasciadore dell'Imperatore

Laxat claustra Sinon.

Arcivescovo di Gnesna

Duci intra muros hortatur et arce locari, sive dolo.

Ragunanza fatta nella Polonia Maggiore

Scilicet in nostros fabricata haec machina muros.

Nobiltà Polacca

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Re

Infelix Priamus

Arciduca Ernesto²⁾

Iamque aderit multo Troiae cum sanguine Pyrrhus.

Regina

Hic Hecuba complexa Deum simulacra tenebat.

Gran Cancelliere et Generale del Regno

Et lux, Dardaniae spes et fidissima Teucrum.

Dii, si qua est coelo pietas, si talia curant,
persolvant illi grates et premia reddant,

Nec cessa.

Mariscalco Maggiore della Corona

At Capys et quorum melior sententia menti.

Palatino di Cracovia

Mitissimus unus.

Palatino di Lublino
Qui gener auxilium Priamo Phrygibusque tenebat.

Palatino di Vilna
Expectate, venis solus de gente.

Cardinale Radivilli
Danaum que patescunt insidiaæ.

Palatino di Troca et il Gran Maresciallo di Lituania
Gemini a Tenedo angues.

Vescovo di Chelma
Venit summa dies et ineluctabile tempus
Dardaniae.

Il Castellano di Podlachia
Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris.

Palatino di Siradia
Criminibus terrere novis.

Il Signor Giordano
Contemptor divum Mezentius.

Il Signor Cazmirschi
Huic socium se addit.

Iustificatia ^{z)}
Artisque Pelasque.

Trasportatione della Dieta
O Patria, o divum domus, Ilium.

z) sic in ms.

N. 109.

ex castris, 20.IX.1589.

*Heder bassa, generalis exercituum sultani [Murati III]
ad ducem exercituum Polonorum [Ioannem Zamoyski]
de iniuriis a Cosacis illatis conqueritur.*

(*Exempl. Adest aliud exempl. f. 424*)

A.M.F. F. 4293, f. 291.

Illustrissime ac Magnifice Domine, Amice honorande.
Illustrissimae ac Magnificaæ Dominationi Vestrae officia mea com-
mendo.

Ex litteris Illustrissimæ Dominationis Vestrae intelleximus bonum

animum habere erga nos et bonam voluntatem piumque desiderium in pauperes. Certe nos quoque in his valde delectamur. Nam Illustrissima ac Magnifica Dominatio Vestra suis in litters nobis significavit adventum Illustris ac Magnifici Domini Legati Serenissimi Regis Poloniae. Etiam adventum Suae Magnificentiae nos magno desiderio quotidianie expectamus. Et ad ostendendam benevolentiam nostram Cameneciam usque mittimus Fidelem et Generosum Bechleambeg, Supremum Czausum nostrum, ut tutius et liberius Sua Dominatio Illustrissima possit venire. Porta Serenissimi Caesaris nostri omnibus est aperta, et praesertim hominibus Serenissimi Regis Poloniae. Quando Dominus Legatus venerit, certus sum, quod res in meliori statu erunt.

Quaerellas multas Caesar Serenissimus contra istos Kozakos pessimos habet, et certe si non esset respectus amicitiae Serenissimi Regis, nos ipsi vindictam fecissemus. Sed usque modo multas vices habita est quaerella contra illos apud Suam Maiestatem Serenissimam, et hucusque nullam provisionem vidimus fecisse. Hoc non convenit vinculo amicitiae. Nos aliquot Kozakos vinctos habemus, qui nobis dixerunt habere protectores suos Dominos et nobiles Polonus et, quod peius est, ab illis Dominis solent habere et victimum et vestitum et arma et omne adiutorium. Quando Illustrissimus Legatus apud nos erit, dabimus operam, ut istae differentiae nostrae, ortae causa istorum latronum, exitum habeant. Ab initio imperii Caesaris nostri moderni isti latrones Kozaczy multa damna quolibet anno fecerunt subditis Serenissimi Caesaris nostri, et praesertim his annis elapsis arces Tehinam et Oczakoviam una cum districtu Moncastri combusserunt et homines promiscui sexus occiderunt et captivos fecerunt.

Ex ipsis finibus multae quaerellae habitae sunt apud Serenissimum Caesarem Turcarum, sed semper expectavimus, ut Serenissimus Rex cum Senatu iustitiam administraret. Ista nostra diurna expectatio vana fuit et, quod amplius, nobiles existentes in ipsis finibus pessimis latronibus omne adiutorium contra cives Tehinae et caeteros subditos nostros dede-reunt. Certe a bonis amicis et vicinis tantas iniurias non expectavimus. Nos non sumus discessuri, usque quo exitum istorum latronum videbimus. Spero, quod Rex Serenissimus et Dominatio Vestra finem dabunt ipsis nostris iniuriis, habitis ab ipsis nequissimis Kozaczys. Et si hoc videbimus, sciat Dominatio Vestra, quod amicitia nostra in aeternum manebit, quemadmodum nuper fuit.

Caesar Serenissimus iussit nobis, ut curam haberemus, ut nullus ex ipsis latronibus his finibus nostris damna faciat. Si Illustrissimus Dominus Legatus venisset, quando nos Adrianopoli eramus, neque Princeps Scytharum tam magna damna et incendia populo nostro fecisset, sicut fecit. Et hoc actum est scitu Kozakorum. Dominatio Vestra Illustrissima sciat, quod opus est finem ponere ipsis perfidis Kozaczys. Et si hoc non erit, neque vestris populis neque nostris ulla quies erit. Videat Vestra Illustrissima Dominatio, quod Caesar Serenissimus multa Regna sub suo dominio tenet, ea omnia regnaturus uno ordine unaque iussione. Et hoc mirum est, quod Serenissimus Rex ipsis latronibus non potest frenum obedientiae ponere.

Aliud dicam. Isti latrones ausi sunt etiam comburere navem unam prope Moncastrum, quae erat plena mercioniis, et homines et res in nonnullis oppidis in finibus vestris adduxere cum consensu nobilium. Nos ab amicis tam magna damna non expectavimus. Pacifice venimus,

sine exercitu, tantum ut videamus finem latronum. Et certus sum, quod Dominationes Vestrae providebunt. Aliud dicam Dominationi Vestrae Illustrissimae. Mense Iunio ausi sunt isti Kozaczy pessimi fines Scytharum aggredi et civitatem Cozoviam,^{a)} sub imperio Scytharum positam, devastarunt et multa damna fecerunt. Si, pessimi, hoc non fecissent, Scythaes provincias vestras non invasissent, nec tam magna damna pauperibus fecissent, quemadmodum fecerunt. Opus est, ut iugum ponatur istis latronibus. Quod si vos non feceritis, necesse, ut nos faciamus. Et si Serenissimus Rex curabit istud negotium, Caesar noster Serenissimus tam bonus amicus erit Regno Poloniae, quemadmodum fuerunt priores Imperatores.

Ego in hoc ero fideiussor. Et si iustitia contra Kozakos non administrabitur, neque vestris neque nostris subditis ulla requies erit. Melius nobis videtur, ut una et altera pars tutum iter habeat in publicis et privatis negotiis. Ergo Dominatio Vestra Illustrissima curet, ut iustitia optima administretur contra istos pessimos latrones, propter requiem et tranquillitatem ambarum partium. Caesar Serenissimus nobis et Principi Scytharum imposuit negotium istud, ut curemus evellere istos latrones. Si Rex Serenissimus operam dabit extirpare Kozakos et nonnullas arces in finibus Podoliae et Volhniae funditus destruere, ubi isti latrones solent manere, nostra amicitia in perpetuum erit. Quando nobiscum Illustrissimus Legatus res istas optime tractaverit, nos Suam Dominationem Illustrissimam, ut convenit dignitati sua, magno cum honore ad Portam Serenissimi Caesaris Turcarum curabimus mittere. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Dominationem Vestram incolumem servet. Videat Dominatio Vestra Illustrissima, pauperes multa damna passi sunt propter insolentiam istorum Kozakorum. Ex castris XX Septembbris.

Vestrae Illustrissimae Dominationis sincerus amicus Heder Bassa Generalis exercituum Serenissimi Caesaris Turcarum.^{b)}

a) *in alio exemplari*: Kozloviam

b) *hic in alio exemplari adiunctum est*:
Descriptum 13 Octobris 1589

N. 110.

Varsaviae, 1.IV.[1589].

*Ignotus
ignoto
de factionibus in comitiis
(Exempl.)
A.M.F. F. 4293, f. 292-293.*

Continuatio eorum, quae in Comitiis gesta sunt Varsaviae prima die Aprilis.

Duo hominum genera reperiuntur hic inter ordines. Quidam enim fa-

ventes sunt Serenissimae Domui Austriacae, et singulariter Serenissimo electo Regi Maximiliano, qui nunc maxime dolent, quod non potius Suae Maiestati Regiae adhaeserint in electione. Quidam sunt contrarii ex diametro Serenissimae Domui Austriacae, praecipue vero Serenissimo Regi Maximiliano infensi, quorum est antesignanus Cancellarius, qui dum arma Regni habeat in manibus, aliis videtur esse terrori, et qui omnia pro suo arbitratu et libitu acta et gesta esse his in Comitiis contendit, sic ut manifestum fere sit, nisi aliquo praesidio iis, qui nostrarum partium sunt, subventum fuerit, eos a reliquis oppressuros.^{z)}

Sigismundus quidem sese declaravit, quod in Regno permanensur sit, omnium tamen et amicorum et inimicorum est haec sententia eum omnino habitaturum^{a)} in Suecia, et si aliquandiu adhuc sic perseverabit. Ideo igitur adversarii summopere contendunt et in casum ipsius discessionis modum electionis ad suum arbitrium in promptu haberent, Serenissima Domo Austriaca ante omnia exclusa.

Metuunt praecipue adversarii, ne Serenissimus Rex Maximilianus vi et potentia Regnum invadat, imo firmiter asseverant Suam Maiestatem Regiam eius esse instituti. Habent quoque Sacram Caesaream Maiestatem hac in re valde suspectam,^{b)} una cum Serenissima Domo Austriaca, siquidem ad litteras Sigismundi hactenus nihil rescripsierint, num ut prae-stare velint, ut Serenissimus Rex Maximilianus transactioni Bytomiensi satisfaciat. Existimat igitur, si Serenissimam Domum Austriacam, et nominatim Serenissimum Regem Maximilianum, a spe Regni adipiscendi unquam publica constitutione deicerent, quod hoc modo et Serenissima Domus Austriaca una cum Rege eo adduci possent, ne quidquam amplius adversus illos tentarent idque ea ex causa vel maxime, cum neminem amplius haberent in Regno, qui eis propter constitutionem praedictam adhaerere ulterius auderet. Praetendunt tamen primo esse Domui Austriae hac constitutione, quod eum in posterum ab electione regia excludere velint, comminandum, ut sic forte videntes se esse privatos seu exclusos, Serenissimum Regem ad satisfactionem^{z)} transactioni adigerent.

De his itaque dum deliberant et consilia ineunt adversarii una cum reliquis, qui nobis favent, adferuntur illae denunciationes^{c)} Turcicae, de quibus antea 28 Martii scripsi, quae quidem homines hic valde perturba-runt ac eo coegerunt, ut quam ardentissime modum defensionis tractandum susceperint. Designarunt igitur certas personas, ut hac de re statuerent et concluderent^{d)} citius.

Haec dum pacto tractantur, dubitare iam ipsimet incipiunt de bello adversus Turcam^{e)} gerendo. Evenit igitur, dum prius quilibet praetendebat Comitia propter imminentis periculum a Turcis non diu duratura, quod iam ex more antiquo per integras septimanas sex continuabuntur. Et ipse sane Cancellarius Ruthenique et Podolienses hinc valde properare videbantur, sed iam omnino hic haerent.

Quamquam autem, ut praefertur, modum defensionis eo celerius constituendum valde necessarium esse praetendebant, nunc remissiores hac in parte facti, nam aliud aliquot dierum spatio, quam ut Domus Austriaca excluderetur^{f)} a Regno, agebant. Estque ea de causa exorta magna contentio inter spirituales et Cancellarium. Spirituales hac in re nihil plane consultum esse voluerunt. Contra vero Cancellarius nihil agere voluit, priusquam hoc concluderetur. Ad haec quod regimen mili-

tare deponere velit iactabat, nisi de hac exclusione Domus Austriacae decideretur aliquid.

Domini quidem spirituales et eorum adhaerentes, quanvis firmissimas rationes adferebant, quibus intentionem hanc Cancellarii oppugnabant, post multas tamen et longas contentiones hoc ad consilium accesserunt, limitantes exclusionem istam eo videlicet pacto, ut primum et ad Summum Pontificem et ad Caesarem ablegarentur oratores hac cum admonitione, ut transactioni Bytomensi fiat satis. Interea tamen, ut his in Comitiis confoederatio ineatur talis: si Caesar et Maximilianus omnisque Domus Austriaca^{g)} hoc in tempore, antequam Comitia iterum celebribuntur, transactioni praememoratae non satisfecerint, ut tandem in illis Comitiis proxime futuris tota Domus^{h)} Austriaca a Regno excluderetur. Haec vero confoederatio, ut propriis subscriptionibus et sigillis omnium Senatorum et nunciorum terrestrium signaretur atque in thesaurum regium usque ad proxima Comitia reponeretur. Hic igitur si Domus Austriaca ad placitum eorum non adimpleverit transactionem praefatam, quod eadem confoederatio tunc demum publicari et singulari constitutione denuo confirmari debeat.

Ut autem exclusionem hanc eo citius adversarii assequerentur, ediderunt rumorem Serenissimum Regem Maximilianum cum validissimo exercitu esse iam in procinctuⁱ⁾ versus Cracoviam.^{j)} Ex hoc itaque rumore (cuius autorem esse aiunt Battorem Cardinalem) magis ac magis et ferventius eandem exclusionem urgebant.

Succedunt haec omnia eo facilius adversariis, et praesertim Cancellerio, quod ipse summam rerum ac potentiam obtineat quodque nostri fere nullo praesidio nitantur. Oportet itaque auxilio eis adesse, ut resistere valeant inimicis. Neque enim tanti habetur confoederatio haec, si solummodo Serenissimus Rex Maximilianus quam potissime ingredieretur Regnum, quod observari ab eis debeat.

Non est autem novum in Polonia eiusmodi fingere et refingere, item mutare et plane abolere constitutiones, tenent nanque hanc regulam, quod pro ratione temporis et occasionis illi suas omnes leges vel observare vel plane deserere valeant. Imo iam praeferunt quidam magnae autoritatis viri praememoratam confoederationem contra Domum Austriacam esse omnino invalidam, quod non nisi a tota universitate in Comitiis electionis regiae constitui debeat idque eo respectu habito, quod ut ius aliquem in Regem eligendi, sic etiam in Regno quempiam excludendi ad omnes et singulos regnicolas pertineat, electionem itaque et exclusionem regiam non nisi ex privilegiis et iuribus Regni mediandam et stabiendam esse, quemadmodum Henrico Regi quoque accidit, qui non in Comitiis Senatorum et nuntiorum terrestrium, sed in congregatione privilegiata totius universitatis, antequam ad alium Regem eligendum processum esset, Regno privatus est.

- a) *in ms. habiturum*
- b) *in ms. suspecta*
- c) *in ms. dunctiones*
- d) *in ms. concludent*
- e) *in ms. Turca*
- f) *in ms. excluderentur*

- g) *in ms. Austriacae*
- h) *in ms. Domo*
- i) *in ms. procintu*
- j) *in ms. Cracovia*
- z) *sic in ms.*

Ignotus

ignotis

de invasione ab archiduce Maximiliano facta in Regno Poloniae; de ingressu copiarum Polonarum in Silesiam; de detentione Maximiliani

(Exempl. Adsunt alia duo exemplaria: f. 303-311 et 313-318.)

A.M.F. F. 4293, f. 297-302.

Sopra l'invasione fatta dall'Arciduca Massimiliano nel Regno di Pollonia.^{a)}

Quidam ex statibus Regni Poloniae inferunt Serenissimum Archiducem Austriae Maximilianum exercitu valido sicque manu armata, nullo iure nullave istius facti iusta causa habita, Regnum hostiliter invasisse, Cracoviam, primariam Regni urbem, oppugnasse, deinde alia loca multa devastasse et depopulasse.

Inferunt et hoc Sacram Caesaream Maiestatem et Regem Ungariae et Bohemiae, omnem itidem Domum Austriacam necnon incolas Regni Ungariae quosdam et Bohemiae, Archiducatus itidem Austriae, Marchionatus Moraviae et Ducatus Sylesiae, Serenitatem Suam hac in parte iuvuisse.

Adiiciunt insuper Serenissimum Archiducem Maximilianum incolas et subditos Regni rebelles in suam tutelam recepisse eosque fovisse.

Et haec omnia quoniam facta et commissa sunt, perinde igitur pacta mutua esse violata asserunt, idque quod verum sit ut probarent, eorundem pactorum clausulam subsequentem inducunt:

Nec alteruter^{b)} nostrorum quicquam faciet, cupiet, pertractabit aut molietur, quod contra alterutrum nostrum, eius liberos, haeredes, Regna, Principatus, dominia, subditos, honorem, statum, dignitatem aut augmentum sit, seu esse aut tendere possit. Praeterea nullus nostrum ad alterius haereditaria Regna, Principatus et dominia aspirare aut anhelare debet, nec alterius nostrum Regna, Principatus, dominia et subditos, si quos (quod Deus avertat) ab altero nostrum, aut alterius nostrum liberis et haeredibus deficere, recedere aut rebellare contingere, contra alium, liberos, haeredes, Regna, Principatus, dominia et subditos suspicere, tenere, protegere, iuvare, assistere neque consulere aut favore proseguiri debet, neque a suis talia fieri patiatur.

Studio autem et data opera pacta haec esse violata dicunt, quod Sacra Caesarea Maiestas, utcunque esset a statibus Regni monita, id fieri iuxta pacta non prohibuit, quod vero prohibere debuerit, ea, quae sequuntur, ex eisdem pactis allegant:

Neque nostrum alter alteri, ipsius liberis, haeredibus, Regnis, Principatibus, dominiis et subditis bellum, damnum aut quodvis aliud documentum inferet, nec a suis quavis quae sit colore inferri permettit, sed quilibet nostrum contra subditos suos, qui huiusmodi facient aut facere et moliri vellent, totis viribus suis et potentia in terris et dominiis suis consurgent^{z)} et eos pro huiusmodi excessibus poena condigna puniet et castigabit, donec damnorum datorum integrum compensationem et refusionem facient.

Concludunt tandem, siquidem Serenissimus Archidux Maximilianus vim et damna maxima Regno intulerit, Sacra vero Caesarea Maiestas,

petitionis et monitionis statuum pactorumque praetectorum nullo respectu habito, id fieri passa est, se iure naturali, quo vim vi repellere conceditur, huic violentiae atque Regni incommodo armis quoque licite econtra ivisse hacque occasione data, ut sibi libertatique suae et Reipublicae universae in tempore consulerent, bellum defensivum suscepisse.

Et ea tandem ex causa, cum pactis cautum habeatur damnorum datorum integrum recompensam fieri debere, se hac lege refusionem omnium damnorum, quaecunque illata sunt, a Serenissimo Archiduce exigere.

Ex adverso infertur nomine Serenissimi Archiducis Maximiliani Serenitatem Suam Regnum Poloniae non invasisse hostiliter, sed se venisse ut Regem electum, tali stipatum comitatu et exercitu in Poloniā, qualem ut secum eo temporis haberet, et res ipsa et regii status dignitas et honor exigebat.

Afferitur igitur Serenitatem Suam non eo animo Regnum esse ingressam, ut ei bellum aliquod vel vim inferret, sed ut dissentientes sibi adhaerentibus saluberrimis monitionibus uniret sicut Regno ei legitime delato quiete et pacifice potiretur, qua quidem de re et litterae et legationes eius crebriores ad adversantes expeditae et missae satis abunde testantur.

Non abs re est Cracoviam fuisse oppugnatam, sed hoc tantummodo illorum causa commissum est, siquidem illi, spretis eius monitionibus saluberrimis, non solum adventantem, sed etiam sub Cracovia absque ullo maleficio commorantem prius Serenitatem ipsius hostiliter saepius infestarunt, deinde ingressum in urbem pacificum ei denegarunt.

Quam ob rem, dum non absque legitima causa, sed ut electus Rex Serenitas Sua Regnum ingressa est pacifice, dum nullum bellum nullamque vim hoc suo adventu Regno intulisset, sed saltem impetus adversantium repressisset eosque, urbe capta, ad offitium redigere ac eo modo pacem publicam Regno restituere et eius statum dissecutum redintegrare voluisse, inciviliter igitur ei id adscribitur, quod contra pacta mutua ut hostis Regnum invasisset quodque rebelles Regno fovisset. Non rebellibus etenim Serenitas Sua assistebat eosque fovebat, sed iis tantummodo, qui eum pro iure et libertate illorum et Regni in Regem elegerunt. Est autem absurdissimum, imo plane iniquum, eos rebellionis cuiuspam reos dicere, qui hac Serenitatis Suae electione non solum istius Reipublicae statum, aliqui dissipatum et fere collapsum, dignorem, meliorem et firmiorem reddere, sed etiam universae Christianitati vel maxime prodesse cupiebant.

Ad damna quantum attinet, ipsi adversantes id negare non possunt eos ipsos, quanquam a Serenissimo Archiduce monitos, etiam ante adventum ipsius omnes fere villas, pagos et oppida, imo et suburbia circa Cracoviam existentia exussisse. Quod dum ita sit, ipsimet igitur damna haec omnia resarcire videntur esse astricti.

Quod inferunt Sacram Caesaream Maiestatem hosce conatus Serenitatis Suae non prohibuisse, sed eam etiam una cum subditis Regnorum Ungariae, Bohemiae, Austriae, Moraviae et Sylesiae iuvisse sicut pactis mutuis contravenisse, non bene hoc ab eis infertur. Pactis enim id non prohibetur, ne quis Archiducum, dum esset electus Rex, in Poloniā veniret. Illicitae invasiones et bella maligna pactis prohibita sunt, non electiones regiae, quarum actus legitimū et cuilibet genti liberi sunt.

Prohibere itaque Sacra Caesarea Maiestas Serenissimum Archiducem non potuit nec omnino debuit, ut a Regno Poloniae abstineret, siquidem hoc legitimo electionis actu in Regem fuerit electus.

Nec satis est adversarios dicere Serenissimum Archiducem non fuisse legitime electum, ergo etiam Regnum hoc ingrediendi nullum ius habuisse. Ipsi enim, dum eum et electionem eius impugnant sique et electores ipsius accusant ac odio prosequuntur, iudicium legitimum hac de re ferre non possunt.

Sed etiamsi hoc se ita haberet, Serenissimam Caesaream Maiestatem et Maiestatis ipsius subditos Serenitatem Suam hac in parte iuvuisse (idque quod sit verum, merito negatur), pacta tamen mutua ea de causa violata non esse recte asseritur. Hisce enim pactis non illud prohibetur, ne quis iuri alterius et praecipue fratris, tanto magis autem iniuriae acceptae sit subsidio; hoc solummodo pactis vetitum esse censetur, ut vis et invasio illicita depellatur et reprimatur. Hic vero Serenissimus Archidux nullam vim inferre, sed eam, quae sibi est illata, retundere iusque suum regum, iniuria vel maxima lacessitus, defendere et propugnare studebat.

Proinde igitur, cum nunquam appareat Serenissimum Archiducem bellum offensivum, aut vim aliquam damnumve et incommodum aliquod Regno intulisse, vel Sacram Caesaream Maiestatem Regnaque, Principatus et dominia Maiestatis Suae Serenitatem Suam hac in parte, dum electionis sua ius prosequebatur, iuvuisse, quam hoc verum est, ut concludunt, pacta mutua esse violata quodque ipsi adversantes hac ex causa erga Serenissimum Archiducem et Ducatum Sylesiae licite moverint bellum, satis manifeste constat.

Esto sane, si casus intercessisset^{c)} talis, qualem ipsi adversus Serenissimum Archiducem fingunt et astruere videntur, Serenitatem Suam videlicet bellum et damna intulisse Regno, hoc quidem in passu intra Regni limites et confinia aut in ipso Regno Serenitati Suae manu quoque armata resistere potuissent. Extra Regnum autem Serenitatem Suam insequi, Ducatum Sylesiae debellare ipsamque Serenitatem Suam et alios ei adhaerentes captivare illis non licuit. Pactis enim hoc vetitum est, ut verba pactorum subsequentia sonant:

Si vero alter nostrum, eius liberi, haeredes, Regna, Principatus aut subditi contra alterum, ipsius subditos, Principatus aut dominia actionem realem seu personalem, civilem seu criminalem, aut qualemcumque querelam haberet aut in posterum habuerit, si super eo non poterimus amicabiliter concordare, tum neque ipse neque subditi eius contra alterum ipsiusque subditos, Regna, Principatus et dominia quicquam vi ac facto attentare, neque sibi ipsi ius dicere aut ulcisci, sed super eo iure et non aliter experiri debet.

Ad haec, si adversantes contra Regnum Ungariae et Bohemiae, Archiducatum Austriae, Marchionatum Moraviae et Ducatum Sylesiae, vel contra earundem provinciarum incolas hoc in passu aliquid haberent, de quo merito querulari possent, haec tamen Regna easdemque provincias non armis et bello infestare, vel potius devastare et exurere, sed eapropter iure experiri pactis concessum est, eis enim sic cautum habetur.

Quod si alter nostrum contra alterius provinciam vel communitatem aliquam, vel vicissim provinciam, communitas vel privati subditi unius nostrum contra alterum ex nobis vel eius provinciam seu communitatem privatas actiones pretenderent, tunc causa huiusmodi coram alterius nostrum, sub quo pars rea degit, consiliariis seu commissariis, per eundem iuxta partium conditionem et causarum exigentiam non minus septem numero designandis, summarie audiri et vel amicabiliter componi vel iure mediante determinari ac exequutioni demandari debeant.

Insuper si etiam istis adversantibus contra ipsam Maiestatem Caesaream, Regem Ungariae et Bohemiae de eo, quod (ut illi praetendunt) Serenissimum Archiducem iuvisset, querela aliqua competitivisset, non armis tamen vel vi et facto aliquo contra Maiestatem Suam Caesaream ac adversus ipsius Maiestatis Caesareae provincias et subditos aliquid attentare, sed hoc modo, ut hisce pactis quoque praescriptum est, querelam hanc aut gravamen, quocunque haberent, prosequi conveniebat. Sic enim pacta habent:

Porro si inter nosmet ipsos Reges, seu forsan Regna et provincias nostras tam metarum et terminorum, tum commerciorum seu quarumlibet aliarum, tam veterum quam novarum causarum, iurium vel obligacionum occasione querelae, gravamina et controversiae suborirentur, tunc alter nostrum, qui vel cuius Regnum se provincia ius vel querelam praetendit, alium per nuncios vel literas suas amicabiliter informare ac pro tollendo, sarciendo amoventoque gravamina admonere et requirere debet. Quod si obtineri nequeat, tunc quilibet nostrum statim intra duorum mensium spatium a facta amicabili requisitione tres consiliarios suos ad convenientendum diem et locum, per partem laesam seu querulantem nominandum, semota omni excusatione mittere debeat. Qui utriusque nostrum consiliarii summam imprimis diligentiam adhibeant, quo huiusmodi querelae, gravamina et controversiae inter nos, Regna et provincias nostras amicabili compositione transigantur. Qua vero non succidente, tunc laesa pars sive agens coram praedictis sex consiliariis actionem suam, statim ipsa die, iuridice exhibendi potestatem habeat idque duplicatis scripturis, quorum unam consiliarii penes se retineant, aliam vero parti reae transmittant. Quo facto pars rea responsum suum, etiam scriptis duplicatis, saepedictis consiliariis vel ei, cui ex illis hoc demandatum fuerit, intra spatium proximorum duorum mensium a transmisso actionis libello mittere teneatur, ut scilicet actor replicas, reus vero duplicas duas, ac praeterea utraque pars tertiam quoque conclusivam et submissivam scripturam, de bimestri in bimestre duplicatis, ut praefertur, scriptis, offerre queat. Eo sane modo et ordine utrique parti transmittendis, sicut de actionis libello demonstratum est, oblati tandem successive ab utraque parte duplicatis trinis scripturis, in quibus utrinque omnia sua iura explicabuntur, sex illi consiliarii ad promulgandam sententiam intra proximum sequens bimestre diem ad eum locum, ubi causa primo agi coepit, indicent. Quo loco et tempore partes per procuratores suos pleno mandato suffultos comparere illicque et ipsi consiliarii convenire, ac diligenter visis, perspectis et discussis actis totius causae, partes rursus ad concordiam et amicabilem compositionem invitare et cohortari nihilque in eo opere et diligentia intermittere debeant. Quam si ne tunc quidem inter partes obtinere queant, statim ad ferendam sententiam procedant ac id, quod iuri et iustitiae fuerit, cognoscant et decernant. Quod si supradicti consiliarii de ferenda sententia (interlocutoria sive diffinitiva fuerit) concordare non possent, tum toties quoties opus fuerit, arbitrum communia voce deligant, vel per quamlibet consiliariorum partem duabus^{d)} idoneis personis propositis, ex eisdem sorte constituant. Cuius partes sint huic consiliariorum opinioni, quae ei magis iuri et aequitati consona videatur, subscribere eandemque laudare et approbare. Quidquid autem per ipsos consiliarios nostros seu maiorem eorum partem separatim, seu per eosdem et per arbitrum coniunctim decretum et pronuntiatum fuerit, id ratum firmumque maneat ac statim debite demandetur exequutioni, remota omni appellatione, supplicatione, reductione, in

integrum restitutione aliisque iuris remediis et beneficiis, etiam motu proprio concessis, obtentis non obstantibus. Debent autem commissarii per nos pro tempore deputandi, necnon et arbiter ipse, per nos et quantum ad quemlibet nostrum spectat, ab obedientiae et iuramenti debito ad eam causam tantum absolvit ac pro administranda iustitia novo consuetoque iuramento obstringi. Quod si pendente lite unus vel plures ex ipsis consiliariis mortem obirent, tunc in demortuorum locum, prout ad quemlibet nostrum pertinebit, alios semper surrogabimus. Ipsi quoque consiliarii non plures scripturas admittant aut terminos alio modo, quam supradictum est, prorogandi aut alterandi potestatem habeant, sed forma et modo illis concessa procedant, excepto casu, quo partes testes producere necesse haberent; tunc ipsi consiliarii iurisdictionem suam prorogandi potestatem habeant tantisper, donec testes eius causae concii secundum iuris dispositionem producti et auditи fuerint. Ita tamen, ne ulla minus necessaria prorogatio quaeratur vel admittatur. Sed omnes testes ad unum diem et terminum, quantum fieri potest, audiantur. Ac publicatis attestationibus, non nisi unica scriptura a qualibet parte recipiatur.

Et his tandem omnibus pactorum constitutionibus et argumentis undiquaque²⁾ perspectis et consideratis, quoniam satis superque appetat adversantes non armis et bello, sed iure et iustitia mediante, ut hisce pactis praescriptum et provisum est, causam hanc et iniuriam suam, si aliquam, ut asserunt, a Serenissimo Archiduce acceperunt, tam contra ipsam Serenissimam Caesaream Maiestatem, quam contra Serenissimum Archiducem Maximilianum, alias denique Serenissimos Archiduces Austriae, adversus itidem Regnum Ungariae, Bohemiae, Archiducatum Austriae, Marchionatum Moraviae et Ducatum Sylesiae prosequi debuisse. Dum illi, hac pactorum dispositione atque via iuris et iustitiae neglecta, Serenissimum Archiducem extra Regnum bello et armis insecuri sunt, eiusque Serenitatem non solum, sed et alios Serenitati Suae adhaerentes captivos abduxerunt et Ducatum Sylesiae, cum quo eis nihil rei erat, non exigua in parte, quam pluribus hominibus trucidatis, crudeliter expoliaverunt et igni devastaverunt exustum, non obscurum, imo luce meridiana clarius est eos hoc modo et pacta mutua violasse et summam iniuriam Maiestati Caesareae in primis, deinde Serenissimo Archiduci Maximiliano, inclytiae itidem Domui Austriacae et Regno Bohemiae atque Ducatu Sylesiae intulisse.

Quapropter dum totum hoc negotium, ut ex praemissis patet, non nisi iuxta pactorum mutuorum praescripta, legitima iuris cognitione praevia, non bello aut per vim, sed absque omni plane incommmodo tam rerum, quam personarum, siquidem Serenissimus Archidux iam sese e Regno, ut petierunt, contulisset, tractari et expediri debuit. Illud igitur, hoc non necessario bello involutum et aggravatum magis negotium, vi praetactorum pactorum in pristinum statum idque liberrimum, una cum personis captivatis, primo omnium reduci et restitui, postea vero de ipso negotio iuxta pacta eadem iudicari et cognosci debet.

Neque ullo modo Serenissimus Archidux, cum communis tum etiam pactorum iure, ab adversariis (quibus, ut sibimet ipsi ius dicant, hisce pactis vetitum est) eo adigi potest, ut vel conditionibus eorum, incognita causa, vel rei iudicatae quoque, quo usque sub hac custodia versatur, assentiretur. Liberum itaque primo Serenitatem Suam ab eadem custodia esse oportet, ut rem hanc pro ipsis Serenitatis status dignitate et probatam gravissimi negotii necessitate et exigentia tractare valeat. Et certe

hoc nullo pacto validum et ratum esse potest, si quis captivitate vel vi aliqua pro placitu et arbitrio adversarii sui aliquid suscipere vel facere cogatur.

Est autem iuris evidentissimi viros superillustres, causa seu iudicio eorum pendente, non in custodia detinere aliqua, sed eos nudae tantum illorum promissioni committere, quod profecto hoc in casu locum habere oportet, dum negotium hoc per omnes circumstantias pactorum non nisi iure ordinario et communis tractandum, iudicandum et finiendum veniat.

Haec, ut sese ex pactis praeallegatis offerunt, concluduntur, prudentiorum consilio evidentiori salvo, quibus haec melius ponderanda et excutienda libenter submitto.

In dorso alia manu: In proposito dell'Arciduca Massimiliano et de Pollacchi.

- a) *hic titulus italicus alia manu suprascriptus legitur.* d) *in ms. duobus*
b) *correctum ex: alterutrum* z) *sic in ms.*
c) *in ms. intecessisset*

N. 112.

s.l., s.d.

*Ignotus, nomine regis Poloniae
ad comitia Poloniae et Lithuaniae Torunii congreganda
de defensione regni contra hostes externos et de ordine interno.*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 319-323.

Sacra Regia Maiestas, Dominus noster clementissimus, ex quo primum tempore Divina Providentia nationisque Polonicae benevolentia et studio in regiae dignitatis gradu collocata est, illud secum ipsa reputare nunquam destitit, eequonam maxime modo regium officium et erga unumquenque separatim, et universe adversus omnes, et praecipue erga totam Rempublicam sancte et integre conservet. Id eo consilio facit Sua Maiestas, ut omnibus in rebus dignitati sua regiae et ei vinculo satisfaciat, quo sese^{a)} Regno astrinxit, fidem illi suam in unaquaque re servaturam et in eius augenda gloria atque fortunis non modo rem aliquam, sed ne vitam quidem sanguinemque suum unquam recusaturam esse profundere. Id, quod facile omnes ex hac brevi^{b)} temporis Reipublicae administratione iudicare potuistis. Habuit enim omnes in partes sic intentum hactenus animum et sagacem, ut neque valetudinis aut ocii commoditatisque suaे ullam rationem duceret et in perpetua quadam vigilia manere videretur. Quo vero fuit necesse, eo Sua Regia Maiestas ipsamet accurrere minime dubitavit, ut ea, quae Reipublicae commodis officiebant, vel omnino tolleret vel ex difficultibus facilia redigeret. Quam quidem ab eo dignissimum Rege rationem propositumque susceptum Potentissimus Deus singulariter prosequitur adeo, ut ex illa tanta tamque turbulenta Reipublicae perturbatione vix quidquam supersit, quod quidem Regni periculo superesse videatur.

Itaque quod vel pro suo regio munere et amore erga suos debuit, aut illi per temporis iniquitatem licuit praestare, id abunde praestitit et in animo habet magis magisque in dies hoc in genere sollicitudinis et studii quam maxime sibi similem fore. Regia quidem Maiestas Sua tanquam in speculo, ita in Reipublicae rationibus qualem ipsam conveniat esse et quo in statu Respublica sit, iam animadvertisit. Ac videt imprimis maximas gravissimasque res, videt summa ab exteris pericula, videt et aperta et intima vulnera Reipublicae, videt nullum domi neque militiae certum ordinem, videt denique totam Rempublicam de vetere illius sui iuris consuetudiniske curriculo vehementer deflexisse.

Quae quidem omnia cum suis apud se momentis ponderasset, ut optimus Rex ac parens suique Regni sapientissimus rector, denunciandum id subditis suis curavit, hoc ab ipsis^{b)} nimirum pie repetens et sotipos ipsorum animos callo iam in huiusmodi rerum confusione obductos excitans, ut non iam tantum Suae Regiae Maiestatis aut Senatus, verum omnium consilio et studiis affecta et prostrata Respublica sublevetur, tamque graviter aegrotanti subveniatur. Atque haec quidem causa fuit, quam ob rem generalia Comitia huc Torunium authore Senatu Sua Regia Maiestas indixit. Neque vero Sua Regia Maiestas ignorat, quid de loco Comitia cogendi decretum iure sit, verum ut rationes interim taceantur, quae singulis palatinatum conventibus propositae copiosius fuerunt, recens Gedanensium civitatis consilium et acta declarant. Prudenter admodum Suam Maiestatem una cum Senatu sensisse, quod hunc potissimum Comitiis locum delegit. Quam rem cum in optimam partem, quae vestra pietas est in patriam, perspiciat vos Sua Maiestas accipere, non exigua spe tenetur fore, ut gratia prius divina, deinde Suae Maiestatis cura et ductu, tam salutaribus rectisque consiliis, tandem vobis omnibus de eo, quod erit de Respublica, facile consentientibus, ea in hisce Comitiis decernantur, quibus constitutis Respublica egregie florebit, omnia vero extinguentur, quae hactenus praepediebant prosperum illius cursum laetioris fortunae. Quod ut Deus Optimus Maximus Maiestati Suae Regiae ac Reipublicae fortunet et res omnes, quae Regiae Maiestati^{c)} nunc proponentur, ipse inhoet et optabili exitu^{d)} concludat, eundem omnium rerum moderatorem Deum Sua Maiestas Regia praecatur.

Ac primum Sua Maiestas duplicum esse rationem arbitratur eorum omnium, de quibus est praesens omnis Comitiorum deliberatio introducenda: domesticarum rerum primam, externarum alteram. Illa ad domestica instituta spectat, haec ad defensionem externam. Ex his quae primum in deliberationem vocanda sit, vobis ad iudicandum relinquit, quanquam existimet de iis rebus consultandum prius semper esse, quae difficiliores sint, neque ita Reipublicae praesto et expedite esse possunt, ut eas pro arbitratu suo differre^{e)} aut suspicere queat. Fit enim necessitate, ut opus sit eam, nolit velit, instructam semper esse et paratam, neque sibi neque tempori servientem. Et haec est contra Regni hostes defensio. Quam deffensionem^{z)} Sua Maiestas non tantum anguste accipit, quatenus hostem nobis bellum inferentem propulsemus, verum etiam cum nos ipsi, licet hostis nullum bellum Regno indicat, iniurias Reipublicae bello persequimur. Hoc in genere deliberationis erit etiam aliquid dicendum de domestica disciplina, a qua fructuosa illa militaris bellique gerendi ratio proficiscitur, cuius severitas et splendor quia partim impotenti luxu, partim impietate quadam obsolevit, optat Sua Maiestas, ut in integrum restituatur. Nam quin possit restitui, minime diffidit.

Ut autem ad rationem deffensionis eam, qualem paulo ante descrip-

simus, accedatur, proponit Sua Maiestas primum Ducem Moschoviae, hostem et natum imprimis ad bellum cum Poloniae Regno gerendum. Is quam multa in Magno Ducatu Lithuaniae superiorum Regum temporibus, quam multa, dum interregnum proxime fuisset, vi et armis occupavit, nemo vestrum est, quin optime sciat, neque est, quod longior de hoc sit instituenda oratio.

Illud minime est silentio praetereundum, sed maxime prospiciendum est, quo pacto Respublica non modo sua recuperare, sed ire obviam tantae eius tyrannidi possit, ne aucta fines suos magna calamitate ac damno Poloniae Regni latius propaget. Nam in hoc hostile, quod unicuique vestrum perspicuum est, fides dubia, foedus nullum, quod ille tantisper colere consuevit, quoad rationibus suis iudicet id conducere. Et hoc quidem tempore nullam rationem cum illo pacis habemus, cum ea, quae hactenus fuit, iam efluxerit, licet haec quoque Reipublicae detimento erat cum ipso inita. Exceperat quippe Livoniam et hac pace induciarum sequestra Parnaviam invasit, urbem eiusmodi, quae potestatem illi tantam, quantam vix quisque locus aliis, Regnum Poloniae dat infestandi. Accedit, quod qui nuper ad eum profecti sunt internuncii quid perfecturi sint, incertum est. Sua quidem Maiestas, etiamsi pacem attulerint, tamen ita existimat eam pacem utili Reipublicae esse non posse, cum Moschoviae Dux sua consilia cum familia Austrica, cum Imperii Principibus ac civitatibus liberis, cum Rege Daniae contulerit, quidque econtra ipsi etiam Maiestati struant consiliis, cognitum habeat. Nam apud hos omnes eius legati fuerunt, quibuscum recenti et novo foedere, ut Suae Maiestati compertum est, sese coniunxit certamque rem ac rationem contraxit. De quo quidem cum vobis deliberandum est, tum illud etiam perspiciendum, quonam modo Magnus Ducatus Lithuaniae communiter defendi debeat, uti postremus Lublinensis conventus praescribit et communis societas monumentaque litterarum utriusque nationis Polonorum et Lithuaniae postulant. Quam consultationem idcirco in hunc articulum Sua Maiestas inserendam existimavit. Quia Magno Ducatu Lithuaniae maxima pericula et primum et primum^{z)} impendeant a Moschoviae Duce et saepe creentur, quo etiam magis huiusmodi praesidiis ad se defendendam^{f)} ea provincia indigere videtur.

Cum Tartaris autem et Imperatore Turcarum facilis esset ratio constituere pacem propter antiquitatem cum illo facti foederis, sed nostri Cossachi et finitimi omnes ita sese gerunt, ut eiusmodi causas offensionum ipsis praebant. Quam ob rem non solum cum homine etnico nulla perpetua fides, sed cum homine quidem propinquitatis necessitudine coniuncto societas aliqua diu firma esse possit. Etenim non ita pridem Tauricano Tartarorum Duci arcem Hastamhocdet^{z)} solo aequarunt, villas Turcarum Imperatoris cis Tehiniam direptas exusserunt^{z)} et alias insignes calamitates intulerunt, neque inferendi faciunt finem. Quibus quidem^{h)} rebus ipsos offendere necesse est et vicissim ad paria nobis reddenda incitari. Ex quo verendum est, ne haec tanta Cossachorum licentia vetustum et necessarium foedus irritum faciat aliquando poenitusque rescindat.

Porro cum christiani etiam nominis Principibus et Regnis, quae Poloniae sunt contermina, quid aut tuti aut tranquilli nobis polliceri debeamus, unicuique vestrum in promptu est. Etenim cum sentiant, quid Imperator Romanorum sibi proposuerit, sua Magestas^{z)} intelligit animos ipsorum erga Poloniae Regnum esse immutatos, et sunt notae, sunt signa, ex quibus Sua Maiestas colligit obscure quiddam illa moliri, quo

et Suae Maiestati et huic Imperio incommodent, videndumque, ne quaesita aliqua causa bellum indicant vel ne Magistrum Prussiae in hanc mentem impellant, qui propter veterem controversiam specie quadam iuris, quo sibi Prussiam vendicant, hanc occasionem minime sibi praetermittendam esse putet ab iisque facile petat auxilia, quibus fortasse nihil gratius aut optatius esset, quam ut per nomen et speciem auxilii dolorem suum consolentur.

Quia vero cum hisce Regnis foedera sint et pacta Poloniae, ea, num sint instauranda et qui deinceps eorum servandorum Maiestati Suae et Reipublicae debeat esse modus, id Sua Maiestas vestrae deliberationis atque iudicij statuit esse, propterea quod quanti vicinitas et pax finitima societasque et commertia et id genus commoditates opportunae facienda et quantopere conservandae sint, neminem vestrum lateat.

De Rege autem Daniae hoc ad vos Sua Maiestas refert: videri ab illo multis et damnis et contumelias Regnum affectum, non solum ob eam causam, quod imperium dominatumque maris Suae Maiestati et Regno adimat, quod Narvicam navigationem contra pacta et foedera permittat, quod fraibiters divi Sigismundi Augusti foedissime trucidaverit, verum quia naves et mercimonia subditorum Suae Maiestatis pro libidine sua capiat, civitatemque Gedanensem sibi faciat tributariam. Et nuper ab eo naves cum mercibus interceptas centum millibus florenorum fuerunt redimere coacti.

Similiter quid civitas etiam Gedanensis hoc tempore moliatur, notissimum est. Quod etsi superiores sapientissimi Reges una vobiscum multo ante praeviderent et hoc, quod nunc agit, divina quadam mente assequerentur, tamen nunc demum ea omnia in lucem erumpunt, quae hactenus quibusdam simulationum quasi tenebris occulata latuerunt. Soli enim e totius Prussiae ordinibus Gedanenses nequeⁱ⁾ iusiurandum Suae Maiestati, neque subiectionem suam voluerunt profiteri. Qui eas illis^{j)} conditiones proponunt, ut se socios, non Suae Maiestatis subditos, esse praeseferant, deinde externum ad se recipiunt militem, civitatem armarunt, praecluserunt portas, praesidia tormentaque bellica pro muris disposuerunt. Et licet Sua Maiestas primum Cracovia, deinde^{j)} Varschovia, tum Thorunio et Mariemburgo litteris ipsos una cum Senatu amanter et benevole de officio ipsorum monuisset atque in eo indulgentior etiam fuisset, quam dignitas Suae Maiestatis ferre videbatur, tamen id apud ipsos nullius ponderis fuit. Haec itaque res est eiusmodi, ut tota in celeritate posita sit constantis consilii cum viribus coniuncti, ut graviorum malorum causae tempore praecidiantur.

Altera pars praesentis Comitiorum deliberationis est de domesticis institutis atque ordine, cui dissoluto et admodum depravato medicina adhibenda est. Et quidem novit optime Sua Maiestas et omnes aequae nostis,^{k)} quo res in Polonia sunt^{j)} progressae, quae sint genera iniuriarum, quanta violentia, quae licentia sclopotorum et ex ea hominum caedes, quanta animorum impotentia atque discordia, quae rapinae, quam non ferendae^{m)} faenerationes,ⁿ⁾ periuria, luxus, profusio rei^{o)} familiaris iacturaque fortuniarum; ut optimo iure possit illud usurpari, viciorum esse omnia plena, non hospitem ab hospite tutum. Alias vos quidem etiam, sed recens in interregno, ut cum maxime spectare potuistis, quales in aliena bona irruptiones, cuiusmodi homicidia erant. Iam quid inter privatos acciderit et quotidie accidat, longum esset numerandum percensere. Vix quenquam reperias, qui honestissimis suis possessionibus cum gloria partis frueretur tranquille, cuius libertas et praerogativa non

fuerit attentata et laesa, cuius denique ratio rerum suarum, quas optimo iure possideret, certa explorataque habet.²⁾ Uno verbo complectar: dum omnia permiscentur, extincta poenitus est uniuscuiusque de altero confidentia illa, cuius parens et quasi procreatrix est simplex honestaque vita, cum virtute non fucata, sed solida veraque coniuncta. Itaque quemadmodum privata, ita publica quoque res gerit.

Facile videt Sua Maiestas aeque aerarium¹⁾ Regni Poloniae atque Magni Ducatus Lithuaniae esse vehementer accisum, bona regia dissipata, neque ex his quicquam ad mensam, quod aiunt, regiam pervenire, ex quo neque Suae Maiestati ad vitae cultum res sufficient, nec Sua Maiestas potest aut sua ipsius negotia expedire, aut suas partes munusque flagitante necessitate Reipublicae, perinde atque par est, exequi atque tueri. Quod quidem quam tutum sit Reipublicae, nemo tam hebeti est ingenio, quin praecclare intelligat. Atque haec omnia ab eo capite Maiestas Sua iudicat emanasse, quod neque iustitia neque rerum ordo sit nullus²⁾ in Republica. Est igitur et est summe³⁾ necessaria divina illa iuris reddendae²⁾ ratio, de qua constituenda in medium vobis consulendum est. Quam deliberationem quantopere cuperetis, ostendistis tempore interregni et Sua Maiestas pernecessariam esse iudicat. Praeterea quemadmodum pravi corruptique hominum mores e Republica tollendi, excitanda augendaque sit virtus, tum quomodo bona regia suum in ordinem redigenda sint, ne suis fructibus et preventibus aerarium Suae Maiestatis defraudetur, maxime cum utrumque aerarium, id est in Polonia et in Lithuania, miris difficultatibus, quod ad preventum attinet, irretitum sit et affectum, quomodo denique, si necessitas Reipublicae huiusmodi obvenerit, vectigalia et portalia Regni salva libertate augenda; de iis omnibus, quae vestra sententia, quod consilium sit, cupit Sua Maiestas audire.

Illud vero etiam non mediocrem Suae Maiestati dolorem sollicitudinemque affert, quod inter spiritualem ordinem et saecularem eiusmodi videat contentionis controversiam, ex qua animorum alienatio, inimicum amori odium et optatissimae rebus publicis concordiae pacisque perturbatrix discordia promanat. Quo autem in Regno aut causae odiorum sunt, aut ipsa odia atque animi inter se exulcerati, in eo raro admodum aut perquam difficulter sic¹⁾ fit, ut omnes ambabus, ut aiunt, manibus id arripiant et complectantur, quod sit Reipublicae fructui et emolumento futurum. Siquidem nulla inter ipsos sit amoris coniunctio, non fidenter agit alter cum altero, simulationum integumentis omnia sunt involuta, quia de suam ipsorum fide et animo non sunt inter se certo persuasi. Itaque singuli invicem respectantes, non quod Reipublicae maxime interest, sed quod sua cuiusque privatim, id etiam atque etiam carent. Sua quidem Maiestas maxime vellet, ut quod singulis ex autoritate sua dignitatis aequaliter debet, id totum aeque omnibus etiam persolvat. Quoniam autem istud a Sua Maiestate et iusiurandum, quo sese conscientiamque suam devinxit, et ius publicum exposcit, libenter Sua Maiestas audiet, quid in tanta re tamque gravi Maiestati Suae consilii dederitis, qualis videlicet praecipue moderator et quarum imprimis rerum Sua Maiestas esse debeat, praesertim cum haec controversia, dudum iam inter hos ordines exorta, nunquam vero dirempta,²⁾ huc autem sit dilata. In quo orat etiam Deum immortalem Sua Maiestas, ut tam foelix et fortunata sit, ut illa quoque sedari possint, quae de electione Regis inter hos ordines in dubium et contentionem fuerunt vocata, ut et hoc discrimen spiritualis et saecularis ordinis, quod spectat ad policia, non

solum ex universo Regno poenitus auferat, verum et ex animo hominum funditus evellat. Id quod sperat futurum Sua Maiestas, si consilio quisque iudicioque ita ducatur, ut studium et affectionem omnem, quae ad discordiam homines deducat plerumque turpiter, omnino Reipublicae causa deponat.

Est et alius de modo creandi recte ex ordine Regem articulus ex recenti interregno et antiquioribus etiam deliberationibus depromptus, qui quanti momenti in Republica sit, tacet Sua Maiestas. Vos ipsi re experti estis, quo nuper in discrimine Regnum versaretur, quae impensa factae et quanta omnium vestrum iactura, quemadmodum totus paene terrarum orbis oculos in Regnum Poloniae apertos et sublatos converterat, ut pertimescendum sit, quod dictu horribile est et Deus omen avertat, ne hoc^{s)} ipsum, quo vestram libertatem longe plurimum excellere et praestare arbitramini, in durissimam aliquam servitutem vos adducat, nisi a vobis mature^{t)} fuerit ei rei prospectum. Huc adiungitur non aliqua recens, sed vetus disceptatio de confinibus Regni cum Sylesia, Marchia Brandenburgensi et Pomeraniae Ducibus. Qua ex re quid detrimenti Respublica quottannis accipiat, sciunt ii, qui finitimi sunt hisce provinciis, id quod ad Suam Maiestatem saepe^{u)} perferunt. De his etiam crebrae litterae ad^{v)} divos Serenissimos superiores Reges et a Sua Maiestate Caesarea et Marchionibus et Ducibus Pomeraniae scribebantur. Quapropter magnopere ad Rempublicam pertinere Sua Maiestas censemt hanc controversiam, bonis temporibus aequa ut asperis Reipublicae nocentem, aliquando tamen dirimi et commissarios in hisce Comitiis ex pactis et foederibus ad eam rem designari.

Exquirit similiter Sua Maiestas a vobis consilium de discrimine confinium Ducis Prussiae cum Ducatu Masoviae et Samogitia, qua de re et quaerimonias frequentes audit Sua Maiestas et utranque partem gravia quotidie detrimenta subire.

Accedunt ad haec alia, quae ad ordinatam et tutam Reipublicae constitutionem attinent. Primum negotia Serenissimi Suetiae Regis, deinde divi Serenissimi Sigismundi Regis testamentum. Postremo quaedam, quae Sua Maiestas cum Serenissimo Suetiae Rege tractare inhoavit. Verum haec omnia sigillatum tempore suo ac loco vobis proponentur. Nunc quidem Sua Maiestas hoc maxime a vobis postulat, ut de iis omnibus salubre et optime meditatum rationisque ponderibus iuste ponderatum examinatumque illi consilium detis, et ne quisquam, quoad ista, quae proposita sunt, expedita et confecta non sint,^{w)} rem ullam privatam inserat. Hoc enim pacto et haec ipsa Reipublicae negotia possent in difficultatem incurrire et alia insuper alia cumulari, ut expediendi ratio perdifficilis foret. Quemadmodum autem publica privatis sunt praeferrenda semper, sic unusquisque vestrum habeat charius et pluris existimet commodum Reipublicae commodis suis, quae nequaquam incolumia et integra esse possunt, nisi Republica integra et salva. Et hoc est scilicet iuri publico via munienda, quo intra constitutum Comitiis tempus omnia conficiantur, ut Deo iuvante conficiantur, tanto Sua Maiestatis ordine, quo una res alteram non impediet, quominus suo quaeque sit loco decisa.

Est nihilominus Sua Maiestas eo animo, ut privataram etiam causarum gratia consilium habeat, pollicetur se audituram singula, non sibi, non valetudini suae morem in eo geret, neque quisquam in eo genere officium Suae Maiestatis desiderabit. Censemt autem Sua Maiestas et omnes adhortatur, ut Suae Maiestatis exemplo suas cogitationes et studium in Reipublicae tantum negotiis omnes in praesentia ponant,

neque terrant^{z)} ne quicquam tempus, quo praeciosius nihil est, pro suo munere senatorio iis rebus omnibus omissis, quae senatorium animum ab ipsius officio distingant. Ita enim futurum, ut is, qui corda hominum suo arbitrio moderatur Deus, propositam rationem et susceptum consilium saecundet,^{z)} et vos suae quisque^{x)} provintiae charissimis atque amantissimis fratribus optatum et maxime laetum nuntium afferatis. Atque hoc quidem est, quod Sua Maiestas vobis hoc tempore generatim proponendum putavit. Caeterum Sua Maiestas maxime optat tales in Republica vos esse, ut debitum illi ac potius vobis ipsis officium et pietatem pro se quisque praestet.

- | | |
|--|---|
| a) in ms. esse | m) in ms. ferende |
| b) in ms. ipsi | n) in ms. fanerationes |
| c) in ms. Maiestatis | o) sequitur expunctum verbum: militaris |
| d) sequitur expunctum verbum: inhoat | p) in ms. semper errarium vel aerrarium |
| e) in ms. differe | q) in ms. sumae |
| f) in ms. deferendam | r) in ms. sit |
| g) in ms. exuserunt | s) sequitur expunctum verbum: omen |
| h) sequuntur verba expuncta: faciant quidem | t) in ms. maturae |
| i) sequitur verbum expunctum: Gedanenses | u) in ms. sepae |
| j) sequitur verbum expunctum, indistincte
scriptum: Varpsiae? | v) in ms. a |
| k) in ms. aequae nostris | w) in ms. sit |
| l) in ms. sunt | x) in ms. quis quae |
| | z) sic in ms. |

N. 113.

Cracoviae, 21.X.1588.

*Tolosano, praelatus, adiutor cardinalis Aldobrandini,
oratori Lenzoni
cause, ob quas conditiones ab Austriacis positae a cancellario [Ioanne
Zamoyski] non sunt acceptae.
(Exempl.)
A.M.F. F. 4293, f. 325-327.*

Cause, per le quali non hanno consentito i Pollacchi ad una scrittura.

Primo. Massimiliano domandò a questi giorni passati, se, venendo caso che il Sueco gli lassasse il Regno, si contentasse della persona sua. Della qual richiesta si sdegnò il Cancelliere grandemente et gli rispose poco dolcemente.

Secondo. Passati alcuni giorni, con occasione Massimiliano mandò un suo, il quale parlò al Cancelliere in nome di Massimiliano, nominandolo Re eletto, il che nè egli nè nessuno de suoi haveva fatto molti mesi prima.

Terzo. Non molti giorni poi, con l'istessa nominatione andorno all'istesso Cancelliere il Collonello Curtio con un'altro et portorono una scrittura mandata dall'Imperatore a Massimiliano, nella quale, oltre a molt'altre cose che dispiacciono, ci si contiene che ante omnia liberetur Maximilianus, et la restituzione di Lubola si rimetta alli commissarii, che ha tanto sdegnato i Pollacchi che volevano muover guerra, et il

Cancelliere lo significò al Re, il quale, come mi riferse il Podlaczi, vedendo il Cancelliere in collera mi mandò da lui per mitigarlo et a domandar le scritture della tregua et convento de commissarii. Come feci, et di esse ho data ragione al Cobenzol con sua sodisfazione, per quanto ha dimostrato^{a)} dicendomi che non si poteva far nè può nè tanto, ché così disse lui.

Quarto. Lettere scritte da Maximiliano a diversi Signori con sottoscrizione di Re eletto, titolo non usato se non da due mesi in qua.

Quinto. L'opposizione certa che tengano, che nel Regno l'Imperatore faccia pratiche contra'l Re, sopra di che dicono esser state intercette lettere di Maximiliano.

Sesto. Li pare che l'Imperatore pretenda farli paura, et come di gratia sia poi per concedergli la restituzione di Leubola,^{z)} quale essi dicono esser stata pigliata per inganno, contra ogni dovere, et stanno tanto sdegnati di questo che perderanno più presto la vita che consentire alla liberazione di Maximiliano, prima che si restituiscia Leubola, dicendo che oltre alla giustitia notoria tengano promessa di Maximiliano, a che non basta la replica de vi et metu, respondendo non poter credere che Principe così grande dica questo, havendola fatta essendo armato con li suoi, et si lassano intendere che se l'Imperatore non la restituisce, conoscerà Maximiliano la mutatione; dicendo di più che il Sboroschi^{b)} fa offerta di cinque fortezze in Ungheria, se gli manderanno Maximiliano.

Il che se bene non sono per fare, tuttavia la necessità et lo sdegno conduce a gran cose. Nella Dieta Petricoviense, nella quale sono intervenuti, li pareri sono stati diversi. Alcuni che, restituita l'Eubola,^{z)} Maximiliano si lassi. Altri etiam petunt la renuntiatione del Regno. Altri, che omnia reiceantur^{z)} ad commissarios simpliciter. L'oppinione comune fu che i commissarii ante omnia trattino di Lubola.^{z)} Così ha dichiarato il Re con una sua lettera privata al Legato, et in questo sono talmente concordi i Senatori et nobili, che erano in Petricovia, che niente più. Et il Cancelliere mi disse che l'Imperatore pretende che gli commissarii, prima ch'ogni altra cosa, trattino la liberazione di Maximiliano. Si dissolveranno subito con maggior dissensione ch' hora non è, mostrando nessun timore di guerra in Pollonia et animo grande di poter scorrere la Silesia con poco contrasto, discorrendo così bene delle forze dell'Imperatore che si maravigliarebbe.

In somma, non vogliono camminare con la frusta, tenetelo per certo, et se credono altrimenti s'ingannano, credetemelo certissimo, perché questi cervelli bisogna pigliarli con dolcezza.

Ho fatto lunghi discorsi con il Cancelliere, quattro giorni che sono stato seco, dal quale ho cavato che se l'Imperatore vuol proceder sinceramente et si contenta dichiarar la sua voluntà per cedola sottoscritta et sigillata, et darla in mano del Legato, la dia ad uno de commissarii, ché lui se la farà dare dal Re; dicendomi che se l'Imperatore procederà sinceramente, questa è la via da finire. Ha però voluto la mia fede che il Legato sarà fedele, mostrando con me tanta confidenza quanta si possa desiderare, dicendomi che tratta volentier meco, perché procede con libertà, cedendo et contrastando per la ragione. Questo è il vero modo di condur a fine il negotio. Se il Cancelliere manterrà questo che mi ha detto, et l'Imperatore si contenterà, ché dell'uno et dell'altro spero, se bene non m'assicuro, perché factum alienum non potest promitti. Basta se succedesse, facil cosa sarebbe trovar il mezzo, al quale ho già pensato,

et potrebbe forse riuscire. Ho scritto al Cancelliere per haverne risposta in scriptis dal Cancelliere, et intanto Cobenzol ne parlerà all'Imperatore.

La speranza dell'Imperatore nella prima Dieta vedete qual sia. Il fondamento di Maximiliano è stato in Sboroschi et nel Palatino di Posnania, giovane et che si trova solo in Pollonia. Supplica instantemente esser ricevuto in gratia del Re, et il Palatino si trova libero dal Cancelliere et tra di loro hoggi è amicitia, come ho io veduto, di maniera che da questi non bisogna sperare aiuto, maxime dal Palatino senza il Cancelliere. La parte poi contraria, cresciuta infinitamente, essendo il Cancelliere col Maresciallo et altri principalissimi in questo d'accordo, come ho io toccato^{c)} con mano, non havendo tempo nè forza di scrivere li particolari. Et se bene Maximiliano tra la nobiltà bassa è amato, l'importanza sta nelli capi, de quali non ha pur uno. Non posso scriver più, se bene havrei molte cose da dire, ma tali sono le occupationi che mi dà il Cardinale in questo tempo per molte spedizioni che si fanno, che non posso attendere. Supplico Vostra Signoria Illustrissima, mi perdoni, mi conservi in sua gratia et facci fede a Monsignore Nuntio che le sono servitore, et che mi sono recordato di quello che mi comandorono Vostre Signorie Illustrissime, come dalla lettera vedrà del Signor Cardinale. Di Cracovia alli 21 d'Ottobre 1588.

Non scrivo al Signor Cavaliere se non quattro parole. Supplico Vostra Signoria Illustrissima, mi favorisca di supplire per me, poiché io non posso farlo.

Io sono stato di parere che il Cardinale venisse a Praga, ma per alcuni rispetti, et particularmente dell'entrata solenne, finalmente non gli è parso farlo. Poi sono stato in voto che mandasse uno, acciò rappresentasse lo stato del negotio et rispondesse alle difficultà, che a sorte si movessero alle scritture che si mandano. Il che piaceva alli Polloni, questo manco è parso, et alcuni invidiosi, parentegli ch'io pigli troppa riputazione, ne hanno dubitato et forse fatto qualche uffitietto per divertire. Basta. Quanto a me, non mi curo, resto contento che l'una et l'altra parte restino sodisfatti^{z)} che cammino al mero servitio de Dio, et che il Cardinale resti sodisfatto di quello ho trattato fino hora, come veramente resta, con grandissima mia contentezza. Il resto lasso nella mano de Dio, se bene sentirei dispiacere che da questa resolutione di non venire nè mandare nascesse qualche disturbo o lunghezza, della quale tengo dubio, sapendo come si cammina costi. Il Cobenzol mi ha richiesto d'un sommario dello stato delle cose. Ghe l'ho dato, fatto in fretta et semplicemente, con ogni verità et semplicità. Mostra sentirne sodisfazione grandissima. Vostra Signoria Illustrissima potrà intendere la verità et favorirmi in darmene un poco di aiuto. Et di nuovo la supplico a scriver al Signor Cavaliere, perché io non tengo nè tempo nè testa.

In margine supra alia manu: Tolosani

In dorso: Copia di quel che scrive Monsignor Tolosano in cifra all'Ambasciatore Lenzoni.

a) *in ms. dimostrō*

c) *in ms. tocco*

b) *hoc nomen linea subductum est et in*

z) *sic in ms.*

margine legitur nota: Questo vuol dire il
Turco, che è errore nella cifra.

Cracoviae, 29.VII.1588.

Hippolytus Aldobrandini

ad imperatorem [Rudolphum II]

de suo Cracoviam adventu ad pacem cum domo Austriaca a rege Poloniae
obtinendam etc.

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 329.

Sacra Caesarea Maiestas.

Cum Cracoviam ad VI Calendas Sextilis ingressus essem, postera die a Sigismundo coronato Rege in publico Senatorum consessu auditus fui, ubi cum de pace inter ipsum atque Serenissimum Maximilianum, fratrem Maiestatis Vestrae, augustissimamque familiam Austriacam non paucis Summi Pontificis nomine pertractassem, responsum a Sigismundo de Senatorum adstantium consilio huiusmodi accepi: aequam pacem nunquam esse detrectaturos ac proinde gratissimam habere Pontificis Maximi voluntatem paternamque in Rempublicam Christianam charitatem. Verum de pacis conditionibus deinceps agendum esse. Quod Caesareae Maiestati Vestrae quamprimum significare volui, ut, si hoc auditio responso aliquid mihi scribendum censuerit, id facere possit. Ex literis Archiepiscopi Barensis, apud Caesaream Maiestatem Vestram pro Sanctissimo Domino Nostro Nuntii, ac ex literis Episcopi Olomucensis accepi Maiestatem Vestram misisse Comitem ab Arcu, ut me nomine Maiestatis Suae salutaret. Quem, iam fines Poloniae ingressus, videre nequivi, cum illos ingredi noluerit. Quod me non mediocri affecte molestia, libentissime enim illum vidi sem allocutusque essem. Valeat Caesarea Maiestas Vestra negotiumque totum Deo Optimo Maximo commendari iubeat, quem ut Vestram Caesaream Maiestatem sospitem atque incolumen^{z)} Christiano Orbi per plurimos^{a)} annos conservet, summa animi contentione deposco. Datum Cracoviae die XXIX Iulii MDLXXXVIII.

Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrase
humillimus et devinctissimus servus
Hippolitus Cardinalis Aldobrandinus.

a) correctum ex: plures

z) sic in ms.

Zamoscii, 14.III.1588.

[Ioannes Zamoyski]

[ad missos Rudolphi II imperatoris]

conditiones induciarum.

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 330.

Conditiones induciarum.

1. Ut arx Lubelau, quod Serenissimus Archidux Maximilianus ad Bicinam sponpondit, sine mora Regno Poloniae restituatur.

2. Ut Sacratissima Caesarea Maiestas ac Regnum Hungariae et Bohemiae status et homines ad infestandum Poloniae Regnum eiusque nobiles ac homines nullum militem nullasque copias mittant et nulli Principum ac cuiuscunque status aut nationis hominibus, ac inter caeteros Polonis rebellibus et factiosis, ex suis ditionibus id facere permittant,^{a)} nec Regiae Maiestatis hostibus et rebellibus consilium, opem vel transitum dent. Similiter etiam Serenissimus Sigismundus Tertius Poloniae Rex et status ac ordines Regni Poloniae nullum militem aut copias ad infestandas ditiones Sacrae Caesareae Maiestatis mittent, aut cuiuscunque status ac conditionis et nationis hostibus eius Caesareae Maiestatis consilium, opem, transitum dabunt.

— 3. Commissarii Sacrae Caesareae Maiestatis ac Regnum Ungariae et Bohemiae Bicinae, Serenissimi Regis et Regni Poloniae Osvecini convenire debent ad tractandum de restauranda pace tollendisque controversiis. Convenire autem debent hac aestate ante principium mensis Augusti ad diem, qui eius Caesareae Maiestati videbitur.

4. Ut a Reverendissimo Domino Episcopo Vratislaviense^{z)} per utramque Silesiam Generali Capitaneo propositum est, miles Regni statim a finibus Sileciae^{z)} amovetur. Idem ex parte Silesiorum fieri statim debet.

Idem Reverendissimus Dominus Episcopus Vratislaviensis literas confirmationis harum induciarum sub titulo, sigillo ac subscriptione Sacrae Caesareae Maiestatis mittere intra sex hebdomadas simulque diem conventus ex voluntate Sacrae Caesareae Maiestatis declarare debet. Tum vero etiam Regiae Maiestatis confirmatio induciarum cum subscriptione eius Maiestatis ac sigillo Regni mittetur.

6. Si vero haec formula induciarum non placebit Sacrae Caesareae Maiestati, Reverendissimus Dominus Episcopus Vratislaviensis certiorem me faciet. Interim vero, donec certior fiam, nihil hostile ab utraque parte attentari, sed tranquillitas observari debet.

Datum Zamoscii XIIII Martii anno Domini MDLXXXVIII.

a) *in ms.* permittunt

z) *sic in ms.*

N. 116.

s.l. [post 24.I.1588].

*Archidux Maximilianus
imperatori [Rudolpho II]
de conventu commissariorum pro pace quo citius congregando; de collo-
quuis cum cancellario [Ioanne Zamoyski].*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 331.

Sacra Caesarea Maiestas, Domine et Frater observandissime etc.

Id nobis consilii propositum est a Cancellario, ut ex occasione literarum, cum quibus Cracovia ad Maiestatem Vestram missus est Lucom-

scius, Maiestas Vestra sive per eundem sive per suum veredarium scribat se non alienam esse, quominus a Maiestate Vestra mittantur Glogoviam commissarii, Poloni etiam venirent Frouenstatum,^{z)} eiusque conventus diem nominet. Eam rem satisfacturam dignitati Suae, cum id ordinarium fuerit ex pactis, nec prior Maiestas Vestra legationem mittet, sed coniunctim utrinque mittetur. Praeterea de legatione ad Maiestatem Vestrammittenda referre oporteret ad ordines, Comitia indicere, ex Comitiis deinde legationi eundum, ac utrum mittenda esset aut non, varie disputaretur, itaque et mora longa intercederet et res non careret difficultate. Ea vero via si inibitur, brevi hunc conventum commissariorum haberi posse et ita de mea liberatione ac pacificatione tractari. Rogo vero, ut non solum Maiestatis Vestrae, sed et Domus totius nostrae commissarii eo veniant. Cum vero pacem servatum iri Cancellario promiserim, eam ob causam, ut a vastatione Silesiae abstineret, Maiestas Vestra etiam declarabit se Polonis per literas se illam servaturam, et subditis suis, ut eam servent, mandabit.

Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae obedientissimus frater
Maximilianus.

z) sic in ms.

N. 117.

Cracoviae, 5.VIII.1588.

*Hippolytus Aldobrandini
ad imperatorem [Rudolphum II]
de intercessione sua coram rege Poloniae Sigismundo III in negotio libe-
rationis archiducis Maximiliani.*

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 332-333.

Sacra Caesarea Maiestas.

Quid de Polonico negocio ad eam usque diem actum esset, ex meis superioribus literis, datis^{a)} ad IIII Calendas Augusti, Sacra Caesarea Maiestas Vestra cognoscere potuit. Quid vero subinde consecutum sit, ex praesentibus plenius intelliget. Ipsiis Calendis Augusti cum Sigismundum Regem seiunctim adivissem, egi cum illo serio validisque rationibus, ut ad Serenissimum Maximilianum sine ullis conditionibus liberandum animum induceret. Neque eo in genere, quod sciam, aliquid eorum praetermissi, quae ad liberationem huiusmodi impetrandam conducere posse videbantur, subdidique in calce sermonis commonitionem, ut, si omnino Maximiliani libertatem aliquo conditionum colore praetexere decrevisset, curaret conditiones eiusmodi proponi, quae et ab Augustissima Familia Austrriaca libenter accipi possent et Maiestati Vestrae, Sanctissimo Domino Nostro Sixto V sine haesitatione suaderi. Secus enim si fieret, in-

cendiorum irarumque maiorum fomitem magis, quas pacis ac concordiae ministratum iri.

Ad primum huiusce meae petitionis caput respondit Rex, re prius in Senatu relata et discussa, integrum hoc tempore liberationis negocium non esse multis de causis, et praesertim cum non de concordia inter Principum solas personas ineunda, sed et de pace perpetua inter provincias sibi invicem antiquissimo foedere iunctas concilianda firmando que tractandum esse censeatur.

Quod vero ad alterum sermonis caput pertinebat, paratum se esse respondit ad Serenissimum Maximilianum non aliis quam honestissimis rationique congruis conditionibus, quae non nisi iuri aequo consentientes haberi possent, liberandum. Eas vero hactenus se idcirco non aperuisse, quod Sacra Caesarea Maiestas Vestra, an in tractationem pacis incumbere velit, nondum alicui mentem suam patefecerit. Suggestenti autem mihi, Summi Pontificis nomine, me verba illa habuisse, atque si cum honesta factuque facilia petere intellexisset, ipsum statim re ipsa postulante ad Maiestatem Vestram profecturum atque hoc illi omni contentione persuasurum fuisse, respondit satis iam se mentem suam declarasse nec plura de hac re dicere posse, donec compertum habeat, quid de pacis negocio Sacra Maiestas Vestra cogitaverit, cum illud sibi persuasum habeat Sacram Maiestatem Vestram Caesaream, si de pace tractanda libenter audierit, vel si non huc ad Cracoviensem civitatem, saltem ad finitima loca certas personas esse destinaturam, quae negotii totius pertractandi conficiendique plenum mandatum amplaque facultatem habeant, idque Maiestatem Vestram per literas ad Serenissimum Maximilianum scriptas non obscure innuisse affirmat.

Totius colloquii summa haec est, quam ego Sacrae Caesareae Maiestati Vestrae confessim nunciatam volui, sperans id, quod etiam Sanctissimi Domini Nostri nomine a Maiestate Vestra instantissime peto, ut me de voluntate sua certiores quamprimum reddere velit, ac intelligent Poloni tractationem pacis unquam sibi displicuisse, modum statuat, quo tandem res haec tanti momenti et commode agi et ad optatum finem deduci queat. Deus Benedictus Caesaream Maiestatem Vestram diutissime nobis sospitem ac incolumem conservet. Cracoviae Nonas Augusti MDLXXXVIII.

Cum has scripsisset atque Sacrae Caesareae Maiestati Vestrae per tabellarium mittere properarem, redditae sunt literae suae datae XXIII Iulii, quibus quid respondeam nihil habeo. Cur enim relicto Pragensi itinere recta me in Poloniam contulerim, tum ex superioribus meis ad Sacram Maiestatem Vestram datis, tum ex ipso Ernesto, Serenissimo fratre suo, cuius consilium ad unguem secutus sum, plenissime illam intellexisse certo scio. Inde quid actum sit, quid agendum censeam, praesentes abunde significabunt. Illud addam me ad eius optatissimum et augustissimum conspectum colloquiumque veniendi omniaque obsequia ex animo coram praestandi miro desiderio teneri. Iterum valeat Sacra Caesarea Maiestas Vestra.

Hippolytus Cardinalis Aldobrandinus.

Supra alia manu: 5 Agosto. Lettera di Cardinale Aldobrandino.

a) *hoc verbum supra lineam scriptum est.*

Cracoviae, 5.VIII.1588.

Sigismundus III rex Poloniae
universis

de pace cum imperatore Oświęcimi tractanda, prævia restituzione arcis
Lubovlensis.

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 336-337.

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae Samogitiaeque, Livoniae etc., necnon eadem gratia designatus Rex Sueciae Magnique Ducatus Finlandiae haeres etc.

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis, cum iam inde sub finem Comitiorum Cracoviensium coronacionis nostrae tractari ceptum esset de induciis inter Serenissimum et Excellentissimum Principem Rudolphum Secundum, divina favente clementia Romanorum Imperatorem semper Augustum etc., eiusque patruos ac fratres totamque inclytam Familiam Austriacam et Regna Bohemiae, Ungariae Archiducatumque Austriae terrasque iis coniunctas ex una, et nos Regnumque nostrum Poloniae ac Magnum Ducatum Lithuaniae terrasque iis annexas ex altera partibus, tandem de iis a Reverendo in Christo Patre Domino Andrea, Episcopo Vratislaviensi et Supremo per utramque Silesiam Capitaneo, literis, quas ad illum scripserat Caesarea Maiestas, missis ipsius Maiestatis declarationem intellexissemus, promittimus ac spondemus nostro statuumque Regni nostri Poloniae ac Magni Ducatus Lithuaniae et terrarum iis adjunctarum nomine, inducias ex nostra predictique Regni nostri ac Magni Ducatus eiusque provinciarum parte ad diem primam Ianuarii observatum iri, si itidem ab altera parte observabuntur, idque conditionibus huiusmodi: ut arx Lubowla, quod Illustrissimus Archidux Maximilianus ad Byczynam spopondit, sine mora Regno Poloniae restituatur; ut Caesarea Maiestas ac Regnorum Ungariae ac Bohemiae status et homines ad infestandum Regnum nostrum Poloniae eiusque nobiles ac homines nullum militem, nullas copias ducant aut mittant, et nulli Principum ac cuiuscunque status aut nationis hominibus, ac inter caeteros Polonis rebellibus et factiosis, ex ditionibus suis id facere permittant, nec hostibus nostris et rebellibus consilium, opem vel transitum dent.

Similiter etiam nos nullum militem aut copias ad infestandas Caesareae Maiestatis ditiones ducemus vel mittemus, aut cuiuscunque status et conditionis et nationis hominibus eius Caesareae Maiestatis consilium, opem, transitum dabimus. Nihilque prorsus hostile altera pars contra alteram interim molietur aut attentabit. Commissarii Caesareae Maiestatis ac Regnorum Ungariae et Bohemiae Bschynae, nostri vero et Regni nostri Poloniae ac Magni Ducatus Lithuaniae Ozviezimi convenire debent ad tractandum de restauranda pace tollendisque controversiis.^{a)} Convenire vero debent hac aestate ante principium mensis Octobris, prout ea de re Caesarea Maiestas iam se declaravit. Interim in eos, qui in Regno nostro Poloniae detinentur, ad futuram usque pacis tractationem nihil durius agetur. Conditiones tamen Byczinenses integre tamen^{z)} manere ac ii, qui sponsione militari facta, intercedente etiam pro iis promissione Illustrissimi Archiducis Maximiliani, a Generali exercitus nostri Regni

Capitaneo dimissi sunt, ut ad certum diem revenirent, fidei ac promissioni suae satisfacere debent. In quorum omnium fidem et evidentius testimonium.

- a) *in ms. controversis*
z) *sic in ms.*

N. 119.

Cracoviae, 3.X.1588.

Ignotus

ignoto

de Ioannis Kobentzel et cardinalis Aldobrandini missione; de [falsa] fama mortis regis Galliae [Henrici III], et aliae notitiae.

(*"Avviso"*)

A.M.F. F. 4293, f. 338.

Di Cracovia li 3 d'Ottobre 1588.

Se ben il Signor Giovanni Cobenzel, mandato dall'Imperatore, gionse qua per tempo alli 20 del passato, et il Sueco quel medesimo di intese ad longum la dichiaratione et domandò di Sua Maestà Cesarea, non ha ancora però havuto la sua risposta, per esser partito verso Varsovia alli 22 il Sueco, tutto confuso per la peste che si è scoperta, et poi per non haver havuto seco se non due Senatori. Per il che il Cardinale Aldobrandino ha mandato seco l'Abbate Tolosano per la risposta. Il quale rescrisse hieri al Cardinale sudetto che detto Sueco s'era rimesso al Gran Cancelliero, già inviatosi verso lui, et che non sperava di poter esser qui per tutta questa settimana. Però, non potendo partir detto Signor Cobenzel prima del ritorno di esso Sueco, dubitava che a pena li 25 di questo di poter essere a Praga, se ben li commissarii d'una et l'altra parte alli 15 doveano abboccarsi, il che causerà che a pena possi essere a mezzo Novembre.

Il Sueco è malissimo ubidito et quasi niente rispettato. Le cose non possono durare in questi termini. Bisognerà che nostro Signore Dio vi metta la sua santa mano, sendo l'insolenza d'alcuni insopportabile.

La peste si fa sentire gagliardamente per tutto il Regno. Detto Signor Cobenzel è alloggiato in casa del Cardinal Aldobrandino, ov'è ben visto et meglio trattato.

Questa settimana s'era sparsa voce che il Re di Francia fosse morto, ma non si sa di dove sia nata, nè altro fondamento, se non che discorrendosi del stato delle cose di quel Regno, dal medesimo vien affermato che quello sia la sua morte, dicendosi anco che'l Duca di Ghisa habbi invitato il Re di Navarra alla assemblea che si dovea fare al principio di questo, et che per sua sicurezza le offeriva ostaggio de' medesimi suoi figlioli, ma che non vi habbi voluto comparire. Ma è riuscita vana la sudetta nuova.

Si vuole che Revello, nel marchesato di Saluzzo, sia stato soccorso, et che'l Signor Duca di Savoia s'havesse transferito a Turino.

S'intende che'l Resca habbi detto, come persona interessata et artifi-

ciosa, che se il Sueco non sarà trattato dall'Imperatore come Re, che non si tratterà anco cosa alcuna del Serenissimo Massimiliano.

Per lettere di Francia s'intende che Sua Maestà Cristianissima habbi licentiatto l'Ambasciatore di Savoia, residente in quel Regno, con parole alte.

Che Ugonotti erano callati in gran numero et che se n'andavano per prohibidire²⁾ che'l Duca di Savoia non mettesse l'assedio a Revello, fortezza del marchesato di Saluzzo, minacciando anco d'andarsene all'impresa di Turino.

2) sic in ms.

N. 120.

Cassoviae, 9.X.1588.

Ignotus

ignoto

de clade Turcis in Hungaria a Rakosi illata.

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 339.

Avisi di Cassovia alli 9 Ottobre 1588 alle 6 hore doppo mezzo giorno.

Sappia Vostra Signoria che noi qui hieri et hoggi diverse sorte di nuove habbiamo da Sixo et Lendere et dal Signor Alberto Raibintz proprio, il quale col suo cavallo gravemente ferito è venuto a Gias et mi ha mandato a dire che hanno fatto fattione col nemico. Dopo è anco arrivato un nipote del Signor Ragosti, et porta nuova dicendo per certo che li Turchi hiersera, essendo alle cinque hore al tramontar del sole arrivato uno squadrone a Sixo, et quello abruciato, et doppo duei altri squadrone han seguito, che tutti insieme si giudica essere al numero di X mila fanti. Questi tre squadrone son tutti arrivati a Sixo et portati in battaglia.

Li nostri subbito doppo l'incendio sono anco arrivati a Sixo, et medesimamente messisi in battaglia et dato dentro, come a dire li cavalli hussari de Lendero. Signor Ragosti con la sua gente d'Agria, Signor Stefano Humonai, li raitri Alemanni, gli archibugieri et hussari di campagna et alcuni di Onadt et di quelli luochi circonvicini. Et cosi li nostri, havendo urtati prima gl'hussari nell'antiguardia, doppo gli archibugieri gialla et rossa banda, poi gli raitri Alemani, li quali si sono difesi valorosamente et più volte sono passati oltre li squadrone de' nemici et discarcato. Doppo questi ha seguito il Signor Ragosti con suoi hussari, poi gli archibugieri discendero.²⁾ Doppo il Signor Stefano Humonai, et dietro a lui di nuovo hussari, in tal modo che un squadrone doppo l'altro più volte son passati oltre et per mezzo li nemici.

Questo combattimento ha durato quasi fino le X hore di notte. Li raitri et archibugieri di campagna sono stati molto sbandati, et di quelli esserimasti una buona parte. Il Signor Humonai con alcuni suoi huomini valorosi era già preso et legato, parimente al Signor Ragosti davano la caccia et calca, il qual solo non sapeva qual banda vincea. Sopra questi si trovava ancora un fresco squadrone degli nostri, alli quali si sono accostati da 400 delli nostri, che nella fattione da tutte le bande erano sban-

dati, et di nuovo urtato nelli Turchi, et quelli divisi et rotti. Il Signor Humonai con molti buoni compagni, liberato et posto nelli Turchi con tal spavento che la notte da tutte le bande si sono sbandati, non sapendo dove voltarsi. Et così, lodato sia l'Omnipotente Dio, hanno li nostri ottenuto la campagna. Nel luogo della fattione sono più di 600 teste rimaste de' Turchi, oltre quelli che hoggi si haveranno che si sono errando sbandati.

2) *sic in ms.*

N. 121.

Cracoviae, 22.X.1588.

Cardinalis Hippolytus Aldobrandini

[*Antonio Puteo*], *nuntio [Sixti V] apud imperatorem [Rudolphum II]*
de mediatione sua in re induciarum inter Poloniam et imperatorem
et in negotio liberationis archiducis Maximiliani.

(*Exempl. Adest aliud exemplar f. 340-343*)

A.M.F. F. 4293, f. 349-352.

Molto Illustrè et Reverendissimo Signore.

Tornandosene il Signor Cobenzol a Sua Maestà Cesarea, non ho voluto lasciar di dare a Vostra Signoria un poco di ragguaglio di quanto è passato di qui, accioché, se occorresse far costì alcun offitio, ella habbia qualche informatione di questo. Portò il Signor Cobenzol da Sua Maestà Cesarea ordine di parlarmi di due cose, come feci, della tregua et della relassatione in primis et ante omnia del Serenissimo Massimiliano.

Quanto alla tregua, non voleva Sua Maestà che le lettere di essa si facessero sotto nome del Re, non le parendo conveniente di doverlo accettar per tale. Intorno a questo s'è sbattuto un pezzo, et poiché questi erano saldissimi in non voler far le lettere sotto altro nome poiché il Senato, secondo loro, essendoci il Re non ha facultà alcuna da se, il qual Re essi hanno coronato et giurato. Et non volendo nè potendosi fare sotto nome degli ordini, poiché bisognerebbe una Dieta, et per altre cagioni, che et i Senatori che erano qui a me et il Signor Cancelliere ha significato per una sua scrittura al Serenissimo Massimiliano, finalmente si son contentati di dar facultà a me d'assicurar Sua Maestà Cesarea che questa tregua s'oserverà inviolabilmente per tutto Gennaio, dando mi la Maestà Sua facultà all'incontro d'assicurar parimente loro, contentandosi che nella lettera ch'io scriverò all'Imperatore io non nomini mai il Re. Voleva parimente Sua Maestà che si levasse dalla tregua la condizione che prima si dovesse restituir Lubola. A questo gli ho ridotti, se bene per una lettera particolare, che mi scrive il Re, dichiara che l'intention sua è che questo non impedisca la venuta de commissarii, ma non vuol che faccino cosa alcuna prima che sia sodisfatto alle conditioni ch'egliano chiamano Bicciniensi, nelle quali dicono esser compresa questa restituzione et la renuntia del Regno.

Il che facilmente fanno per contrapeso di quello che hanno inteso, che Sua Maestà pretende che i commissarii non habbino a trattare di cosa alcuna, prima che sia rilassato il Serenissimo Massimiliano. Voleva

parimente che dentro di 30 leghe vicino ai confini non si potesse ritener esercito, et che in evento che Cracovia da loro si presidiasse, che fusse lecito a Sua Maestà Cesarea far il medesimo in Vratislavia. Di che si son contentati. Voleva Sua Maestà che si soprasedesse di procedere contro a quelli che hanno seguito la parte del Serenissimo Massimiliano et che si nominassero con altro nome che di rebelli. A questo, se bene non hanno voluto consentire per questo verso d'includerli in questa tregua, per non mostrare che questi tali ricevino questo beneficio da Sua Maestà Cesarea, hanno però cessato di fare l'equivalente, col far un decreto, il Re insieme col Senato, per il quale si differisce questo giudizio sin al principio di Gennaio. Et a voce si lasciano intendere che durerà la dilazione sin per tutto Gennaio. Hanno voluto che Sua Maestà prometta di non molestare dignitatem, authoritatem et praesentem statum Regni Poloniae per due rispetti, l'uno per includer effettualmente il Re, acciò che non fusse lecito il machinarli contro, secondo essi dicono; l'altra, perché dicono havere scoperte molte pratiche che si fanno nel Regno, et che si cerca di farli muover guerra anco dal Mosco, et perciò dicono voler esser sicuri in questo tempo da tutte queste cose.

Sua Maestà non voleva i luoghi nominati da questa parte, ma Glo-govia. Quella non l'hanno voluta per cagione della peste, ma si son contentati di Bithum et Bendzim, che nominai io, comunicatolo con il Signor Cobenzol. Et prima che io concludessi questa strada, la comunicai col Signor Cobenzol, il quale fu d'opinione che Sua Maestà l'accetteria ad ogni modo. Non so se riuscirà, et perché il tempo vola son forzato, per abbreviare, mandar a Vostra Signoria la lettera ch'io ho da scriver a Sua Maestà per questo assicuramento, come fo. La quale ella non ha da consegnar prima non solo di sapere che la Maestà dell'Imperatore si contenti di questo modo, ma mi dia la medesima facultà di poter assicurar questi del Regno di Pollonia, nel modo preciso ch'egli vogliono. Et secondo, che con questa sarà la minuta, sendo che sia alterata in cosa alcuna. Et se per sorte nascesse qualche difficoltà sopra questa scrittura, non accetti Vostra Signoria Reverendissima cosa alcuna, ma mi spedisca uno subito in poste nel modo che si può, perché lo rispedirò indietro subito. Conosco che il dover saria che Sua Maestà mi mandasse prima la facultà, la quale potessi far anco prima vedere a quest'altri. Tuttavia, poiché la brevità del tempo mi strigne tanto, ho eletto di far così, potendo Vostra Signoria Reverendissima assicurar Sua Maestà et i ministri bisognando, che io gliene manderò un'altra, volendola sotto la data posteriore alla facultà di Sua Maestà Cesarea. Et quando Sua Maestà non si sodisfaccia di questo modo, io certo veggio questo negotio in mali termini, per la difficoltà del negotiare, rispetto particolarmente alla peste et alla lontananza della Corte et de Senatori, tutti spariti in qua et in là. Il Signor Cobenzol è informato d'ogni cosa pienissimamente, et supplico solo Vostra Signoria Reverendissima a farlo sollecitare per la spedizione, acciò che io quanto prima sappia in quanti pondi d'acqua, come si dice in proverbio, mi trovo, presupponendosi che io stia con molta ansietà sin tanto che non sappia qualche cosa.

Quanto alla liberatione, per molto che io habbia fatto et detto, non l'ho possuta ottenere, dicendo questi apertissimamente non poterlo rilassare prima che si assicurino d'haver a haver pace, perché liberato che fusse, saria in potestà, secondo loro, di Sua Maestà et di lui farla o non farla, et se bene intorno a questo ho replicato infinite cose, non però ho mai profittato, et tanto maggiormente hoggi che si sono insospettiti,

poiché hanno visto che ha ripigliato il titolo di Re eletto di Pollonia, che prima haveva, secondo loro, tralasciato. Onde inferiscono che tanto meno, liberato che fusse, potriano poi sperar la pace. Io, havendomene così anche pregato il Signor Cobenzol, ho messo alcune poche cose in consideratione a Sua Maestà Cesarea circa il pericolo della guerra et la difficultà dello sforzar questo Regno, et alla difficultà anco d'haverlo per negotiatione, mentre sta prigione il Serenissimo Massimiliano et mentre non si fa pace, per la grandezza del Regno et vastità d'esso, per la difficultà di nutrirsi dentro eserciti, per le forze del Regno istesso, per la determinatione che hanno i Pollacchi di difender mordicus la loro libertà et per li aiuti che si promettono dal Turco et dai Tartari in un bisogno molto prontamente. Et questo al negotio forse costeria quasi altrettanto quanto la guerra, nè haveria punto più certo esito, per la vigilanza che usa e userà la parte contraria, assai gagliarda, mentre non si fa pace. Gli ho anche messo in consideratione che il cercar d'ottener il Regno con arme, quando ciò non succedesse, saria facilmente un escluder perpetuamente questa Serenissima Casa da questo Regno, perché nella guerra è necessario o che la nobiltà offendere o sia offesa da questa Serenissima Casa. Onde difficilmente si potrà indur poi a pigliar per Re alcuno de Principi di questa Casa, havendo l'elettione del Re, et havendo o offesi o stata da essi offesa, o forse l'uno et l'altro. Dove che, quietato il negotio per via di pace, sarà molto facile a un'altra occasione che cadesse in mano di alcuno di questi Serenissimi Principi, per molte circostanze che io per hora taccio.

Di tutto questo ho voluto dar conto a Vostra Signoria Reverendissima per li offitii che occorressero far in questo negotio, poiché il Signor Cobenzol ha giudicato superfluo ch'io mandi alcuno per questo effetto alla Corte. Io havevo non solo inclinatione, ma determinatione di venir mene costà et parlar io stesso a Sua Maestà Cesarea, ma havendo una lettera da Nostro Signore, nel principio ch'io mi partii di Roma, nella quale comanda che, venendo a Praga, io faccia ad ogni modo l'entrata solenne, non m'è bastato l'animo di arrischiarci, poiché non sapevo quanto questo fusse a gusto di Sua Maestà, nè harei voluto in un tempo istesso portar io pericolo, contrafacendo alla volontà di Nostro Signore, di perder la gratia sua et anco esser cagione di mala sodisfattione tra Sua Beatitudine et la Maestà Sua. Ma ho ben detto al Signor Cobenzol che se vedesse punta d'inclinatione in Sua Maestà, et a questa cosa dell'entrata si pigliasse qualche spediente, io me ne verrei subito volando. Nel che prego anche lei che si sforzi di penetrare, se è possibile, qual fusse in ciò la mente di Sua Maestà. Et perché il Signor Cobenzol vuol partire et insta grandemente per la speditione, il che mi toglie il tempo anche di scriver a Roma, ma lo farò fra un giorno o due et manderò uno a posta con le lettere a Vostra Signoria Reverendissima.

La prego di comunicar questa lettera col Signor Ambasciatore di Toscana, il quale son sicuro che consigliandosi ella seco et egli con lei, bisognando faranno et l'uno et l'altro quelli offitii per la buona et presta speditione, ch'io mi prometto dalla bontà dell'uno e dell'altro. Mi scordavo dirle, intorno alla tregua, che voleva Sua Maestà che fusse lecito indistintamente mandare a qualsivoglia Ambasciatori, corrieri et persone. Il che non hanno questi voluto in alcuna maniera concedere così indistintamente, perché dicono che potriano esser mandati molti a far tumulti e sollevamenti, ma si contentano che, venendo Ambasciatori et portando lettere e fedi pubbliche, se gli diano persone che gli accompa-

gnino. Il tempo l'hanno proposto sino al primo di Dicembre, poiché par loro che restino da superar molte difficultà, tra le quali sono il numero delle persone che hanno da condur seco i commissarii. I quali a questi di qua pare che non possino esser meno fra tutti di 600 o 700 persone. Et l'haver penetrato per quello ch'è stato detto in nome del Serenissimo Massimiliano al Cancelliere, che Sua Maestà non voglia che i commissarii trattino di cosa alcuna prima che sia rilassato il Serenissimo prigione, il che se così fusse, dicono dover esser superflua la venuta de commissarii, poiché son resolutissimi di non farlo, senza prima stabilire totalmente la pace. Et perciò mi hanno fatto istanza, si come ho scritto all'Imperatore, che Sua Maestà si contenti di rimetter tutto il negotio alla determinatione dei commissarii, senza questa ristrettiva.

Tutte queste cose scrivo a Vostra Signoria Reverendissima perché possa, come ho anche detto, bisognando far quelli offitii che giudicherà oportuni, ma desidero che il tutto resti tra lei solo e il Signor Ambasciatore di Toscana, ne' quali due soli confido in cotesta Corte. Et perciò mi favorirà che questa lettera non vada per le segreterie, ma resti nella sola sua mano. Avvertisca Vostra Signoria Reverendissima che con questa saranno due lettere dell'assicuramento, conformi in ogni cosa, eccetto che in una è una clausula, nella quale prometto di mostrare, sempre che bisognerà, la lettera della facultà datami per far questo assicuramento. Nell'altra manca questa clausula, perché i ministri di Sua Maestà, piacendo loro questa strada, piglino quella delle due che più lor piace. Et bacio a Vostra Signoria Reverendissima le mani. Di Cracovia li 22 d'Ottobre 1588.

Di Vostra Signoria molto Illustrē et Reverendissima
Hippolito Cardinale Aldobrandino.

Se bisognasse spedirmi, Vostra Signoria Reverendissima non guardi a spesa alcuna, ma mi spedisca subito, ch'io la rimborserò subito d'ogni cosa. Se volessero quei Signori nelle lettere della facultà, ove si dice che missus sum ad pacem inter Caesaream Maiestatem ac Regnum Poloniae procurandam, dir prima: ad liberationem Serenissimi Maximiliani et ancor chiamarlo eletto Re di Polonia, non darà noia, nè in questo si faccia difficultà.

Copia della lettera che scrive il Cardinale Aldobrandino al Nuntio in Corte Cesarea.

N. 122.

Cracoviae, 22.X.1588.

*Cardinalis Hippolytus Aldobrandinus
ad imperatorem [Rudolphum II]
de induciis cum Polonis.*

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 346.

Sacra Caesarea Maiestas.

Cum Sanctissimus Dominus Noster Sixtus Quintus, pro summa Sanctitatis Suae paterna caritate erga totius gregis dominici populos et maximo erga Principes christianos, qui sunt Ecclesiae Dei luminaria, amore

et affectu, eorum concordiae ac fraternae unioni enixe semper intendat, nos ad hoc Regnum misit, ut liberationem Serenissimi Maximiliani etc., fratris Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae, pacemque inter ipsam totamque Serenissimam Austriacam Familiam et Regnum Poloniae omni conatu, intercessione et auctoritate procuraremus. Ad hoc ut^{a)} huic negocio commodius pacatorique animo incumbere possimus, peropportunitum visum est, ut interim bellorum strepitus conquiescant et ab armis, firmatis inducis, abstineatur idque per totum mensem Ianuarii insequentis anni MDLXXXVIII.

Nos igitur Hippolytus, tituli Sancti Pancratii Praesbiter Cardinalis Aldobrandinus, Sanctae Romanae Ecclesiae Maior Penitentiarius ac Sanctissimi^{b)} Domini Nostri de latere Legatus, cum eiusdem Sanctissimi, cuius vicem gerimus, nomine, tum pro facultate ex parte Regni Poloniae nobis facta, cuius facultatis litteras penes nos habemus, Sacrae Caesareae Maiestati Vestrae spondemus recipimusque Regnum Poloniae universum ac Magnum Ducatum Lituaniae provinciasque iis coniunctas inducias hasce ad supradictum tempus, si a parte Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae necnon Bohemiae Ungariaeque Regno, una cum adiacentibus provinciis, videlicet Silesia ac Moravia, necnon Archiducatus Austriae idem fiat, sancte inviolabiliterque servaturos atque inducias huiusmodi durantibus neque hostili manu in Bohemiae Ungariaeque Regna vel Austria, Silesiam, Moraviam, aut quascunque provincias iis coniunctas irrupturos, ad eas infestandas quemquam cuiuscunque nationis aut partis immissuros, assensum ullumque favorem aut auxilium ei rei praebituros nihilque omnino per omne hoc tempus contra dignitatem aut salutem praesentemque statum Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae Serenissimaeque Familiae Austriacae Principum acturos molitusves.

Legatos aliquos si vel Sacra Caesarea Maiestas Vesta, vel aliquis ex parte Caesareae Maiestatis Vestrae, ad Serenissimum Maximilianum etc. aut ordines huius Regni, vel quemcumque etiam ex commissariis deputandis mittere voluerit, litterae fidei publicae aut commeatus ductoresque iis dari iubebuntur. Mercatura quoque interim non prohibebuntur. Exercitum item intra spatium triginta miliarium Germanicorum prope fines, praedicta Regna contingentes, non habebunt. Et si Regnum Poloniae aliquo militum praesidio Cracoviam muniendam duxerit, Sacrae Caesareae Maiestati Vestrae tantumdem quoque praesidii muniendae Vratislaviae causa immittendi ius erit. Ipsius autem pacis, quemadmodum iam ante de ea agi coemptum est, agendae causa ad primam mensis Decembribus praesentis anni Episcopi, Principes, Senatores et alii in commissarios ab utraque parte electi ad oppida Bithum et Bendzin, Deo omnium bonorum largitore iuvante, convenient. Qui commissarii, quo cum comitatu accedere ad colloquium debeant, primo quoque tempore partibus proponemus. Obiectiones etiam et quaestiones, quae impedire possint, quominus ad solidam tractationem accedatur, ut interim tollantur, operam dabimus. In quorum fidem has manu nostra subscripsimus et sigillo nostro communiri iussimus. Datum Cracoviae die 22 Octobris 1588.

Hippolytus Cardinalis Aldobrandinus, Legatus.
Locus sigilli.

In margine superiori: Copia di lettera del Cardinale Aldobrandino Legato in Pollonia sopra la tregua fatta con i Pollacchi.

a) in ms. et

b) in ms. Serenissimi

Rudolphus II imperator

universis

*consensum suum ad inducias per legatum Aldobrandinum a Polonia ob-
tentas exprimit, ad conventum utriusque partis commissariorum
consentit.*

(Exempl. Alia duo exemplaria: ff. 361 et 366)

A.M.F. F. 4293, f. 354.

Rudolphus etc.

Significamus praesentibus hisce quorum interest universis et singulis, cum Reverendissimus in Christo Pater Dominus Hippolitus, Sanctae Romanae Ecclesiae Praesbyter Cardinalis Aldobrandinus, Sanctissimi a) Domini Nostri in Regnum Poloniae Legatus de latere, ad pacem inter nos totamque Austriacam Familiam Serenissimam ac Regnum Poloniae constituendam procurandamque missus esset, ac quo commodius hoc negotium tractari posset, in primis necessarium iudicasset, ut ad certum aliquod tempus induciae ab utraque parte constituerentur; nos pro nostra parte iis, quae sequuntur, condictionibus per integrum mensem Ianuarii^{z)} anni sequentis MDLXXXIX veras firmasque inducias cum prefato Regno ac Magno Ducatu Lituaniae provinciisque iis coniunctis, nostro ac Regnum nostrorum nomine, Bohemiae, Hungariae una cum adiacentibus provinciis, videlicet Silesiae ac Moraviae necnon Archiducatus Austriae, constituendi^{b)} plenam facultatem auctoritatemque sibi dedisse, quemadmodum omni meliori modo damus, tribuimus hisce praesentibus promittimusque nos necnon Bohemiae Hungariaeque Regnum una cum adiacentibus provinciis, videlicet Silesia, Moravia, necnon Archiducatum^{z)} Austriae, per omne semper memoratum tempus, si a parte dicti Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae idem fiet, pacem sancte inviolabiliterque servaturos induciisque iis durantibus neque hostili manu in Regnum Poloniae Magnumque Ducatum Lituaniae provinciasque iis coniunctas irrupturos ad easque infestandas quemquam cuiuscunque nationis, vel Poloniae vel aliarum, immissuros assensumque nostrum ullumque favorem aut auxilium ei rei prebituros esse, nihilque omnino contra dignitatem vel salutem, quietem, tranquillitatem ac praesentem statum Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae provinciarumque illis coniunctarum consilio, vel dicto vel facto, clam vel palam, per se vel alios, tam extra quam intra Regnum Poloniae, nostram Caesaream Maiestatem caeterosque Serenissimae Familiae Austriacae Principes acturos moliturosve.

Legatos autem seu oratores ex parte praedicti Regni, si ad nos vel ad quoscunque alios in dicta Regna vel provincias vel Archiducatum mitterentur, tunc et literae commeatus et ductores iis a nobis dari iubebuntur. Mercaturae quoque interim non prohibebuntur. Exercitum item intra spacium triginta miliarium Germanicarum prope fines, praedicta Regna contingentes, non habebimus. Et si ex parte Regni Poloniae Cracovia aliquo militum praesidio munietur, nobis quoque tantundem praesidiū munienda Vratislaviae causa immittendi ius erit. Ipsius autem pacis, quemadmodum iam antea de ea agi coepit est, tractandae causa ad

primam diem mensis Decembris anni praesentis Episcopi, Principes, Senatores atque alii commissarii ab utraque parte electi ad oppidum Bi-thum et Bendzin, Deo omnium bonorum largitore iuvante, convenient. Qui commissarii, quo cum comitatu ad colloquium accedere debeant, idem Reverendissimus Cardinalis primo quoque tempore proponet. Obiec-tiones item et questiones, quae impedire possent, quominus ad solidam tractationem accedatur, ut interim tollantur, operam dabit. In quorum fidem hasce manu nostra subscrisimus sigilloque nostro muniendas mandavimus.

- a) *in ms.* Serenissimi
- b) *in ms.* constituende
- z) *sic in ms.*

N. 124.

Brestiae, 5.XII.1588.

*Sigismundus III rex Poloniae
ad cardinalem Hippolytum Aldobrandini
de induciis cum imperatore [Rudolpho II]; de conventu commissariorum
utriusque partis; de captivitate Maximiliani.*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 356.

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitia, Livoniae etc., necnon eadem gra-tia designatus Rex Sueciae Magnique Ducatus Finlandiae haeres, Reve-rendissimo in Christo Patri Domino Hippolyto, tituli Sancti Pancratii Presbitero Cardinali Aldobrandino, Sanctae Romanae Ecclesiae Maiori Poenitentiario ac Sanctissimi Domini Nostri a latere Legato, amico nostro carissimo et honorando, salutem et omne bonum.

Reverendissime in Christo Pater, Amice noster charissime et hono-rande.

Quod Reverendissima Paternitas Vestra tantum laboris suscipiat pacis inter nos et Caesaream Maiestatem ac inclitam Domum Austriacam conficienda causa, facit pro pietate sua, cum nolit christianum sanguinem fundi hominesque paganos ex dissidiis christianorum laetari. Nos quidem ei hoc munere gratias agere non erubescimus. Deo vero, qui nos ipse ad hoc Regnum vocavit, confidimus, si hoc studium nostrum ab altera parte reiicitur, eum nostrum defensorem fore et ostensurum, quod ante iam fecit, se pugnare semper pro aequitate, nec contra volun-tatem eius esse consilium.

Conventum commissariorum prorogatum esse a Caesarea Maiestate ad primam Ianuarii non iniquo animo patimur atque commissarios nostros de ea die sine ulla mora admonebimus. Assentimur etiam de praesidio, si quod ultra eum numerum, qui iam fuit, Cracoviam introducetur, ut similis in aliquod oppidum Silesiae aequali intervallo a finibus nostris introducendi Caesareae Maiestati ius sit, modo nobis Reverendissima Paternitas Vestra eum locum mature nominet. Nos item, si Cra-

covicense praesidium augere volemus, in tempore Reverendissimae Paternitati Vestrae significabimus.

De numero comitatus communicabimus cum nostris commissariis, utque quam minimo pro cuiusque munere ac statu contenti sint, eos hortabimur faciemusque de eo Reverendissimam Paternitatem Vestram certiore. De modo congressus ac colloquii Reverendissima Paternitas Vestra pro sua prudentia delegatis utrinque, quod in re praesenti illi maxime e dignitate et securitate utriusque partis videbitur, proponet. Nostrи certe non gravatim rectis Reverendissimae Paternitatis Vestrae consiliis locum dabunt. Hoc autem peculiariter a Reverendissima Paternitate Vestra caveri cupimus, ne qui in comitatu illius partis commissariorum Poloni, qui rebellionis nobis rei sunt, intersint. Multum enim hoc ad tranquillitatem illius conventus interesse putamus. Formulam publicae fidei, simul etiam potestatis plenae commissariorum, uno aut altero verbo adiecto, non improbamus. Illud prorsus necessarium est, ut ab utraque parte nomina commissariorum litteris publicae fidei mandentur.

Atque haec ad litteras Paternitatis Vestrae. Illud praeterea diserte illi prescribendum putavimus: si pactionis Biczinensis conditions in dubium vocabuntur, nihil spei de fructu aliquo istius conventus fore. Ea sententia est Senatorum Regni nostri et Magni Ducatus Lithuaniae. Primum enim earum summam aequitatem vident, deinde vero tantam ex iure gentium certitudinem, ut si hae, dum adhuc Serenissimus Archidux Maximilianus in potestate est, non serventur, nihil sibi certi de quibusvis aliis transactionibus polliceri possint. Quod reliquum est, Reverendissimam Paternitatem Vestram bene et feliciter valere cupimus. Datum Brestiae Lituanico,²⁾ die 5 Decembris anno Domini 1588, Regni vero nostri primo.

Sigismundus Rex

2) sic in ms.

N. 125.

Brestiae, 5.XII.1588.

Sigismundus III rex Poloniae
universis

de tractationibus pacis prima die Ianuarii 1589 in oppido Bendzin, legato
Hippolyto Aldobrandini mediante, initiandis.

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 357-358.

Sigismundus, Dei gratia Rex Poloniae etc.

Significamus praesentibus hisce universis et singulis, quorum interest, cum Reverendissimus in Christo Pater Dominus Hippolitus, Sanctae Romanae Ecclesiae Praesbiter Cardinalis Aldobrandinus, Sanctissimi Domini Nostri ad nos inque Regnum nostrum Legatus de latere, ad pacem inter Sacram Caesaream Maiestatem totamque Serenissimam Familiam Austriacam et nos Regnumque nostrum procurandam instituendamque mis-

sus esset, cumque pro facilitiori supradictae pacis tractatione et conclusione iam conventum fuerit, ut Senatores aliquot delectos ad oppidum Brendzin^{z)} mittamus, qui prima die Ianuarii anni proxime futuri 1589 cum commissariis Caesareae Maiestatis universaeque Domus Austriacae Regnorumque^{a)} Hungariae et Bohemiae, qui ad oppidum Bithum ad dictum accedent diem, convenire debeant, plenam authoritatem et facultatem eidem Reverendissimo Cardinali dedisse, quemadmodum omni meliori modo damus tribuimusque hisce praesentibus, tum nostro tum omnium nostrorum ordinum nomine, spondendi sancteque recipiendi Sacrae Caesareae Maiestati commissariisque pro eius parte electis, nimirum Illustrissimo Domino Vespasiano Gonzaga, Duci Sabionetae, Marchioni Ostiani et Comiti Rotengi, Ordinis Aurei Velleris Equiti; Reverendo Domino Petro Episcopo Iaurinensi, Regni Hungariae Cancellario; Illustri et Magnifico Guglielmo a Rosembergh in Krumbnau, Domus Rosebergiacae Gubernatori, Ordinis Aurei Velleris Equiti ac Sacrae Caesareae Maiestatis Consiliario Secreto, Supremo Regni Bohemiae Burgravio; Magnifico^{b)} Poppel, Magistro Aulae Regni Bohemiae; Reverendissimo Stanislao Episcopo Olomucensi; Magnificis, Generosis et Nobilibus Nicolao Palfi de Gdeod,^{z)} arcis Komoriensis Praefecto; Ricardo Strein in Schnartzenau et Thierstein; Senfrido^{z)} a Promnicz in Plessoraw et Tribell; Ioanni Kobenzell in Prosszech, Ordinis Theutonicorum Commendatori; Baronibus et Consiliariis Sacrae Caesareae Maiestatis omnibus et quibuslibet eorum, qui ad conventum pacificationis venerint, prout per praesentes sancte recipimus et promittimus, si a parte Sacrae Caesareae Maiestatis Serenissimaeque Familiae Austriacae idem fiet, quod totu[m] tempore, quo tractatio ista durabit, supradicti omnes commissarii,^{z)} pro parte Sacrae Caesareae Maiestatis Regnorumque Hungariae et Bohemiae electi, libere ac tuto poterunt venire ac manere intra fines Regni nostri, ad tractandum cum commissariis, pro parte nostra Regnique nostri ac Magni Ducatus Lithuaniae deputatis, toties quoties voluerint et oportunum eis visum fuerit, cum comitatu suo, indeque libere ac tuto redire poterunt, et non solum molestia aliqua non afficiuntur, quin potius omni cum honore et summa cum humanitate tractabuntur liberrimusque ac tutissimus illis erit ex parte nostra nostrorumque hominum, cuiuscunque nationis fuerint, redditus ad Sacram Caesaream Maiestatem et ad domus suas.

Pariterque facultatem dedisse, nostro et omnium ordinum nostrorum nomine, prout praesentibus omni meliori modo eidem Reverendissimo Domino Cardinali damus, promittendi et recipiendi dictae Sacrae Caesareae Maiestati et Domui Austriacae ac Regnis Hungariae et Bohemiae provintiisque illis annexis, Silesiae et Moraviae, et Archiducatui Austriae, prout etiam nos promittimus et spondemus, quod quidquid cum praefatis commissariis omnibus, quicunque ad eum conventum venerint, conclusum et compactatum fuerit circa huiusmodi pacem ac liberationem Serenissimi Maximiliani, semper ratum et firmum habebitur a nobis Regnoque nostro et Magno Ducatu Lithuaniae et provintiis illis annexis, nec illi contraibitur, dummodo pro parte Sacrae Caesareae Maiestatis Serenissimorumque Principum Serenissimae Familiae Austriacae ac Regnorum Hungariae et Bohemiae provintiarumque illis adiunctarum, scilicet Moraviae et Silesiae, ac Archiducatus Austriae idem fiet.

Et si induitiis durantibus Cracoviam, si ita nobis videbitur, praesidii maiore numero quam iam fuit, qua de re eius Reverendissimam Paternitatem certiore facere debemus, munire voluerimus, vicissim Caesareae

Maiestati tantundem praesidii Wratislaviam, vel in alium locum ditionis sua, a finibus aequae ac Cracoviam distantem, ita tamen, ut eius loci nomen mature nobis a Reverendissima Paternitate Sua significetur, mu niendi caussa immittendi ius erit. In cuius rei indubiam fidem praesentes subscriptas sigillo Regni nostri consignare mandavimus. Datum Brestae Lithuanico,^{z)} die V Decembris anno Domini 1588, Regni vero nostri anno primo.

Sigismundus Rex
Locus sigilli
Hippolytus Cardinalis Aldobrandinus, Legatus.
Locus sigilli.

- a) *in ms. Regnumque*
- b) *in ms. spatium album (aliquot puncta).*
- z) *sic in ms.*

N. 126.

Nemschoschi, 21.XII.1588.

*Hippolytus Aldobrandini
ad imperatorem [Rudolphum II]
commissarios caesareos ad pacem cum rege Poloniae tractandam enu-
merat.
(Exempl.)
A.M.F. F. 4293, f. 362-363.*

Sacra Caesarea Maiestas.

Cum iam Sacra Caesarea Maiestas Vestra deliberaverit pro facilitiori tractatione et conclusione pacis inter Sacram Caesaream Maiestatem Vestram totamque Serenissimam ac inclitam Familiam Austriacam Regnumque Poloniae ac Magnum Ducatum Lithuaniae transmittere ad oppidum Bithum Illustrissimum ac Excellentissimum Dominum Vespasianum Gonzaga, Ducem Sablonetae, Marchionem Ostiani et Comitem Rottigi, Ordinis Aurei Velleris Equitem; Illustrissimum Dominum Guglielmum a Rosembergh in Krumbnar,^{z)} Domus Rosembergicae Gubernatorem, Ordinis Aurei Velleris Equitem et Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae Consiliarium Secretum, Supremum Regni Bohemiae Burgravium; Reverendissimum Dominum Petrum Episcopum Iaurinensem, Regni Hungariae Cancellarium; Illustrem^{a)} Poppel, Magistrum Aulae Regni Bohemiae; Reverendissimum Dominum Stanislauum Episcopum Olomucensem; Illustres Dominos Nicolaum Balffi de Erdeod, arcis Komoriensis Praefectum; Ricardum Strein in Schnartenau et Thierstein; Lenfridum a Promnicz in Plessoraw et Tribell; Ioannem Kobenzel in Prossach, Ordinis Theutonicorum Commendatorem; Barones et Consiliarios Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae, qui prima die Ianuarii^{b)} anni proxime futuri

1589 cum commissariis dicti Regni Poloniae ac Magni Ducatus Lithuaniae, qui ad oppidum Bendzin ad dictum diem accendent, convenire debeant, nos Hippolytus, tituli Sancti Pancratii Praesbiter Cardinalis Aldobrandinus, Sanctae Romanae Ecclesiae Maior Poenitentiarius ac Sanctissimi Domini Nostri Legatus de latere, cum eiusdem Sanctissimi, cuius vicem gerimus, nomine, tum pro facultate ex parte Regni Poloniae nobis facta, cuius facultatis literas penes nos habemus, Sacrae Caesareae Maiestati^{c)} Vestrae ac supranominatis personis, in commissarios a Sacra Caesarea Maiestate Vestra nominatis, omnibus et quibuslibet eorum, qui ad conventum pacificationis convenerint, spondemus recipimusque, si a parte Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae Serenissimaeque Austriacae Familiae idem fiet, quod toto tempore, quo tractatio ista durabit, supradicti omnes commissarii,^{z)} pro parte Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae Regnorumque Hungariae et Bohemiae electi, libere ac tuto poterunt venire ac manere intra fines Regni Poloniae, ad tractandum cum commissariis, pro parte Regni Poloniae ac Magni Ducatus Lithuaniae deputatis, toties quoties voluerint ac oportunum eis visum fuerit, cum comitatu suo; indeque tuto ac libere redire poterunt ac non solum molestia aliqua non afficiuntur, quin potius omni cum honore ac summa cum humanitate tractabuntur, liberrimusque ac tutissimus illis erit ex parte Regni Poloniae ac praesentis illius status illiusque hominum, cuiuscunque nationis fuerint, redditus ad Sacram Caesaream Maiestatem Vestram domosque suas.

Pariterque eodem Sanctissimi Domini Nostri nomine et pro facultate a Regno Poloniae nobis facta, praesentis status Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae omniumque illorum ordinum nomine, Sacrae Caesareae Maiestati^{c)} Vestrae et Serenissimae Domui Austriae ac Regnis Hungariae et Bohemiae provintiisque illis annexis, Silesiae et Moraviae, ac Archiducatui Austriae, spondemus et recipimus, quod quidquid cum commissariis, pro parte Regni Poloniae ac Magni Ducatus Lithuaniae electis, quicunque ad eum conventum venerint, conclusum et compactatum fuerit circa huiusmodi pacem ac liberationem Serenissimi Maximiliani etc., semper ratum et firmum habebitur a Regno Poloniae Magnoque Ducatu Lithuaniae ac provintiis illis annexis et praesenti statu Regni Poloniae, nec contraibitur, dummodo pro parte Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae Serenissimorumque Principum inclitae Familiae Austriae ac Regnorum Hungariae et Bohemiae provinciarumque illis adiunctarum, videlicet Moraviae et Silesiae, ac Archiducatus Austriae, idem fiet.

Et si indutiis durantibus Cracoviam Poloni maiori^{d)} praesidio quam iam fuit, qua de re me certiores facere debebunt, munire voluerint, vi cissim Sacrae Caesareae Maiestati^{c)} Vestrae tantundem praesidii Wratislaviam, vel in alium locum ditionis suae, a confinibus aequa ac Cracoviam distantem, ita tamen, ut eius loci nomen mature a me illis significetur, muniendi caussa immittendi ius erit. In quorum fidem has manus nostra subscrisimus et sigillo nostro communiri iussimus. Datum Nem schoschi, die 21 Decembris 1588.

Hippolytus Cardinalis Aldobrandinus, Legatus
Locus sigilli.

a) *in ms. spatium album*

d) *in ms. miori*

b) *in ms. Annuario*

z) *sic in ms.*

c) *in ms. Maiestatis*

Meghies, 23.XII.1588.*)

*Sigismundus Bathori [princeps Transilvaniae]
ad rei memoriam
articulos in comitiis generalibus regni Hungariae latos accipit.
(Exempl. Charta valde destructa).
A.M.F. F. 4293, f. 368-369.*

Articuli, qui in Comitiis generalibus...^{a)} lati sunt.

Nos, Sigismundus Bathori de Somlio, memoriae commendamus te-
nore praesentium, quod nomine Regni in Comitiis in Meghies celebratis
exhibuerunt nobis quosdam articulos rogantes, ut confirmaremus. Quo-
rum tenor talis est:

1^{us}. Gratias agimus Deo, qui non externum, sed naturalem nobis Prin-
cipem concesserit, et quod in loco praecedentis Principis eius filium suf-
ficerit, et ut eius imperium experiamur, iam nobis concessit.

2. Decrevimus, ut Tua Celsitudo secundum vitam et consuetudinem
aliorum Principum iuret, quod nos integre conservabit in nostra liber-
tate, in iuribus nostris ab antiquis Regibus datis et in his, quae nos hic
decrevimus, cum eadem potentia et autoritate praesit, qua praedeces-
sores Principes prae fuerunt.

3. Et quoniam superioribus diebus cum Regni Tuae^{b)} Celsitudinis
curam habuit gubernator, videntes cum diuturnam eius infirmitatem,
tum quod Deus Tuam Celsitudinem et aetate et prudentia auxerit, dictum
gubernatorem iuxta eius desiderium a gubernationis officio liberamus, ut
posthac apud Tuam Celsitudinem supremus sit consiliarius et praeterea
Regni Generalis Capitaneus, qua tamen potestate communi consensu pe-
riculosis temporibus utetur.

4. Penes autem Tuam Celsitudinem necessarium iudicamus, ut sint
assidui nobiles et consiliarii, qui tempore praecedentium Principum Re-
gni negotia curaverunt et gubernarunt, quorum bona et^{c)} recta consilia
sequatur in illis, quae in primis ad Dei gloriam, deinde ad communem
patriae utilitatem et iustitiae administrationem pertinebunt, iuxta lau-
dabilem Principum consuetudinem, qui adulti et maturi hoc observarunt,
qui et sapienter et suorum cum commodo prae fuerunt imperiis.

5. Intelleximus, naturalis noster Princeps et Domine clementissime,
in praesentibus et generalibus Comitiis, quae ad nostram instantiam Tua
Celsitudo celebrari curavit et adnuit^{d)} vicissim propositionibus, quantum
de nobis et patria nostra curam habeat. Gratias agimus Deo, quod illius
nostrii consilii fractum Tua Celsitud...^{a)} iam degustamus.

6. Rogamus Deum Maximum, ut Tuam Celsitudinem indies in bono
proposito augeat et utique in ferventi hac erga nos et patriam nostram
benevolentia et charitate conservet. Idem Deus nos quoque dirigat, ut
nunquam ingrati erga Tuam Celsitudinem inveniamur, quin potius omni
fidelitate et obedientia Tuae Celsitudini possimus servire usque ad mor-

tem, et propter patriae conservationem nec nobis ipsis, nec possessiōnibus parcamus.

7. Quamvis autem propositiones, quas Celsitudo Tua ad nos misit, sint tales, quae...^{a)} institutum...^{a)} tum quoniam maiores nostri omnia Comitia...^{a)} nos quoque laudabile illorum exemplum sequentes, [communi] Regni consensu iudicamus illas debere esse primas, de quibus una cum Tua [Celsitudine] decernamus. Occurrit autem primo institutum Iesuittarum,^{z)} propter quod Tuam Celsitudinem instantissimis precibus nolui- mus molestare, nam propter innumerās rationes, quas Tuae Celsitudini proposuimus, hoc etiam accedit, quod isti inde...^{a)} patriae nostrae ruinam et posterorum perditionem. Extat laudabile maiorum nostrorum decre- tum, quo Isabellae Reginae tempore...^{a)} religio cum omnibus suis profes- soribus et ordinib[us] communib[us]...^{a)} paribus suffragiis, tum ex nostra patria, tum ex reliqua Ungariae [parte] fuit, quin sequentibus tempo- ribus post Reginae ingressum in [generalibus] Comitiis 1556, sicut articu- lus huius anni declarat, omnis red...^{a)} illis aut illos reducendi interclusa fuit, hac praesertim ratione, qua bona omnia illorum confiscata sunt et sub gravi poena et interdicto...^{a)} hominibus allata imperpetuum; quod ergo nobis in tam iustum petitionem extunc Tua Celsitudo et secundum nostrum desiderium clemens responsum dederit, [magnas] Celsitudini Tuae gratias agimus.

8. Decrevimus igitur communi Regni consensu et trium nationum...^{a)} fratribus nostras partes Ungariae incolentibus,^{z)} ut a data praefixa...^{a)} computando intra 28 dies, isti Iesuittae ex omni ditione Tuae Celsitudinis [omnino] cedant, et ut nunquam iste ordo, quandoquidem adhuc florente religione pontificia in Regno Ungariae nec fama eius fuit auditā, amplius in [Regnum] nostrum introducatur, quin potius et aliis Romanae religio- nis [ordi]nibus nec templa, nec coenobia in communib[us] locis...^{a)} per- mitt[antur], respicientes antiquam Regni constitutionem, huiusmodi reli- giosi neque ecclesiasticae personae inter nos donationis titulo, quae cito sub...^{a)} bonum nobilitatis et haereditatis possidere possint.

9. Quia huiusmodi religiosi, ut praemittitur, ex omnibus locis expulsi sunt...^{a)} bonorum proprie ipsos concernentium, huiusmodi religiosos ta- men [in] domo vel possessione sua teneat, si, quod omen [Deus aver]tat, hoc fecerit citatus per directorem...^{a)} communitatum invidie et...^{a)}

10. Ut autem Tua Celsitudo conscientia et aliorum praecipuorum Domi- norum, qui R[omanam] sequuntur religionem, et fratrum nostrorum conscientia prosp...^{a)} nostro ad propriam...^{a)} natione Ungarum et probum...^{a)} seu visco^{z)} solvat, similiter nobiles et fratres nostri in...^{a)} eiusdem ordi- nis desiderium...^{a)} tum et non plures tenere possint, ita tamen, ut...^{a)} anti- quorum articulorum, libertas religionis conservetur.

[11.] Decrevimus praeterea et haec, ut secta^{z)} Iesuittarum, quae mo- do approbata est, nullo unquam tempore in nostrum Regnum admittatur, quin potius, etiamsi vocati, ausi fuerint in Regnum contra nostrum de- cretum ingredi, omnibus liberum [sit] eos persecui et bona illorum con- fiscare et diripere.

[12.] Simili modo et aliae religiones praeter hanc, sicut supra dictum est, si ingressae fuerint, simili poenae subiaceant.

13. Bona autem et possessiones, quae contra nostram libertatem et constitutionem [illis] datae fuerunt, tam in Transilvania, quam in Un-garia, de illis in universo Regno sic decrevimus, ut ea Tua Celsitudo iuxta continentiam antiquorum articulorum ad viscum^{z)} occupet, et Iesuitae eas nec pecunia nec alia sub quacunque conditione quovis modo ven-dere vel alienare possint a visco.^{z)} Si vero aliquid...^{a)} vel emerunt, pecu-niam perdant et bona omnia ad viscum^{z)} applicentur.

14. Templum Sancti Egidii Varadini cum omnibus pertinentiis, qui-bus fuit occupatum, restituatur, et sicut olim ista posthac ad rationem civitatis possint ibi tenere concionatorem, sed non Romanae religionis. Si quid autem Iesuitae denuo aedificarunt vel emerunt, detur visco.^{z)}

15. De rebus autem religionis decrevimus communi Regni consensu et duce religione Calvinistica et Ferriana,^{z)} praeter Augustanam, sicut hactenus conservatae sunt, ita deinceps iuxta antiquos articulos obser-ventur et nemo in illis molestetur...^{a)} vero non permittatur sub poena antea edicta. Simili modo antiquae constitutiones de sacerdotibus et epi-scopis Valachorum suum locum et vigorem obtineant, et episcopi Graeci in nullius possessionem invito domino...^{a)}

16. In reliquis articulis agitur de colonis fugitivis redimendis, de non mittendo ad portas nisi Ungaros, de mensuris, quibus uti debeant in Comitatibus, de mercatoribus externis, ut licitum sit ingredi in Regnum, de iudiciis administrandis, ne vi fiat iniuria.

17. Ut autem Sua Celsitudo possit facilius curam de nobis gerere, permittimus ad singulas portas 99 denarios ad festum Fabiani et Se-bastiani, et verum dare 50 ad festum Petri cathedrale; item promittunt Siculi et Saxones, illi autem, qui Ungariam incolunt, ad dictum diem flo-renum unum et 50 denarios. Quoniam Tua Celsitudo fide mediante se Regno obligavit, decrevimus, ut omnes servi, qui ante fuerunt iurati Prin-ciipi, Tuae Celsitudini iurent idque subito hoc loco a duobus Capitaneis et aliis obligatis servis fiat.

Nos igitur, praemissa supplicatione regnicolarum trium nationum par-tium Regni Ungariae nobis subiectarum faventer audita et admissa, praescriptos omnes articulos modo praemisso nobis praesentatos praesentibus literis nostris de verbo ad verbum inseri et suscribi fecimus, eosdem ac omnia et singula in eisdem contenta, ratos, gratos et acceptos habuimus, acceptavimus, approbavimus, ratificavimus et confirmavimus, offerentes nos ad promissa benevole in omnibus clausulis et articulis, quibus omnes observavimus, quin per alios quoscunque, quorum interest seu intererit, observari faciemus, imo acceptamus, approbamus, ratificamus et confir-mamus harum nostrarum vigore et testimonio literarum.

Datum in civitate nostra Meghies 23 mensis Decembris 88 secundum antiquum calendarium.

a) non legitur ob destructionem chartae

b) in ms. tua T.C.

c) in ms. ut

d) lectio incerta

z) sic in ms.

*) Iuxta cal. Gregorianum: 3.I.1589.

Cracoviae, 3.IV.[1590].

*Ignodus**ignoto*

de morte oratoris Poloni [Pauli Uchański] Constantinopolim iter facientis; de postulatis Turcarum Polonis propositis et de Polonorum ad ea reactione.

("Avvisi")

A.M.F. F. 4293, f. 370.

Da Varsovia dove si tien Dieta generale.

A 24 di Marzo conparse la nuova della morte del'Ambasciatore 3 giornate lontano da Gostantinopoli.^{z)}

Dopo la morte furno ritenute e sigillate tutte le sue robe, e reclamando di cui i Pollacchi, aducendo che li Ambasciatori devono esser liberi, fur minacciati che se replicavono, saranno parte messi in gancio e parte in galera. Fu dapoi addomandato loro con che arriva l' Ambasciatore. Di che sendo stato dato conto da un principale, fu risposto che non quello aspettava il Gran Signore, ma che omninamente vuole da Pollacchi quello che loro scrive per una sua consignata alli huomini dello Ambasciatore. E havendo replicato che il Gran Signore mandassi al Re suo Ambasciatore a trattare, fu risposto: basta a noi intimarvi per lettere.

Alli 25 di Marzo in domenica Sua Maestà ragunò il Senato, dove furno lette le lettere, che contenevono prima titoli infiniti al solito. Poi faceva intendere che il Persiano se li era sottomesso con tutto il suo stato, datoli a sua corte il suo figluolo per ostaggio e li migliori cavalieri di sua corte, e più donne.

Che col Re di Spagna ha tregua et l' Imperatore de cristiani li dà tributo. Et poiché per mezzo de Cozacchi li patti son violati, vuole in prima sien subito gastigati i Cozacchi, rifatti tutti i danni hanno fatto e riposti in suo esser i castelli han guasti. Ogni anno per tributo 100 cavalli e sopra ciascuno il valore di fl.^{a)} 2500 Polloni in tanto oro, et in mancamiento di danari persone a star per equal prezzo. Et per ultimo, che il Re e suoi subdit si circuncidino alla fede Mahomettana. Altrimenti fa guerra con 4000 huomini, di cui hanno già in ordine.

A questa nuova han proposto 25 articuli, e tutti per cavar danari il più si può in diversi modi, per far guerra e quanto prima, sino impegniar tre gioie del tesoro regio e valersi de tesori delle chiese di tutti li stati del Regnio et con lui connessi, et oltre alla gente pagata muoversi in arme la nobiltà.

Mandare Ambasciatori in Cristianità a tutti Principi et prevenir l' inimico con occupar la Moldavia e la Valacchia, e ridur la guerra sopra il Danubio.

Il Moldavo dimostra dispositione a favore de Pollacchi, e ha scritto offerendosi pronto a farsi con loro compagnio di guerra.

Questi avvisi vengono con lettere de 28 di Marzo. Di Marzo tenute a 3 di Aprile. Di Cracovia.

a) *lectio incerta.*z) *sic in ms.*

N. 129.

s.l. [post 1587, ante 1596].

*Archiepiscopus Gnesnensis [Stanislaus Karnkowski]
regi Poloniae [Sigismundo III]
de prohibendis ceremoniis haereticis, quae in regia Cracoviensi apud so-
rorem regis [Annam Wasa] celebrantur.*

(*Exempl. Iam ed. Elem. ad F. Ed., XVI, N. 46*)

A.M.F. F. 4293, f. 371.

N. 130.

s.l. [post 1587, ante 1596].

*Sigismundus III rex Poloniae
ad archiepiscopum Gnesensem [Stanislaum Karnkowski]
ad litteras archiepiscopi (cfr. N. praecedentem) respondet.*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 371 v.-372 r.

Sigismundus etc.

Reverendissime in Christo Pater, Domine, sincere nobis dilecte.

Redditæ sunt nobis Sinceritatis Vestrae litteræ, ex quibus singula-
rem erga nos benivolentiam et catholicae religionis^{a)} studium abunde
cognovimus. Quae et si hactenus satis nobis perspecta fuerunt, tamen
quod et presentibus testata reddiderit, pergrata^{b)} nobis acciderunt. Ita-
que quod ad nos attinet, hoc sibi persuadeat eam nos iam dare operam,
ut et officio nostro et Sinceritatis Vestrae paterno consilio, non longa
interposita mora, satisfaciamus ac re ipsa cum aliis omnibus, tum im-
primis Sinceritati Vestrae declaremus nos^{c)} Divinae^{d)} Maiestati propter
singularia nobis collata beneficia omnia debere et eorum gratissimum
esse, litterasque illius magnum pondus apud [nos]^{e)} habuisse. Quod reli-
quum est, Sinceritatem Vestram diu valere cupimus ac illius orationibus
nos commendatos esse. Datum etc.

a) in ms. correctum ex: catholicam religionem

d) in ms. divine

b) in ms. pergratae

e) in ms. verbum: nos deest.

c) in ms. non

N. 131.

s.l. [post 1587, ante 1596].

*Anna [Jagellonica] regina Poloniae
ad archiepiscopum Gnesensem [Stanislaum Karnkowski]
litteras de haereticis actis infantis Suetiae [Annae] sibi notas esse osten-
dit, prudentiam in agendo archiepiscopo commendat.*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 372.

Regina Poloniae.

Illustrissime, Reverendissime in Christo Pater, sincere nobis dilecte.
Summo animi dolore afficimur, quod Serenissima Suetiae Infans adeo

obstinate in haeresi perseveret. Verum quid ea in re nobis restet amplius agendum? Quid cum antea non fecerimus, penitus ignoramus. Quod nos autem Reverendissima Paternitas Vestra pro officio suo admonet et censuras denuntiat, minime quidem miramur. Ut ad earum vero censurarum fulminationem procedere velit, hoc nobis de Reverendissima Paternitate Vestra,^{a)} sapientissimo et nobis addictissimo Senatore, omnino persuadere non possumus. Absit, ut ad haec remedia deveniatur, facile enim intelligit pro sua prudentia, quantos ea res tumultus rebus nondum plane placatis excitaret.

Proinde magnopere petimus a Reverendissima Paternitate Vestra, ne hoc rigidum et asperum institutum suum ad animum admittere velit. Ostendet ipse Dominus viam tollendi istius mali. Aut enim Serenissima Suetiae Infans brevi in Suetiam revertetur, aut aliam viam Deo dante ingredietur. Alterutrum horum expectare non longum erit. Rogamus iterum et tertio, ne sibi Reverendissima Paternitas Vestra tam periculosa remedia persuadere quemquam patiatur. Fecit hactenus Reverendissima Paternitas Vestra causa nostra et Serenissimi Regis in facie et luce totius Reipublicae. Nolit ergo tam illustrium meritorum memoriam et sua^{b)} et familiae suae causa alieniori aliquo facto vel instituto in omnes aeternitates extinguere. Sat bene fortassis novit iam Reverendissima Paternitas^{c)} Vestra, ita ut in nostra et Serenissimi Regis erga se benivolentia et studio tuto semper possit cognoscere.

a) in ms. Reverendissimae Paternitatis Vestrae

b) in ms. sua

c) in ms. hic loco abbreviationis P. legitur
B., forsitan: Beatitudo?

N. 132.

s.l. [1589].

Ignotus

ad rei memoriam

conditiones pacis cum imperatore concludendae.

(Exempl. ob plurimos errores amanuensis fere inintelligibile *)

A.M.F. F. 4293, f. 373-374.

1. Che sia pace perpetua fra il regimento di Polonia imperial et la Casa d'Austria.
2. Che sia adempiuto la transsatione fata in Begnima.
3. Che la Casa de Austria non turbi mai la letione di Bologna, nè con lui consiglii, nè con gli aiuti, nè con gli denari, nè con nessuna cosa che sia da loro trovata.
4. La Litrania, la Brutia non sia mai domandata dall'Imperatore, nè dall'Inperio, anzi che ranunziano le ragione che vi pretendano li Signori.
5. La Casa di Austria renuntia le regione che vi pretendano sopra il regimento di Moscova.

6. Il Re di...^{a)} et provintia delli Buola non siano obligato a reconosere nesuna superiorità d'Imperatore et Casa di Austria.
7. Per la monca Cales et provintie di Promerania...^{a)} è obligato gli Imperatore et l'Imperatore di rimeterli alli arbitrii che da loro sarano deputati.
8. Il datio dell'Inperio et provintia della Casa di Austria che siano obligato contra il populo di Polonia.
9. Che l'Inperatore con l'Imperio nè facia nesuna praticha con il Moscovito nè della aiuta contro il Regno di Polonia.
10. Il ribello della Corona de Polonia che non devano con favori dell'Inperatori et l'Imperio nè mancho posino stare nelli stati dell'Inperio.
11. Che il Marchese di Brandeburgi renuntie le ragione che... sopra la Turcia.
12. Che sia comandata alzata di Paviera de renuntiarlo la eredità della soffia che tiene la Corona di.
13. Che se per la gratia di Dio il Re sarà compiaciuto di più figlioli maschi et caso che fusano di quelli et lo volesano persona godeno benifitii et chiesie in Gomanie et Inperio.
14. Che l'Imperatore facia opera apreso il Re di Spagna che il Duclato di Bara nel Regno di Napoli et la soma se pagato interamente alla Regina vechia di Polonia per l'esempio di Carlo quinto non obestanto le regione che usa il Re di Spagna come Re di Napoli.
15. Che alli confini di Polonia, Maravia et Sichesia et del'Inperio... non sia dispuno di nisuna terra nelli fatti non...^{a)} et che il popolo di Bologna cosio rubbole come l'aviso...^{a)} a comprare debinine et tenere sennza inpedimento...^{a)}
16. Che alli Imperio non mena nisuna provintie si spiritualle come temporalle sottoposta alli Imperio et Casa di Austria non dia aiuto contra la Corona di Peria.
- 18.^{b)} Che per il bisogno della guera contra il Turcho et gli imperiali insieme con l'Imperio dovendo dare alli Polachi la terza parte delle spesse che convenghano alla Polachia.
19. Che sia obligato al'insieme con l'Imperio contendere artallaria, monitione et bombardiere per il bisogno della guera.
20. Che l'Imperio et Inperatore debiteno una buona soma de denari in luochi che pagano nel castello di Cudolobia acciò che sieno gli aiuti della Compagnia et che l'Imperio gli abandonati di bene scriveno che devano loro.
21. ...^{a)}
22. Che duri questa guera senza intermissione. Che sia lecito ad ogni Prencipe crestono entrare nella lega.
23. Che non sia fatta la pazze col Turcho senenza la paze de Polachi. Che l'Imperatore prochuri preso il Re di Spagna meteno Buona Armada in mare contra il Turcho.
24. Che questa legie non sia nè con la morte del'Inperatore nè dell'Re di Polonia nè di nisuno altro con ligate ambo, ma che debbi che amicittia et lege perpetua contra il Turcho.
25. Che lasio della guera non sia qui in Persia. Il Gienerale si acorderano della letione conlegate non debbi credere arbitri...^{a)}

26. Che in caso piacia a Dio concedi la vatoria che la Polachia mostavia et persobia et talle del'oro operentiata contesa alla Corona di Bologna et che si poi come daron magiore vitoria debbi del resto seguire le decissione arbitrio di volontà del Papa.

27. Che tutto gli articholi siano eseguito in capo di 4 mesi.

28. Che sia obligato l'Imperatore et l'Imperio dell stadi di Ungharia e di Poemia a confirmare con iuramento tutti gli articholi et il Pontefice sia conservatore per agomento della Republica Chercotiana.

29. Che per la sicurtà dell Imperio quanto onione che l'Imperatore consegni in mano delli Polachi...^{a)} et la Chiesa.

30. Le instutitione et il prochuro al'Imperio et gli reservandi et che di questa intrada l'Imperio paga il soldati Polachi.

a) *legi non potest.*

z) *sic in ms.*

**Textum, ab amanuense fere ex toto deformatum, sine correctionibus hic ponimus, etiam ubi errores facile corrigi potuerunt,*

e.g.: letione di Bologna pro: elezione di Polonia, Corona di Peria pro: Corona di Polonia, Repubblica Chercotiana pro: Repubblica Christiana etc., interpretationem lectori relinquentes.

N. 133.

s.l. [1589].

Ignodus

Marco Argimoni

de conditionibus a Polonis positis ad pacem cum imperatore conclu-
dendam.

(*"Avviso"*)

A.M.F. F. 4293, f. 375-376.

Avvisi venuti di Polonia a Marco Argimoni.

Patti dell'accordo per la liberazione del Serenissimo Arciduca Massimiliano.

Che la fortezza di Lubovola^{z)} a confini d'Ungaria sia restituita a Polacchi.

Che l'Arciduca Massimiliano renuntii al titolo di eletto Re, nè mai per tale elezione possa pretendere a detta corona.

Che Sua Altezza deva pagare scudi 30 mila a Polacchi per il ricatto di quelli che furon fatti prigioni con Sua Altezza, havendo così appuntato il Grancancelliere con Sua Altezza avanti l'accordo.

Per le spese fatte nel disagio della guerra si deve rimettere a huomini comuni, che queste andaron a terra.

Confermasi le solite confederationi tra li stati dell'Imperio e quelli della Corona di Pollonia, dovendosi tutto confermare con il mandare prima il Re di Polonia Ambasciatore a Sua Maestà Cesarea, et l'istesso deva fare Sua Maestà Cesarea al Re di Polonia.

La Dieta generale del Regno già era cominciata, dove concorevano da tutte le parti del Regno con buona unione.

In detta Dieta sarà confermato dal Senato solennemente l'accordo stabilito per i Signori Deputati, et al Re sarà concesso quanto proporrà e dimanderà da detti Signori. E nobili che erano citati per casi criminali in detta Dieta andavano adagio a comparire, temendo che il Re, come Principe giusto, lassarasi ^{a)} per tutto seguire l'ordine della iustitia, et perciò stavano così dalla larga.

Da poi spedito la Dieta e fatto alcune visite per il Regno, il Re nel venirsene a Cracovia passerà da un castello, luogo dove per strada nel passar si abboccherà con il Serenissimo Massimiliano, e fatto complimento di poche parole, ciascuno se ne anderà a suo viaggio. E sarà tutto in segno di buon'amicizia e confederatione.

A 10 di Luglio prossimo sarà restituito il posesso della fortezza di Lubovola e suo territorio a Signori Polacchi, secondo l'accordo di sopra.

A 28 del detto mese il Serenissimo Arciduca Massimiliano sarà accompagnato honorevolmente fuori de confini del Regno, dove quivi renuntierà al titolo d'eletto Re, conforme all'accordo come sopra.

L'Illustrissimo Cardinale Aldobrandino per la sua bontà e valore a^{z)} talmente satisfatto al'universale, che più laudevolmente di Sua Signoria Illustrissima non possono i Polacchi parlarne.

Di poi la partita di Sua Signoria Illustrissima la Maestà del Re di Polonia li haveva spedito dietro da Varsavia il Signor Rogolusky con donativo di ducati 3 mila d'oro Ungheri, per la spesa del suo ritorno, et di più fatto donativo a Sua Signoria Illustrissima di ducati 3 mila d'entra^tta l'anno, quali li assegna Sua Maestà sopra li proventi delle entrate che tiene sopra la dogana di Foggia a Napoli, che sono la più viva entrata che habbia il Re Filippo, et con oblico di dovere esser pagati ogn'anno con molta gratitudine, sendo dipendenti da tanti benefici che il Re di Spagna ricevette dalla beata memoria della Serenissima Regina Bona madre, dalla Regina vedova di Polonia e avola dell'odierno Re.

Si va vociferando di dar per moglie al Re la figliola del Serenissimo Arciduca Carlo, ma per insino, a fatto la Dieta, non pare che di ciò si possa scoprire cosa con fondamento.

a) *lectio incerta, forsitan: lassatosi*

z) *sic in ms.*

N. 134.

s.l., s.d.

Ignotus

ad ignotum Austriacorum fautorem [Polonum]

Austriacos transactioni de Domo Austriaca a petitione Regni excludenda assentiri non debere asserit.

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 377-378.

Quod attinet ad Comitia nostra, certe quidem scribam, vel quid de ipsis sentiam. Nec satis ipse scio, unum illud video illa non secundum

morem maiorum et consuetudinem eam, qua ante in bene ordinata et libera Republica habita fuerant, nunc esse celebrata. Per omnia simulantes, astutia, sicofantia et perfidia, cum tirannide iunctae, vagabantur, id quod maxime condolet bono, defferentes^{a)} ruinam patriae, amissionem libertatum funditusque eradicationem bonarum^{b)} legum, optimarum consuetudinum, sed quid faciant, miseri nesciunt, nec vident, quo tuto confugere debeant vel a quo auxilium bonum impetrent. Nec enim iam amplius Imperatori et Regi Hispaniarum committere se audent, licet penes eos tantam videant maiestatem et magnificentiam, cum ad omnia alia indigna illa quoque turpis accessisset compositio, in qua tam foedas receperant conditiones, ut etiam adherentes derelinquerent eosque in praedam exponerent, ut non solum partiales se^{c)} et neutrales demirari non possint, sed etiam ipsimet adversarii non probent et vitio illis imputent palamque loquantur: ^{d)} frustra eos tantam consumssisse moram et Papam sollicitasse, vel Cardinalem tanto defatigasse itinere. Poterant enim haec diu ante, imo statim a principio, sine tantis ceremoniis peragi, cum eam ignominiam subire bene sibi persuasissent etc. etc.

In secreto consilio Senatus quidam dixit non debere Austriacos, seu Maximilianum, ad has conditiones cogi, ut et perpetuis temporibus abdient Regnum Poloniae per omnem occasionem appetere, et hanc indignitatem illis inferre, tantoque stricti iuramento haec compactata obstringere, cum inter nos et Imperatores nunquam ante fuerit, nisi renovatio pactorum per publica instrumenta ab iis, qui Regnum inaugurabantur. Alii quoque Senatores idem dicebant multaque exempla in medium afferebant. Et illud fuit, cum Bavarus et Austriacus simul electi essent, victus fuit Austriacus et captus, bonis tamen et iustis conditionibus odia et dissensiones inter se composuerunt. Cessit Bavarus Austriacus, nihilominus tamen Romanorum Rex fuit creatus et ad Imperium Bavarus fuit successor designatus, adherentes vero non dereliquerit, nec passus est de illis male agi. Item dissensit Fridericus Tertius cum Mathia Ungarorum Rege, qui Imperatori Viennam ademerat, eiusmodi tamen tractatus et conditiones nunquam inter illos fuerunt. Vel ut Ferdinandus nostrae memoriae, cum multas difficultates et repulsas perpessus esset, nil tamen eorum concedere voluit, quod sibi aliquam turpitudinis notam inferre posset.

Haec et multa alia cum dicerentur, impatiens (credo Cancellarius) exclamavit: Certe ego video nondum esse extintum animum tuum erga Maximilianum, cum id, quod cum magno Reipublicae honore peragitur, tu id non faves Regno. Ego vero non solum ab iis conditionibus non recedam, sed etiam procurabo, ut in modo electionis per expressum constituantur et magnis cautelis assicuretur, neve quisquam unquam Austriae apud nos dominetur, neve quisquam nominare eum in electione audeat vel votum suum dare etiam cuivis extraneo. Indigenis hoc deberetur. Respondit ille: Utique mihi mea sententia ad integrum ante dicenda fuit, quam tibi animus pro tuo arbitrio iudicandus. In summa scito multa esse praetermittenda, etenim esset infinitum, omissa scribendo complectere, sed quod ad compositionem attinet, sunt quidam, qui eam permanere posse diffidant, nisi forte omnes Austriaci immemores sui^{e)} esse velint et se omnibus adeo effeminatos ostendant,^{f)} sed si alias erit, haec quoque compactata stare non posse. Sunt etiam nonnulli, qui verentur, ne Imperator differat id ad Regem Hispaniarum et Electores, atque hac prolongatione meliora consilia assequatur et, si quid ad suam expeditionem defuit, interim comparet, etc. etc.

Id vero, quod Imperatorem depraecamus, eiusmodi est, ut de duobus

quibusdam iter^{a)} facientibus, dicitur, cum sylvam transirent densam, horum alter, qui praeibat, fertur virgam arboris apprehensam et quam maxime extensam in illum subsequentem demisisse eiusque oculum percussisse. Qui exclamando^{b)} oculum se iam per^{c)} amisisse imprimis querebatur, sed cum post edoctus esset virgam illam, nisi is retinuisse, utrumque oculum percussuram fuisse, non modo aegre non tulit, sed etiam maximas gratias egit. Vel ut ille, qui cum alium percusserit, post veniam ipsius depraecatur. Recte quidem ille, at huic non satis honestam. Praestaret enim huic quoque in primis in iniuriam sibi illatam propulsare, post vero iustis conditionibus inter se convenire.

Sed leviter admodum ferunt Austriaci magnos et intollerabiles despectus, ab hominibus nihili, nec dicam sibi nequaquam paribus, illatos. Videant igitur, ne sibi eos sepius perferre contingat.

Ad extremum, quorsum hi Maximiliani cum Rege congressus, quid inde utilitatis, nisi potius indignitatis et ludibrii, quasi non satis iam pro illorum libito, non sine eorum maximo triumpho, per Regnum vagaretur, ut nunc etiam eo opus sit, triumphentque non solum in armis, sed etiam in toga. Sed quoniam ita sors eius tulit, ego quidem, vix dici potest, quam huius optimi Principis (et eum non ita bene novi) vices condoleo. Tu, quaequo, si potes, hortare eum, ut sibi per omnia caveat, ne cuilibet dicto credit, nec sibi ita facile quidvis persuaderi sinat. Nil enim est in eis veritatis vel sinceritatis. Humanitate sua, quae Austriacorum est propria, ubique et erga unumquenque utatur, suam autem constantiam et in tantis calamitatibus firmam patientiam, invictum animum et vere heroicum ostendat. Quae vero gessit, ea se persuasione amicorum suorum, in primis autem Sanctae Apostolicae Sedis consilio, propter totius Christianitatis bonum, bonis et honestis modis et rationibus, et non malis artibus neque per inhonestata instrumenta gessisse dicat. Caetera vero Deo commendet, cuius nutu omnia moderantur. Bene autem faceret, si non diu cum Rege commoraretur, sed se in suum reciperet locum. Est enim haec mirabilis scena, nec caret suis misteriis.

a) in ms. deffentes (*contractio?*)

b) in ms. bonorum

c) in ms. partialeste (*forsitan: partialistae?*)

d) in ms. loquatur

e) in ms. immemoris suis

f) in ms. offendant

g) in ms. inter

h) sequitur verbum ob destructionem chartae illegibile.

z) sic in ms.

N. 135.

s.l. [post 9.III.1589].

*Senatores et nuntii terrestres Poloniae et Lithuaniae
universis
"assecuratio Reipublicae ab Serenissimo archiduce Austriae Maximiliano".*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 381.

Assecuratio Reipublicae ab Serenissimo Archiduce Austriae Maximiliano.

Posteaquam Serenissimus Archidux Maximilianus, posthabita nostra et Reipublicae erga se humanitate, in iis, quae ad imperitandum huic

Reipublicae attentavit, qua in causa iam ipse Deus sententiam tulerat, iis, quibus vigore Bythomiensis et Bendzinensis transactionis ab utriusque partis commissariis interventu Sanctissimi Patris Papae conclusae tenebatur, neque satisfacere voluerit neque etiam fecerit, promissumque ius iurandum coram commissariis ad id deputatis et diplomata scripta non exhibuerit, nos, animadverentes dignitatem, gubernationem et securitatem Reipublicae, et quid ex hoc terrore nunc et in posterum periculi metuendum et cuiusmodi periculosâ scintilla, ex qua magnum incendium exoriri posset, superfutura esset, si in hoc Regno adhuc inveniretur qui sibi aliquem praetextum de ipsius persona praesumeret, id summopere ac necessario requirere, ut huic rei domi quam diligentissime et cautissime occurere, ne postquam quisquam apud vicinos nostros spargeret adhuc nonnullos in nostra Republica esse, qui promovenda electioni Serenissimi Maximiliani operam navarent.

Quemadmodum igitur nominatio Serenissimi Maximiliani non uti de iure debuit, sed contra omnem aequitatem ac praepostero modo, ab exiguo quorundam numero facta atque postea in conventibus publicis tanquam illegitima ac libertatibus Reipublicae huius contraria, iudicata, nihilominus tamen perniciose exemplo, non sicuti par erat iudicio eorum, quibus id competebat, sed armis defensa, postea vero ad Byczinam deserta atque insuper transactione ab Imperatoria Maiestate coeterisque Archiducibus approbatione reiecta, tandem quoque iudicio et constitutionibus Comitiorum coronationis nostrae, necnon proxime praeteritis Comitiis Varsoviensibus sublata fuit.

Ita nunc denuo in hoc generali Varsoviensi conventu declaramus unanimi consensu omnium ordinum, tam Dominorum Senatorum quam Nunctorum terrestrium utriusque nationis omniumque huic Reipublicae subiacentium provinciarum, eandem nominationem cum omnibus praetensionibus Sueae Serenitatis, quas forte adhuc in hoc Regnum et hanc Rempublicam sibi reservat vel attribuit, illegitimam, cassatam et abrogatam. Nullum prorsus praetextum recursumve ad Sueae Serenitatis personam, sive ratione veteris praetensionis, sive etiam futurae novae electionis, cuiquam subditorum huius coronaे relinquentes vel concedentes.

Sed pro lege perpetua statuimus, ne sub foelici hac nostra gubernatione cuiquam nostrorum subditorum et incolarum huius coronae liberum concessumve sit cum ipso praticare, cointelligentiam habere, litteras vel nuncios, quantum ad hoc negocium, mittere vel de illius promotione cum quoquam correspondentiam fovere. Neque in futurum intercedente interregno vel nova electione (quod Deus quam diutissime avertat) quisquam ausit eum in Regem ac Dominum promovere, legatos vel litteras ab eo, publice vel privatim, huius rei causa acceptare, nec eum proponere, denominare, publicare aut ullo modo promovere vel adiuvare.

Quod si autem quis contra fecerit, is iis poenis, quae in criminis laesae Maiestatis reos perduelles constitutae sunt, subiectus erit. Nec solum per Instigatorem nostrum, sed ab uno quovis, quisquis is sit, prolati sufficientibus documentis in Comitiis accusari poterit. Delator vero nullius poenae noxius sit, nisi documenta eiusmodi fuerint, ut reus simpliciter absolvatur. Tum delator poenas criminis temere intentati et non probati ferret. Et interregni tempore ordinibus liberum est contra unumquenque talem vel tales tanquam hostes patriae insurgere, perdere et funditus extirpare. Denique quidquid de promotione huius personae proponetur vel ullo modo statuetur, id totum irritum sit et habeatur.

*Sigismundus III rex Poloniae
ad status Poloniae
responsum de discessu suo in Suetiam.*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 381 v. - 382 r.

Responsum Regis de discessu suo ordinibus datum.

In nostra a Deo ad huius Regni solium vocatione non parum momenti nobis adfert Sinceritatum Vestrarum benevolentia confidentiaque, quam nobis apud Sinceritates Vestras vicini diminutum eunt. Ideoque animum nostrum Sinceritatibus Vestris, quo eas hoc exspectavimus, nunc declarare necesse duximus.

Et affirmamus principio Sinceritatibus Vestris nec nobis nec Maiestati Regiae, Domino parenti nostro, ulla cum bonis hisce vicinis nostris practicas aut cointelligentias unquam intercessisse. Et si horum quid a nobis fuerit, id primo in contemptum Dei vergeret, qui nos in solio antecessorum nostrorum collocavit. Deinde ingratos nos exhiberemus tot benevolentii, curis, laboribus et sumptibus nostra causa factis.

Nunquam id Deus admittat, ut libertates, quas a praedecessoribus nostris habetis, nostra culpa minuantur.

Verum quidem est quaesitam esse affinitatem, tam apud Regiam Maiestatem, Dominum parentem nostrum, quam nos, mediantibus nobis et Maiestate Reginali, Domina materterra^{z)} nostra charissima, sed ubi Maiestatem Regiam, Dominum parentem nostrum, eo non propensum videremus, a nobis quoque nihil impetratum est.

Quod Archidux Maximilianus praetendat se nihil nisi sciente et suffragante (scilicet Sueco) facere, id nemo Austriacorum demonstrabit.

Profectio nostra accidit consensu omnium ordinum. Et si necessitas ita postulaverit, speramus Sinceritates Vestras non admissuras, ut Regnum haereditarium amittamus. Quin potius rebus hic pro se constitutis, nos sua ope adiuturos confidimus.

Rogamus itaque ordines omnes et Sinceritates Vestras, ne huiusmodi rumoribus fidem adhibeant, sed de nostra propensione erga Sinceritates Vestras certi sint.

^{z)} sic in ms.

*Ignotus [nuntius apostolicus Germanicus Malaspina]
ad ignotum praelatum
expositio rationum, ob quas archidux Maximilianus coronae Poloniae re-
nuntiare et pacta conclusa servare debet.*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 384-386.

Ragioni, per le quali si dimostra che il Serenissimo Massimiliano non può, se non con pericolosi et forsi vani conati, aspirare alla corona di

questo Regno, vivendo questo Serenissimo Re, nè meno dato che morisse, se aspettasse di sodisfare a quel tempo alla transattione. Il danno che segue a Sua Altezza, alla Maestà Cesarea et a tutta la Republica Christiana dal non osservare detta transattione, et l'utile che verebbe dal sodisfare, col modo che potrebbe tenere la sudetta Altezza nel fare tal'attione, per guadagnarsi l'animo di questi ordini et migliorare la sua conditione et quella della Serenissima sua famiglia.

Questa Maestà è risoluta di non lasciare mai il Regno di Polonia, ma ritenerlo insino alla morte et procurare che a lei succeda un figliuolo, se Dio glie lo concederà, et è di maniera confirmata in questa deliberatione che, quando occorresse tal'accidente, che la dovesse, ritenendo questo Regno, perdere quello di Suetia, ella più tosto eleggerebbe di restar priva dell'ereditario che dell'elettivo. Et acciò non resti luogo di dubitare che la sopradetta massima sia vera. Si aggionga, per coroboratione d'essa, che si è fatto esperienza della già detta volontà della Maestà Sua per mezo di quei atti che nella nostra religione sono reputati per sacrosanti, et nelli quali il celare la verità è spetie di sacrilegio. Però non cade in disputa la detta propositione, anzi è così impossibile a persuadere a Sua Maestà il contrario, che quando bene tutti li potentati tutti^{z)} della Christianità si unissero a fine di distorla da questo suo proposito, prevalerebbe la determinatione della Maestà Sua alle persuasioni di essi potentati.

Essendo vera la detta massima, conseguentemente se ne può formare un'altra non meno vera, cioè che vivendo il Re niuno può aspirare alla corona di questo Regno, se non per mezo della forza et violenza. Ma havendo Sua Maestà fatto esperienza della fedeltà degli suoi sudditi et della mente del Serenissimo Arciduca in una occasione, ch'era la più opportuna, che si potesse offerire per li uni et per l'altro, cioè nel tempo ch'ella si transferì in Suetia, et havendo li sudditi fatto anco essi esperienza della fede della Maestà Sua, per essere ella secondo la promessa ritornata, pare che nè nell'animo degli sudditi possa restare ombra quanto alla persona di Sua Maestà, nè in quello della Maestà Sua quanto all'amore degli sudditi verso lei, nè timore di pericolo circa quella parte che concerne la Serenissima Famiglia Austriaca.

Ma quando anco si nudrisse nel cuore di alcuno qualche intentione di alterar lo stato quieto di questa Maestà (il che io non credo), anzi ho detto a Sua Maestà et alli Senatori che, quando la mia testa fosse equivalente al pericolo che può correre Sua Maestà, ch'io la vorrei porre in compromesso per assicurare la Maestà Sua. In tal caso non so quanto fosse sicuro il venire alla prova, perché due cose sono necessarie per impadronirsi di questo Regno: rimovere questa Maestà et indurre questa nobiltà, con le forze o con le buone, a riconoscere alcuno per Re. Il cacciare questa Maestà non sarebbe tanto facile, quanto alcuni si persuadeno, havendo per guardia due mila cavalli et mille fanti. Et quanto al Regno, non si può rubare, ma sarebbe necessario fare esperienza della fortuna per mezo d'un fatto d'arme. Quanto poi a indurlo alle voglie altrui con le buone, non sarebbe mai possibile, se precedesse la espultione^{z)} del loro Re per mezzo o di fraude o di forza, perché oltre all'indegnità che reputarebbono di patire, non soffrirebbono che le loro libertà venissero violate, et quando anco in tal caso apparisse maggior il seguito degli fattionisti che quello del Re, la parte regia implorarebbe l'aiuto del Turco et d'altri vicini.

Et perché coloro che professano di essere adhèrenti al Serenissimo Arciduca Massimiliano si vanno vantando che hora è gionta l' hora et il tempo, che l'Arciduca ha posto pure in esecutione il consiglio, sumministratogli da loro, di venire Gubernatore nella superiore Ungaria, che dicono che la gloriosa memoria dell'Arciduca Ernesto si oppose gagliardamente mentre visse. Argomentano però alcuni nella seguente forma, cioè che necessariamente deve avenire che o l'Arciduca tentarà qualcosa et s'incorrerà nell'inconvenienti accennati, o non lo farà, et appresso questi suoi et appresso gl'altri non sarà attribuito ciò al non havere voluto, ma al non havere ardito o potuto, et patirà qualche iattura la essistimatione dell'Altezza Sua. Et dato, poi, che Sua Altezza dopo di essere stata constituita Generale sodisfacesse, non si conciliarebbe la benevolenza di questi ordini, sì come farebbe se prima sodisfacesse, percioché direbbono che doppo di havere provato ciò che havesse potuto, ella condescenderia all'esecutione della transatione.

Hora constando per le ragioni addotte di sopra, che vivendo questa Maestà non è cosa nè facile nè riuscibile di far cadere la corona in capo d'altri, vediamo se caso che morisse il Re, giovarebbe o nocerebbe all'Arciduca la retentione del titolo et il non osservare la transatione. Non credo che alcuno possa persuadersi che in tal caso fosse facile all'Arciduca di aspirare alla corona per vigore dell'antica elettione, ma si bene per mezo d'una nova. Et all' hora chi dubita che bisognarebbe sodisfare prima alla transatione? Imperoché facendosi altrimenti tutte le dignità, tutti li officii, tutte le rendite, tutti li comitii, tutte le constitutioni, et in conclusione tutto quello che in spatio di otto anni si è fatto, constituito et decretato in questa Republica, sarebbe irrito e nullo.

Segue da questo che in caso di nova elettione la inosservanza della transatione non solo non servirebbe all'Arciduca, ma apportarebbe gran documento a lui et alla Serenissima sua famiglia, perché la sodisfattione fatta in tal tempo et in simile congiuntura sarebbe reputata non sincera, et li beneficiati di questa Maestà dubbitarebbono che non fossero disturbati, nè, a mio giuditio, si potrebbono cautellare di modo che si reputassero sicuri, inconveniente che non militarebbe ogni volta che la sodisfattione si facesse prima che succedesse tal caso, et la diffidenza che conciperebbe questa nobiltà giungerebbe anco al resto della Famiglia Austriaca.

Ma l'aspettare l'accidente di morte in un soggetto più giovane dell'aspettante, et che ha moglie che parturisse ogn'anno, è cosa assai incerta, massime che non si può allegare esempio che questo Regno habbi mai fatto torto alli figliuoli della loro Re.

Essendosi provato con quante scabrose difficultà, in qualsivoglia accidente, possa l'Arciduca aspirare alla corona del Regno, se non precede l'osservanza della transatione, dobbiamo discutere hora se la inosservanza di essa apporta utile o danno al Serenissimo Arciduca, alla Serenissima sua famiglia et a tutta la Christianità. Et dando principio da quello che tocca all'Arciduca, si vede dalle cose dette di sopra che gli apporta detrimento.

Et deve sapere Sua Altezza che (lasciando star quelli che non tengono buon'animo verso di lei) si ritrovano tre sorti di gente in questa Republica. Alcuni che sono ben affetti a Casa d'Austria et si persuadeno che, se succedesse la morte di questa Maestà, la Repubblica non potrebbe appigliarsi a miglior partito che al eleggere per Re uno della sopradetta famiglia. Alcuni altri sono di maniera partiali al Serenissimo Arciduca, che per servizio di quell'Altezza sarebbono per dare l'esclusione al resto

della famiglia. Et ^{a)} li terzi et ultimi sono non solo ben affetti all'Arciduca, ma mordicamente defendono la sua elettione et persuadeno quell'Altezza a non sodisfare alla transatione. Li due primi sono di modo differenti et discordi dall'ultimi, che non sarebbono mai per promettere l'Arciduca, nè alcuno Austriaco, se prima non vedessero osservare la transatione, et accorgiendosi che ciò non segue, cominciano ad alienare l'animo loro et dall'Arciduca et dal resto della famiglia. Et sono quelli tali in molto numero, et per addurre un'esempio, tra molti che ne potrebbono preporre, li Signori Radizvili, quali et per richezza, et per seguito, et per nobiltà tengono il primato in Lithuania, dopo che hanno veduto la renitenza circa la transatione hanno cominciato a muttare l'animo loro et a dire che essi ne vogliono più per la patria et per il Re che per alcun'altro. Et il simile fanno molti altri de più principali et di maggior parentado et auctorità. Li ultimi sono poveri et di poca auctorità et tutti intenti ad alimentare l'Arciduca con vane speranze et a tenere sollecito l'animo di questa Maestà, et non hanno altro obietto che il proprio interesse et pensano che il garbuglio faccia per loro, et sono valent'huomini in trovare varie inventioni, come hora hanno fatto per impedire la mia andata in Corte Cesarea, spargendo che l'Arciduca era comparso qua et che alloggiava meco et ch'io l'haveva condotto da questa Maestà, et che l'Altezza Sua haveva me presente rinontiato al Regno all'Arciduca,^{z)} et ch'io dovevo transferirmi dall'Imperatore per stipulare il contratto et che puoi dovevo ritornare et condurre questo Serenissimo a Dansiche, et imbarcato che fosse per Suetia, venire di novo a Carcovia^{z)} et procurare che fosse coronato l'Arciduca.

Se poi consideriamo il danno che dal non sodisfare alla transatione viene a Casa d'Austria, palpiamo che li animi di questa nobiltà si alienano da essa famiglia per la inosservanza, et che si corre pericolo che doppo che li ordini vederanno che nè per mezzo dell'autorità di Nostro Signore, nè per altra via si può indurre l'Arciduca a sodisfare alla transatione, siano per tentare l'ultimo remedio con escludere la Famiglia Austriaca dalla elettione.

Si deve anco considerare, che coloro che dicono che non sodisfacendo l'Arciduca viene a fare dispiacere al Cancelliere et a tenergli ^{b)} su gl'occhi una fattione gagliarda, s'ingannano grandemente, perché niuna cosa conserva maggiormente il seguito del Cancelliere, quanto l'inosservanza della transatione, nè induce più questa Maestà a mantenere seco intelligenza et a conservarlo in reputatione, quanto l'istessa inosservanza, perché, se la fede del Cancelliere fosse in tutto il resto (cosa che non è) sospetta a questa Maestà, certo in quello che concerne l'Arciduca non è punto sospetta. Et però tutti coloro che non vogliono vedere novità nella Repubblica ricorrono ad esso Canceliero et così viene ad augmentarsi la sua potenza.

Dicono anco alcuni che quando bene morisse questo Re, non darebbe il Regno in modo alcuno la corona al Serenissimo Massimiliano, poiché non havendo voluto sodisfare mai alla transatione fatta per mezo di Nostro Signore, non potrebbono manco essere sicuri che osservasse quello che promettesse nel giuramento, che in tempo della coronatione sogliono fare tutti li Re. Et soggiongono che l'Altezza Sua ama più un'ombra di ben privato che il beneficio publico, poiché con il non osservare la transatione et con il rittenere il titolo di Re, che non le giova, impedisce che non si faccia la lega, con gran danno di Sua Maestà Cesarea et

di tutta la Republica Christiana, cosa che asseriscono ch'ella non farebbe ogni volta che portasse affettione a questo Regno.

Quanto poi al detrimento che porta la inosservanza, chiaro ciò apparisce dalle protesti²⁾ fatte da questa Maestà di non volere intendere cosa alcuna intorno alle deliberationi prese nelli Comitii, se non si sodisfa alla transatione. Di che argomento manifesto è anco l'haver diviso l'essercito et l'essersi intrepidite tutte le provisioni che si facevano contro il Tartaro. Onde si vede chiaramente che non solamente il resto della Christianità, ma in spetie et più d'ogn'altro vengono a patire tutti li dominii di Casa d'Austria, et per conseguenza, tutto quello a che, per ragione hereditaria, può succedere l'Arciduca, dimodoché potiamo²⁾ concludere che esso Arciduca non opera altro che far bene al Cancelliere, sodisfare alle voglie dell'i fattionisti et apportare danno a questa Maestà, suo affine, et alla Christianità et a questo Regno, et alla Serenissima Famiglia Austriaca et suoi dominii, et finalmente a se stesso.

Et perché niuna cosa è hoggi maggiormente necessaria per servitio della Christianità, di questo Regno et della Serenissima Famiglia Austria ca, quanto che tenere ben affetti questi ordini verso li Principi di detta famiglia et quanto procurare che le cose siano così fattamente disposte che, se accadesse accidente di morte, sia più tosto per le cose passate migliorata che deteriorata la condizione non solo del resto dell'i Principi di detta famiglia, ma etiandio quella del Serenissimo Massimiliano. Pero parmi che ogni volta che Sua Altezza non si fosse, a contemplatione di Nostro Signore, indotta a sodisfare alla transatione, l'Altezza Sua mostrando di non havere voluto farlo ad istanza di potentato alcuno, s'inducesse a farlo a contemplatione di questi ordini, dando loro a credere che il desiderio, che hanno mostrato nelli Comitii passati con li Ambasciatori cesarei, sia stato il vero intentivo²⁾ per dispornerla, soggiongiendo che il costume di Casa d'Austria è di dominare mediante l'amore de populi con ogni moderatione d'animo, et più tosto per servitio d'essi populi che per il benefitio dell'i Principi di detta famiglia. Et che però quando Sua Altezza fosse in pacifica possessione et che vedesse di non pottere regnare con buona voluntà loro, ella, a richiesta di essi, si risolverebbe di lasciare il Regno, et che tanto maggiormente s'induce a farlo hora, non essendo lei in possesso, et offerirsi ad essi ordini in ogni miglior forma. Questa dimostratione servirebbe per catena a legare questi Signori, et per uno d'essi, che ne habbia hora ben affetto a Casa d'Austria et all'Arciduca, ne farebbe acquisto di mille, perché non è dubbio che intendendo essi ordini che l'Arciduca nè ad istanza di Sua Santità, nè d'altri si era lasciato persuadere a così fatta deliberatione, ma semplicemente a contemplatione loro, sarebbono maggiormente propensi, et restarebbe una porta patente per acquistare questo Regno, se la Maestà divina disponesse che per accidente di morte si venisse a nova elettione. Et quando questo non succedesse (come si deve pregare Dio), haverrebbe Casa d'Austria un Re affine amorevolissimo et tutto il Regno per addittissimo et molto più pronto alla collegatione.

Per le sopradette cause non mi fornisce di piacere quel partito che a Vostra [Signoria] Reverendissima è stato suggerito dell'i X o XII mila scudi nel Regno di Napoli, poiché in tal caso nè il Re nè il Regno haverrebbono oblio all'Altezza Sua, nè alla Maestà Cesarea. Et come partito novo, nè mai proposto a questa Maestà o ordini, caderebbe sotto varie discussioni.

Et quanto a quello che questi Signori dicono, che havendo nelle negotiations passate speso la Serenissima Famiglia Austriaca intorno a tre milioni d'oro, et essendole stato atteso poco, deve nell'avvenire andare cauta a promettere, è veramente d'essere commendata una simile^{a)} cautella, et se l'Arciduca l'osserverà, come son certo che farà, con quei che di presente lo vogliono alimentare con vane speranze non ben fondate, farà opera degna della loro singular prudenza. Ma non so già addurre esempio che alcuno habbia contrattato^{b)} con li ordini di questo Regno e sia restato defraudato, sì come sono infiniti li esempi di quelli che sono restati ingannati et hanno speso il danaro et il tempo in vano, dando orecchie a particolari cittadini et a quella parte della Republica, che per se stessa non constituisce un'ordine integro et che è seditiosa, licentiosa et poco veridica, et cerca il vitto con imbarcar hor questo hor quello.

- a) *sequitur expunctum verbum*: il resto
b) *in ms.* tenegli
z) *sic in ms.*

N. 138.

s.l. [1589]

Ignotus
ignoto

de proximo Sigismundi III Varsaviam reditu; de irruptione Tartarorum;
de induciis inter Sueciam et Moschum conclusis; de rumoribus, secun-
dum quos cancellarius [Ioannes Zamoyski] in Moscovia machinatur,
et aliae notitiae.

(*"Avviso", sigil. vest.*)
A.M.F. F. 4293, f. 387-388.

Varsavia et Gedano a viris fide dignis huc perscriptum est Sigismundum Regem Poloniae, aegerrime a Rege patre avulsum, admodum invito in Poloniam regredi. Rigae iam fuisse atque, ut ex viae designatione coniicere licet, iam in Lithuania esse posse. Circa dominicam Adventus Varsaviae futurum nunciant, quamquam adhuc incerti, per Lithuaniamne an per Prussiam venturus sit. Nonnulli putant eum Regiomonti Prussiae aliquot dies animi recreandi causa commoraturum. Alii Marienburgi omnino hyematurum. Sed nullum tamen prodromum^{a)} vel praecursorem, qui adventum Reginae denunciaret, vel necessaria praepararet, pervenisse plurimi admirantur. Alii putant studio hoc et iusu Regis fieri, alii exiguo eius comitatu attribuunt, alii ministrorum incuriae. Utut sit, invitum illum redire certum est. Cum ob Polonus Revaliae male habitos, quorum insolentiam, contumelias et probra, quibus acerbissime publice ab omnibus exagitatur mireque execratur, veretur ideoque Comitia maximopereaversatur et quantum potest remorari nititur, tum ob Cancellarium, cuius insidias valde pertimescit. Qui sub praetextu defensionis contra Turcas et Tartaros magna militum collecta manu Bathoreum promovere non obscure pree se ferebat. Hunc^{b)} Palatinum Vilnensem et Castellanum Podlachiensem cum tribus equitum milibus quoque clam paratos habuisse,

pro certo compertum est. Atque hinc non parum momenti accessisse rebus Austriacis, e Sigismundi reditu quidam opinantur. De Comitiis vero celebrandis ad festum Trium Regum inter omnes fere Senatores convenit. De loco ambigitur: Lublinum Cancellarius, Varsaviam Archiepiscopus mavult.

Causas abducendi filii, etsi adeo clam celasset pater, ut gravissimas quidem et Regno Suetiae pernecessarias, nec ulli mortalium praeterquam filio et sibi soli notas, nec cuiquam communicabiles praetenderet, nullas vero exprimeret. Postea tamen a praecipuo quodam Senatore Sueciae compertae sunt hae:

Seditionem rusticam fuisse in Suetia conquerentium de Regis sui designati absentia, quod eo post obitum patris permissu Polonorum in Regno praesente frui non possent. Eius sedandae causam^{z)} destinasse patrem filium secum domum abducere. Deinde ut eum in omnem eventum et ad eripiendam cum patreli, tum novatoribus aliis, spem rerum novandarum coronaret atque ita onustum utraque corona ad ver in Polonian remitteret. Denique quod ipse filius patrem in primo statuum congressu quasi supplex obnixe rogasset, ut se a Polonis liberaret. Unde qualis ipsius auctoritas posthac in Polonia sit futura, quivis earum rerum paululum peritus facile perspiciet. Atque hoc consilium ei iam progressum fuerat, ut non solum tribus diversis vicibus abitum suum Sigismundus Polonis suis expresse denunciarit, sed et ipsi Senatores et nobiles Poloni ad valedicendum ei iam accessissent. Sed perfregit hoc propositumque mutavit, cum Polonorum sedula efflagitatio et Suecorum consiliariorum pertinacia asseveraret Regnum Suetiae duos Reges simul ferre non posse. Deinde florentissimum Poloniae Regnum non tam flocci faciendum neque temere e manibus dimittendum. Siquidem Regis illius auctoritatem cum Sueticis coniunctam^{c)} opibus non minimo firmamento utriusque et hostibus^{d)} finitimorum temeritati terrori futuram. Denique hac via Dani et Mosci insolentias facilius retusum iri. Accessit postremo Revaliensium Senatus admonitio, qui metuentes incommoda belli, si iste abiret, sese ultro Polonis dedituros professi sunt. Quibus tandem victus pater in redditum filii concessit omniaque tam subito immutata fuere, ut instantibus Polonis confestim abitus sui Regis omnibus, qui una ituri essent, indicatus fuerit, nam quidquid aulicorum ac satellitum Germanorum habuit, subito dimissi sunt.

Addunt praeterea Tartaros denuo irruptionem in Poliam moliri eaque de causa equitum mille sagittarii, quos auxilio contra illos a Prussis prius destinatos ad mandatum Cancellarii dimiserant, pecunia tantum illo flagitante enumerata, iam vicissim summa festinatione regressi atque a Cancellario evocari.

Inter Moscum et Suecum nulla pacificatio intervenit. Etsi iam Mosci in confinibus quidem fuerint, tamen quia Regis Sueciae commissarii statuto die non advenerunt, illi non ulterius expectantes re infecta regressi sunt. Unde satis constat, quam illi de pace solliciti fuerint.

Induciae vero adhuc durant usque ad festum Epiphanias. Quidam volunt Moscis non parum animi accessisse ex mala Polonorum Revaliae tractatione, eaque minus postulatis Sueticis aures praebere voluisse. Animi omnium, tanquam in maximorum motuum exspectatione, sunt suspensi. Utinam tandem veniat desideratus gentibus.

E Moscovia porro allatum a quodam scribunt Cancellarium Poloniae pro se istic multum machinari atque factionem quandam struere. Ita ut ni mature caveatur, non mediocre istinc periculum metuendum videatur.

Rigenses, ob fidem sibi a commissariis et Rege non servatam suosque misere trucidatos et proscriptos atque innovatam Reipublicae formam et mulctam pecuniae grandem sibi impositam valde exacerbati, facilimo^{z)} momento vicissim irritari possent.

- a) *in ms. prodronum*
b) *in ms. Huc*
c) *in ms. coniuncta*

- d) *sic in ms., probabiliter scribendum erat:*
hostium
z) *sic in ms.*

N. 139.

Bithomii et Bendzini, 9.III.1589.

*Commissarii imperatoris et regis Poloniae
ad rei memoriam
transactio pacis inter imperatorem et regem Poloniae conclusae.*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 389-395.

Nos infrascripti, nomine Sacratissimi atque Invictissimi Romanorum Imperatoris Rudolphi Secundi, necnon Unghariae Bohemiaeque Regis, Archiducis Austriae etc., Domini nostri clementissimi, universaeque Serenissimae Domus Austriae Regnorumque Caesareae Maiestatis Unghariae, Bohemiae caeterorumque, deputati Commissarii: Guilielmus Ursinus de Rosimberg etc. etc. ex una parte, ex altera vero nos, Serenissimi Principis et Domini, Domini Sigismundi III Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Livoniae etc., necnon commemorati Regni et Magni Ducatus Lithuaniae caeterarumque ditionum eius nomine itidem deputati Commissarii: Hieronymus Comes in Rozdrazow et in Bombsdorff, Dei gratia Episcopus Wladislaviensis et Pomeraniae etc. etc., significamus praesentibus hisce huius et futuri temporis universis et singulis:

Cum Sanctissimo Domino Nostro Sixto Quinto Summo Pontifice, pastoralis munera memore atque ingenitae pietatis, charitatis studio in universae Christianae Reipublicae bonum ac quietem propensissimo, maiorum suorum antecessorum Summorum Pontificum exemplis permoto, per Legatum suum de latere, Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Hippolytum, Sanctae Romanae Ecclesiae Praesbiterorum^{z)} Cardinalem Aldobrandinum et Summum Poenitentiarium, enixe et summa diligentia id curante, deque amicitia et pace diligentissime Principes^{a)} nostros appellante,^{b)} ad controversias ac dissensiones, quae inter Principes nostros ditionesque eorum nuper exortae fuerant, componendas plena et omnium rerum libera facultate utrinque legati essemus, nos pro facultate a Principibus ordinibusque Regnorum et dominiorum eorum, tum generatim, tum speciatim et nominatim in eam rem nobis data, commemoratas controversias omnes et quascunque omnino tandem transegisse, composuisse et sustulisse.

Etsi enim, quemadmodum in omnibus controversiis accidere solet, non deessent quae^{z)} in utranque partem diu ancipites dubique tenerentur, cum tamen et incommoda dissensionum, quae tum privatim singulis, tum publice Regnis, nationibus universis importare solent, et pacis

commoda diligentius nobiscum expendissemus, accessissent eodem Sanctissimi Domini Nostri auctoritas, Legati autem ipsius de latere, Illustrissimi et Reverendissimi Domini Cardinalis Aldobrandini sumnum atque indefessum in concordia hac procuranda studium, cum summa prudentia et aequitate coniunctum, iis, quae super demonstratae sunt, causis adducti de omnibus tam controversiis dissensionibusque, quam causis eorum, hisce, quae sequuntur, conditionibus composuimus transegimusque.

In primis cum, quemadmodum supra ostensum est, ut in pace omnia florent, ita non modo nullum malum tantum esse possit, quod a bello absit, sed ne auctor quidem ut aliorum bonorum, ita etiam pacis, Deus, nonnisi in pace pie venerari et coli possit, cum ob publicam Reipublicae Christianae salutem, tum in primis nominis divini gloriam convenit statutumque inter nos est, ut non solum superioris^{c)} temporis offendentes suspicionesque et causae offensionum omnes inter Principes nostros ditionesque et homines eorum universos et singulos in perpetuum abolitae et sublatae sint, verum firma etiam, sincera ac constans pax atque amicitia perpetuis temporibus in posterum inter eosdem colatur observeturque. Cuius quidem rei eo iustiores causas Principes nostros habere arbitrati sumus, quod non solum ditiones et populi utriusque multis iisque antiquissimis^{d)} foederum, cognitionis et aliarum necessitudinum vinculis districti semper inter se fuerint, sed Principes etiam ipsi, ut quorum utrinque genus e Jagellonum stirpe promanet, propriaque sanguinis coniunctione devincti inter se sint, ut non minor in mutuo amore pietatisque in Republica Christiana communis salutis ratio habenda illis sit.

Cum huiusmodi necessitudo ea sit, ut non solum superiores offendentes omnes abolere debeat, verum sine vituperatione nullam offensionem inter tam coniuctos Principes admittere possit, condonabunt igitur utrinque, tam Caesarea nimirum Maiestas Serenissimaque Domus Austriaca, quam Serenissimus Poloniae Rex, quae superiore anno inter ipsos et ditiones eorum quomodocunque intercesserunt, primum publicae universae Christianitatis tranquillitati, deinde non minus etiam mutuae necessitudini ac sanguinis coniunctioni, ^{e)} maxime autem Sanctissimi Domini Nostri autoritat^{f)}. Cum autem omnis haec superioris temporis dissensio ex nominatione, iuribus et institutis Regni Poloniae minus consentanea, Serenissimi Principis et Domini Domini Maximiliani, Dei gratia Archiducis Austriae, Ducis Burgundiae etc., in proximis Comitiis electionis Varsaviae habitis a quibusdam interpositae promanarit, cum iis, quae commemoratae sunt, tum aliis causis ad Reipublicae Christianae universaeque salutem et tranquillitatem pertinentibus, convenit conclusumque inter nos est, ut quo et praeterita dissensio et futurae causae materiaque omnis tollatur, commemorato titulo et iure, quod quocunque modo pervenisse ad se inde arbitratus fuit idem Serenissimus Archidux Maximilianus, cum alias commemoratas ob causas, tum ob communis Reipublicae Christianae, ut ostensum est, quietem et incolumitatem, abstineat et nunquam in posterum utatur.

Praeter eum vero Caesarea Maiestas etiam caeterique Serenissimi Archiduces nullam unquam controversiam vel hac vel quacunque alia causa colere seu praesentare vel Serenissimo Principi ac Domino Sigismundo III, praesenti Regi Poloniae, vel etiam si, quod Deus avertat, morte eius Regnum vacare contigeret, eidem Regno eundem Serenissimum Archiducem Maximilianum, vel quocunque alium, quocunque tempore per se vel per alios relatarum aut suscitaturum, neque id facienti consilium, auxilium, transitum seu favorem quocunque in eam rem

se praebituros, praestituros spondeant ac promittant. Neque vero in ullam eiusdem Serenissimi Archiducis iniuriam vel contumeliam accipi aut quisquam interpretari id debebit. Quemadmodum enim et ea familia Serenitatem Suam ortam et ea ipsam etiam virtute esse ordines Regni Poloniae libenter agnoscant, ut quocunque amplissimo Regno dignam eam iudicent, neque generis dignitate et virtutis laude ulli secundam eam habeant, ita vicissim Serenitatem quoque Suam pro prudentia sua cogitare non dubitant primum Regna non solum ex dignitate cuiusque, sed in primis etiam divina voluntate deferrri. Ideoque magis hanc, quam iudicia hominum sibi defuisse, deinde eo aequiore etiam animo id laturam, quod ad illum delatum Regnum videat, qui et Serenitatem Suam tam propinqua sanguinis coniunctione attingit. Ex Familia autem Jagellonica optime de Regno Poloniae merita, qui summa cum laude Regno huic praefuerint, non solum avos et proavos, sed nuper etiam avunculum, divum Sigismundum Augustum Regem habuerint.

Quam ob causam et si libera nobilitas, suffragia nulli successioni astricta sint, quod nihilominus ex Familia Jagellonica electus Rex sit, pro sua cum eadem familia necessitudine tanto aequius feret, neque de pristica amicitia, quae inter Serenissimam Domum Austriacam et Regnum Poloniae, Magnum Ducatum Lithuaniae caeterasque ditiones eis coniunctas ordinесque et homines eorum semper fuit, quicquam vel Serenitas eius vel Serenissima Domus ipsius ob id remittet. Maxime vero, si, quod diutissime Deus sustinere velit, Regnum iterum vacare contingat, in libertate electionis commemoratos ordines nullo modo impediat, neque vel armis ac vi, vel largitionibus seu factionibus quicquam contra eandem libertatem faciet aut suscipiet, dolo ac fraude omni remotis.

De Lubvolia²⁾ deinde hunc in modum convenit. In primis, ut castrum id cum oppidis villisque ad id pertinentibus, quemadmodum in iussu Caesareae Maiestatis ac praeter voluntatem eius occupatum est, ita in pristinum usum et possessionem Regni Poloniae, quemadmodum a tot seculis quiete ac sine ulla controversia id in ea possessione atque usu fuit, iterum tradatur consigneturque. Supellex item reliquumque instrumentum omne, maxime autem tormenta tam minora quam maiora, quae in castro eo, cum occuparetur, extiterunt, bona fide restituantur unaque cum ipso castro tradantur. Ad possessionem autem eam accipienda utriusque partis consensu dies 21 mensis Iulii praefinitus et acceptus est. Ad quem Regia Maiestas Poloniae, qui eam postulent et accipient, homines suos mittat, ii vero, qui in arce erunt, sine ulla mora, quemadmodum super convenit, cum omni supellecile et instrumento, quod ante in eo fuit, vacuam possessionem eius tradere debebunt. Cumque ut non solum dissensiones et controversiae omnes sopiantur, verum pristica etiam amicitia atque benevolentia utrinque restituatur, actum inter nos fuerit, ut pacta et foedera, quae ab aliquot seculis utrisque Regnis et ditionibus intercesserunt, ea forma, quae utriusque nostrum consilio et sentencia supra comprehensa iam est, ab utrisque Principibus et eorundem ordinibus iterum renoventur confirmenturque, placuit convenitque.

Quibus quidem rebus cum pristica amicitia atque benevolentia integre conciliata, restituta et redintegrata utrinque esse debeat, promittimus pro eo spondemusque nos quidem suprascripti Caesareae Maiestatis et universae Serenissimae Domus Austriacae Commessarii,²⁾ cum commemoratae Caesareae Maiestatis caeterorumque Serenissimorum Austriacorum Principum omnium, tum maxime Serenissimi Maximiliani Archiducis nomine, nullam superiorum dissensionum offenditionem Caesaream Maiestatem Se-

renitatesque Suas retenturas, eandem nullo unquam tempore renovaturas, constantem autem posthac et synceram cum Regia Maiestate Poloniae ordinibusque amicitiam et benevolentiam conservaturas, neque vi aut armis, vel per se vel per summissas personas, quocunque tempore vel quacunque ex causa, colore seu praetextu Regnum Poloniae, Magnum Ducatum Lithuaniae, Russiam, Prussiam, Masoviam, Samogitiam, Livoniam caeterasque ditiones vel arces, oppida, villas, hominesve Serenissimi Poloniae Regis, aut propinquorum, sociorum vel adherentium ipsius infestaturas, vim aut iniuriam ullam illaturas, factiones aut partes ulla contra easdem et in iisdem facturas, alturasve; ^{c)} nullos homines ^{f)} ab iisdem proscriptos aut exules recepturas habiturasve, neque aliis id facientibus ullum consilium, auxilium, transitum aut quemcunque denique favorem accomodaturas. Verum omnia, quae transactione hac, pactis perpetuis ac foedere comprehenduntur, diligentissime observaturas.

Similiter vero nos, Serenissimi Poloniae Regis suprascripti Commissarii, eiusdem Maiestatis Suae ordinumque eius nomine vicissim recipimus, promittimus spondemusque nullo unquam tempore eorum, quae ante quocunque modo intercesserunt, offenditionem Serenissimum Poloniae Regem aut ordines....^{e)} tandem per quamcunque occasionem renovaturos, sed constantem posthac et sinceram cum Caesarea Maiestate universaque Serenissima Domo Austriaca atque Serenissimo etiam Archiduce Maximiliano Regnisque, ditionibus et ordinibus eorundem amicitiam et benevolentiam conservaturos, neque ipsam Maiestatem Suam ordinesque seu homines eius quoscunque vi aut armis, vel per se vel per submissas personas, quocunque tempore vel quacunque ex causa, colore aut praetextu Regna Ungariae vel Bohemiae, Austriam, Moraviam, Silesiam vel quascunque alias commemoratorum Serenissimorum Principum dominia, ditiones, arces, oppida, villas vel homines, aut propinquorum, sociorum vel adherentium ipsorum infestaturos, ^{c)} vim aut iniuriam ullam iisdem allatueros, factiones ^{f)} seu partes ulla contra eosdem et in iisdem facturos alturosve, ^{c)} ab iis proscriptos aut exules recepturos habiturosve,^{f)} neque aliis id facientibus ullum consilium, auxilium, transitum aut quemcunque denique favorem accomodaturos, sed omnia, quae transactione hac, pactis perpetuis ac foedere comprehenduntur, diligentissime conservaturos. Quo firmiora vero omnia haec sint, convenit transactumque inter nos est, ut Serenissimus Poloniae Rex Legatum suum ad Caesaream Maiestatem caeterosque Serenissimos Archiduces intra diem 20 Aprilis in aulam Caesareae Maiestatis prior mittat.

Qui quidem in primis, ut Caesarea Maiestas offendiones omnes, quae superiore anno inter Caesaream Maiestatem Suam eiusque inclytam Domum Austriacam et inclytum Poloniae Regnum quomodounque utrinque intercesserunt, publicae tranquillitati et paci, tum Sanctissimi Domini Nostri auctoritati condonet, rogabit Serenissimum Regis sui nomine paratam Maiestatem Suam Regiam offeret, quae in transactione continentur, conveneruntque singula confirmare et praestare.

Caesarea Maiestas in eiusdem Sanctissimi Domini Nostri gratiam et publicae Christianitatis salutis causa paci huiusmodi et petitioni annuet, deinde vero ipsa quoque intra diem XV mensis Maii similiter legatum suum ad Serenissimum Poloniae Regem mittet, per quem gratiam sibi legationem eius fuisse et quae ex oratore eius intellexerit reliqua ostendet, et si quae Sacrae Maiestati Caesareae in benevolentiae atque amicitiae testimonium videbuntur alia, eodem deinde legato praesente primum Serenissimus Rex Poloniae sequenti forma iuramentum praestabit: Ego

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc., iuro, spondeo promittoque coram Deo per haec sancta eius Evangelia, quod omnia ea, quae Sanctissimi Domini Nostri Legatique eius de latere, Reverendissimi Cardinalis Aldobrandini interventu inter Commissarios meos ex una, et Caesareae Maiestatis universaeque Serenissimae Domus Austriacae parte ex altera, Bithomiae et Bendzini congregatos, convenerunt, in omnibus eorum punctis et clausulis firmiter inviolabiliterque observabovo iisque satisfaciem pro eoque cum Caesarea Maiestate, Serenissimis fratribus et patruis eius universaque Serenissima Domo Austriaca, Regnis, ditionibus et hominibus eorundem iuxta eandem transactionem pacta perpetua ac foedus, pacem amicitiamque perpetuo constanterque colam. Sic me Deus adiuvet et haec sancta eius Evangelia.

Secundum Regiam deinde Maiestatem eius ordines Regni Poloniae, Magni Ducatus Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae etc., seu omnium ordinum nomine proceres ad hoc in Comitiis nominati et sufficiente in eam rem mandato instructi, sequentibus itidem verbis iurabunt: Nos N.N. iuramus spondemusque coram Deo omnium Regni nostri nomine, quod omnia ea, quae inter Sacrae Caesareae Maiestatis caeterorumque Principum Austriacorum Commissarios ex una, et Serenissimi Principis et Domini Domini Sigismundi III Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae, Russiae, Prussiae etc. parte ex altera, ordinumque, Regnorum et dominiorum utriusque partis Bithomiae et Bendzini congregatos, convenerunt, firmiter inviolabiliterque observabimus ordinesque universi in perpetuum observabunt, Serenissimis Principibus nostris, ut observent, autores semper erimus, neque ut aliter fiat, assensum, consilium aut auxilium nostrum unquam praestabimus, sed eandem transactionem et pacta omnibus viribus tuebimur ordinesque universi perpetuis temporibus tuebuntur. Sic nos Deus adiuvet et haec sancta eius Evangelia.

Quae cum ad eum modum perfecta fuerint, mittet deinde inter diem XV mensis Iunii ad Caesaream Maiestatem caeterosque Serenissimos Archiduces in aulam Maiestatis Suae, aut per se aut per legatos suos existentes, alterum legatum suum Serenissimus Poloniae Rex. Qui in primis transactionem hanc, tum iuramenta tam eisdem Serenissimi Regis, quam ordinum supra commemoratorum, ab ipso Serenissimo Rege Poloniae ordinibusque Regni Poloniae, Magni Ducatus Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae etc. subscripta, sigillis eorundem munita, Caesareae Maiestati tradet; utque transactionem hanc ipsa quoque et caeteri Serenissimi Archiduces, patrui et fratres Maiestatis Suae similiter confirmant confirmatione subscriptioni et sigillis, tum suis, tum ordinum, seu omnium ordinum nomine praecipuorum procerum edant. Iuramentum autem in eandem cum Caesarea Maiestas, tum ordines Regnorum ditionumque eius similiter praestent. Iuramentumque idem caesareum a Caesarea Maiestate et ordinibus, ordinum autem ab ipsis proceribus subscripta et signata sibi tradantur, postulabit.

Qua legatione exposita, Caesarea Maiestas eodem legato praesente in haec itidem verba iuramentum praestabit: Rudolphus Secundus, Dei gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus etc., iuro spondeoque ac promitto coram Deo per haec sancta eius Evangelia, quod omnia ea, quae Sanctissimi Domini Nostri et Legati eius de latere, Reverendissimi Cardinalis Aldobrandini interventu inter Commissarios meos caeterorumque Serenissimorum Principum patruorum et fratrumerum ex una, et Serenissimi Principis Domini Sigismundi III Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae etc. parte ex altera, Bithomiae et

Bendzini congregatos, convenerunt, in omnibus eorum punctis et clausulis firmiter inviolabiliterque observabo iisque satisfaciam, pacem et amicitiam cum eodem Serenissimo Principe Regnoque Poloniae, Magno Ducatu Lithuaniae caterisque coniunctis provinciis et ditionibus, iuxta eandem transactionem pacta perpetua ac foedus perpetuo constanterque colam. Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia.

Eodem denique modo Regnorum etiam ditionumque Caesareae Maiestatis, Unghariae, Bohemiae, Austriae, Moraviae, Silesiae etc. ordines. seu omnium ordinum nomine proceres ad id nominati et sufficiente in eam rem mandato instructi, iisdem verbis et forma, quae supra Polonicis ordinibus praescripta est, eodem itidem legato praesente, iuramentum praestabunt. Iuramentaque et transactio haec, ita quemadmodum super ostensem est, a Caesarea Maiestate, Serenissimis Archiducibus patruis et fratribus Caesareae Maiestatis, ordinibus Regnorum et ditionum Caesareae Maiestatis subscripta et confirmata, commemorato Regiae Maiestatis Poloniae oratori tradantur. Idem vero legatus pactorum quoque secundum eam formulam, quae ex communi consilio ac sententia scripto a nobis comprehensa est, confirmationem simul a Caesarea Maiestate petet. Et cum eiusdem Caesareae Maiestatis eorundem pactorum confirmationem ad Serenissimum Regem Poloniae deferet, tum Serenissimi Poloniae Regis apud Caesaream Maiestatem relinquet.

Vicissim vero debebit Serenissimus Princeps et Dominus, Dominus Maximilianus Archidux Austriae etc., Plodlo,²⁾ quo in loco nunc est, ad diem decimum sextum mensis Iulii movere ac quam honorificentissime Biczynam vel, si ita Serenitati Suae videbitur, Bithomiam cura Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis ad diem vigesimum octavum mensis Iulii deduci, quemadmodum quidem nos, eiusdem Maiestatis Suae ordinumque, tum nostro nomine promittimus. Priusquam etiam Serenissimus Archidux Maximilianus e Regno profiscatur, Serenissimus Poloniae Rex ipse eum inviset mutuamque benevolentiam ita ei declarabit, ut eam superioris temporis iniuria interruptam magis fuisse, quam vel tum etiam illi defuisse vel in posterum defuturam ostendat, quam maximam poterit, dignitatis eius rationem libenter habebit. Quam primum vero ultra fines Regni Poloniae in Caesareae Maiestatis fines ditionesque Serenitas Suia pervenerit, in primis, quod nunc quidem Caesarea Maiestas, utriusque autem nomine nos, Caesareae Maiestatis Commissarii, spondemus promittimusque, ipsa quoque transactionem hanc in omnibus suis capitibus et articulis itidem confirmabit confirmatamque et sua atque aliquot procerum Germanicorum, quos tum secum habuerit, subscriptionibus et sigillis munitam iis, qui nomine Serenissimi Poloniae Regis eum comitabuntur instrumentumque illius ab eo postulabunt, tradet.

Deinde vero iuramentum corporale sequentibus verbis praestabit idemque similiter a se et aliquot proceribus nationis Germanicae, qui tum circa eum fuerint, signatum subscriptumque dabit: Maximilianus, Dei gratia Archidux Austriae, Dux Burgundiae etc., iuro spondeoque per haec sancta Dei Evangelia, quod omnia ea, quae Sanctissimi Domini Nostri et Legati eius de latere, Reverendissimi Cardinalis Aldobrandini interventu inter Sacrae Caesareae Maiestatis, fratris mei observandissimi, caeterorumque Serenissimorum Principum Austriacorum Commissarios ex una, et Serenissimi Principis Domini Sigismundi III Poloniae Regis, Magni Lithuaniae Ducis etc ex parte altera, Bithumi et Bendzini congregatos, convenienter, in omnibus eorum punctis et clausulis firmiter

inviolabiliterque observabo, pacem et amicitiam cum eodem Serenissimo Rege Poloniae, Magno Duce Lithuaniae etc., Regnoque, Magno Ducatu Lithuaniae et caeteris ditionibus eius perpetuo constanterque colam, neque quicquam, quod contra eiusdem Serenissimi Regis, ditionum hominumve eius salutem aut quietem sit, suscipiam admittamve, neque vim aliquam inferam aut aliquo modo publice vel occulte molestabo, sed fraterno honore, amore et benevolentia omnibus in locis, per omnem occasionem, eundem Serenissimum Regem prosequar. Sic me Deus adiuvet et haec sacra Evangelia.

Quo iuramento praestito, tandem iis etiam, quos ex natione Pollonica iuramento, fide aut quoconque modo obligatos antea Serenitas Sua habuit, fidem eam, iusurandum omnemque omnino obligationem remittet planeque liberos eos pronuntiabit.

Reservamus postrem ab hac transactione nos quidem, Caesareae Maiestatis Commissarii, pro Sacra Caesarea Maiestate, Domino nostro clementissimo, universaque Domo Austriaca Sanctissimum Dominum Nostrum Papam Sanctamque Sedem Apostolicam, necnon Sacrum Romanum Imperium, cui pro ea fide, quam illi iureiurando obstrinxit^{z)} Sacra Caesarea Maiestas, si quis illud iniuria afficere vellet, deesse non posset. Praeterea vero Serenissimum ac Potentissimum Principem et Dominum Philippum Regem Hispaniarum Catholicum, et Magnum Moschorum Principem, ita tamen, ne propter hanc exceptionem vel contra Serenissimum Regem Regnumque Poloniae, Magnum Ducatum Lithuaniae, vel contra Serenissimum Sueciae Regem, Caesarea Maiestas aut caeteri Archiduces ullum auxilium Moscicis dare et hanc transactionem turbare debeant aut possint. Ad extreum etiam Turcarum Principem per praesentes et futuras quoque, si quae intercesserint, inducias, ita ut isthaec transactio Caesaream Maiestatem contra illum ligare non possit nec debeat.

Vicissim vero nos, Serenissimi Regis Commissarii, eiusdem Serenissimi Regis, Regni, Magni Ducatus Lithuaniae caeterarumque ditionum eius nomine, praefatum Sanctissimum Dominum Nostrum Papam Sanctamque Sedem Apostolicam, tum Serenissimum parentem Serenissimi Regis nostri, Regem^{h)} Sueciae, Illustrum Sigismundum Principem Transsilvaniae, necnon pacem, quae eidem Serenissimo Regi nostro cum Turcarum Principe intercedit aut in posterum, iuxta pristinam divi Sigismundi Augusti, avunculi eius, formulam intercedet, diserte excipimus reservamusque.

Quae omnia et singula in omnibus suis punctis, articulis et clausulis sancte inviolabiliterque observatum expletumque iri nos, suprascripti utriusque partis Commissarii, cum Principum nostrorum ordinumque ipsorum, tum nostro nomine iam ex hoc ipso tempore sub fide, honore et iuramentis nostris sancte promittimus spondemusque. Maioris autem firmitudinis et fidei causa in primis, ut Sanctissimi etiam Domini Nostri de latere Legatus, Illustrissimus et Reverendissimus in Christo Pater et Dominus, Dominus Cardinalis Aldobrandinus, ut cuius prudentia, studio atque opera maxime haec res confecta fuit, eandem transactionem hanc subscriberet sigilloque suo muniret, communiter ab Illustrissima Dominatione Sua impetravimus, tum vero duo eiusdem exempla conficienda curavimus, singulaque exempla ab omnibus nobis communiter subscripta sigillisque omnium nostrum munita singulae partes accepimus. Datum Bithumii et Bendzini die nona mensis Martii 1589.

In margine superiore alia manu: 9 Marzo 1589. Accordo fra l'Imperatore e'l Re di Pollonia.

- a) *in ms. Princeps*
- b) *in ms. appallante*
- c) *correctum ex: superioribus*
- d) *in ms. antiquissimus*
- e-f) *haec verba alia manu supra lineam
scripta leguntur.*
- g) *sequitur verbum, quod non legitur.*
- h) *in ms. Regis*
- z) *sic in ms.*

N. 140.

s.l., s.d.

Ignotus

ad rei memoriam

elenchus deputatorum ex Regno Bohemiae ad pacem cum Polonia confirmandam.

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 397.

Lista de' Signori di Bohemia, deputati per la confermazione della pace di Polonia.

De Baroni:

Signor di Rosemberg, Burggravio Supremo di Praga.

Georgio di Lobkowitz, Maggiordomo Maggior del Regno.

Giorgio Smecianski, Supremo Giudice.

Christoforo Poppel de Lobkovitz, Supremo Maestro di Camera del Regno et Cameriere di Sua Maestà.

Wencislao Berka, Consigliere di Sua Maestà.

Wolfrio Kolobrat, Consigliere.

Carlo de Biberstain, Supremo Maestro delle monete del Regno.

Wenceslao Rzycianski, Consigliere.

Giorgio di Sternberg, Consigliere.

De nobili:

Michele Spanowski, Protonotario del Regno.

Buryano Trcika, Sottocameriere del Regno.

Alberto Capone, del circolo Gradciense Burggravio.

Wencislao Pleski, Capitano della Piccola Parte di Praga.

Radislao Chynski, Consigliere.

Wencislao Budovezzo, Consigliere delle Appellazioni.

Christoforo Gielinski, Sottonotario del Regno.

Guglielmo Wrgiesovezzo.

Christoforo Sleyniz.

Commissarii imperatoris Rudolphi II et regis Poloniae Sigismundi III
ad rei memoriam
articuli pacis sub auspiciis papae [Sixti V] conclusae.

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 398-405.

Compactata inter Regna Bohemiae et Poloniae.

Nos infrascripti, Sacratissimi Invictissimi Romanorum Imperatoris Rudolphi Secundi, necnon Hungariae Bohemiaeque Regis, Archiducis Austriae etc., Domini nostri clementissimi, universaeque Serenissimae Domus Austriacae Regnorumque Caesareae Maiestatis Hungariae, Bohemiae caeterorumque deputati commissarii: Wilhelmus Ursinus de Rosinbergk,¹⁾ Domus Rosembergicae Gubernator, Eques Aurei Velleris, Sacrae Caesareae Maiestatis intimus consiliarius et supremus Regni Bohemiae Burgravius; Petrus Episcopus Iauriensis, Regni Hungariae Cancellarius; Christophorus Poppl, Baro a Lobkovitz in Tachau, Sacrae Caesareae Maiestatis Camerarius et Supremus Regni Bohemiae Camerae Praefectus; Richardus Strein in Schwartzenau et Tirnstaen; Stanislaus Episcopus Olomucensis, Princeps Regalis Cappellae Bohemiae Comes; Leipidus a Promnicz Baro in Plesschorau et Tubol; Nicolaus Istwanffi de Kissacronfalva, Officci Palatinatus Regni Hungariae Locumtenens, Capitaneus Soproniensis; Ioannes Kobenzl Baro in Proseck, Ordinis Teutonici Commendator, ex una parte; ex altera vero nos, Serenissimi Principis et Domini, Domini Sigismundi III Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitia, Livoniae etc., necnon commemorati Regni, Magni Ducatus Lithuaniae caeterarumque ditionum eius nomine itidem deputati commissarii: Hieronimus Comes in Rosdrazorw²⁾ et Bombsdorff, Dei gratia Episcopus Wladislaviensis et Pomeraniae; Ianussius Dux Ostrogiae et Palatinus Volchiniae; Stanislaus Gostoniski de Lizenicz, Palatinus Ravensis, Capitaneus Radomiensis; Cristophorus Zienovicz, Palatinus Brestianensis ac Zieziensis et Derepoensiensis Capitaneus; Andreas Opolienski de Brin, Regni Poloniae Supremus Marschalcus et Maioris Poloniae Generalis et Lezaiscensis Strezemensisque Capitaneus; Ioannes Zamoisky de Zamoiscie, Regni Poloniae Supremus Cancellarius ac exercituum Generalis, et Belzensis, Mariaeburgensis, Derpacensis, Knissinensis, Grodecensis, Miedzirensis Iavoroviensisque Capitaneus.

Significamus praesentibus hisce, quorum interest intereritve, universis et singulis inter alia, quae in conventu hoc nostro ad pacem atque amicitiam inter Principes nostros Regnaque et ditiones eorum conciliandam acta inter nos sunt, imprimis de certa etiam formula confirmationis pactorum transactum statutumque inter nos est, de qua quo minus dubitationis esset, eandem formulam hisce etiam literis a nobis subscriptis et signatis mutuo inter nos edendam eamque ex hoc ipso tempore Principum nostrorum nomine ratam habendam duximus. Formulae autem eius tenor est is, qui^{a)} sequitur:

Nos Rudolphus, divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Ungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex, Brabantiae, Stiriae, Carniolae, Marchio Moraviae etc., Dux Lucemburgensis ac Superioris et Inferioris Silesiae, Wirtemberg et

Teckae, Princeps Sueviae, Comes Habsburgi, Tirolis, Ferolis, Kiburgi et Loritiae Landravius, Alsatiae Marchio, Sacri Romani Imperii, Burgondiae ac Superioris et Inferioris Lusatiae Dominus, Marchio Slavoniae, Portus, Naonis et Salinarum, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, et nos Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque, necnon eadem gratia designatus Rex Sueciae et Magni Ducatus Filantiae^{z)} haeres etc., tenore praesentium recognoscimus et notum facimus universis et singulis, praesentibus et futuris, horum notitiam habituris.

Quandoquidem qui Christi locum in terris gerunt, eos in hoc elaborare maxime decet, ut cuius locum obtinent, eius vestigiis incedant, nos memoria tenentes, quod non aliunde potestas nostra sit, quam ab eo, a quo nomen ducimus cuiusque appellatione censeri volumus, Domino Nostro Iesu Christo, qui quos ipse nobis subiecit populos, eos loco suo regere et gubernare, huc omnes curas et cogitationes nostras convertendas duximus, et quatenus id humanitus praestari potest, adiuvante eo, cuius sit solius munere, contigit, quod proxime ad similitudinem eius accederemus, per quem Reges regnant, Principes imperant et Potentes decernunt iusticiam; quoniam vero non ille potentiam suam, non sapientiam, sed eam solam, qua societas hominum inter ipsos continetur, dilectionem, qua nos prior ipse praeter meritum illum prosecutus est, imitari voluit, ut sicut ipse dilexit nos, ita et ipsi vicissim diligemus invicem ac pacem, concordiam tranquillitatemque mutuam inter nos conservaremus, neque potest illi sacrificium ullum a mortalibus offerri gratius, quam sit fraterna caritas inter unius corporis membra.

Hanc illius dilectionem, qua nobis tot civitates, tot populos lingua, moribus, habitu inter se dissidentes, tot tam late patentes provincias, tot amplissima Regna subiecta esse voluit, praecipue pro virili nostra imitandam esse duximus. Itaque cum inter recolendae memoriae maiores nostros iam inde a longissimo tempore certamen amoris benevolentiaeque mutuae susceptum^{b)} fuisse conovissemus,^{z)} cuius rei tanquam testes sunt pactorum et foederum literae, quae inter nostras Austriae et Jagelloniam Domum, quaeque inter^{c)} utriusque Domus Regna, Imperia, provincias, populos et nationes, nominatim vero, quae inter quondam Albertum Archiducem Austriae cum quondam^{d)} Casimiro Poloniae Rege, et divum Fridericum Imperatorem cum eodem Casimiro Rege postea vero etiam inter recolendae memoriae Ferdinandum et Maximilianum Imperatores cum itidem recolendae memoriae Sigismundo Augusto Rege intercesserunt, nos, maiorum nostrorum^{e)} exemplo provocati, qui summam semper inter se necessitudinem et amicitiam conservare studebant atque eam artis praeterea affinitatis vinculis fortius colligabant, quam ut dis solvi facile posset, ea nimirum pacta et foedera, quae inter praefatos maiores nostros quondam Albertum, Fridericum, Ferdinandum, Maximilianum Secundum et Casimirum Sigismundumque Augustum observata fuerunt, id quod foelix,^{f)} faustum et fortunatum Deus esse velit utrique nostrum ac utriusque nostrum Imperii, Regnis, terris, civitatibus, populis et nationibus, in Dei Optimi Maximi nomine, a quo tanquam fonte^{g)} perenni manat quicquid bonarum est rerum, inter nos quoque^{h)} ad vitam saltem nostram continuanda et firmando, instauranda et renovanda atque adeo declaranda, corroborando et amplificanda duximus, ita ut continuamus, confirmamus, instauramus, renovamus, declaramus, corroboramus et amplificamus praesentium per tenorem.

Ac primum quidem, sicuti in literis quondam Alberti Archiducis prescriptum est, nos omni honore, fide et amore nos¹⁾ invicem prosequi et promovere debemus et volumus in locis omnibus et temporibus, ubi nobis id faciendi se facultas obtulerit, citra dolum et fraudem aliquam. Neque committemus unquam, ut alter alteri aut familiaribus eius, vasallis et subditis quibuscumque, Regnis, Ducatibus, terris et civitatibus ei¹⁾ subiectis et sub eius obedientia et defensione constitutis, quacunque ex causa bellum inferamus, inimicitias denunciemus, diffidamus aut hostiliter eos impetamus, per nos aut per submissas personas, fraude et dolo semotis, ac non modo ipsi ab eiusmodi rebus abstinebimus, verum etiam subditos nostros et quicunque in fide potestateque nostra sunt, eos prohibebimus ac²⁾ ab omni vi modo superius descripto temperare sibi cogemus.

Habebunt etiam potestatem homines nostri, cuiuscunque status et conditionis fuerint, in quibuscumque terris, dominiis civitatibusque nostris et nostrae obedientiae subiectis, agendi et commorandi atque etiam inde libere et secure, cum illis visum fuerit, discedendi. Deinde, sicut etiam literis Domini Friderigi²⁾ caustum¹⁾ est, ita nos invicem uniendos, obligandos, alligandos, confoederandos duximus, quemadmodum unimus, obligamus, confoederamus praesentibus, quod ex hoc tempore ipso perpetuo, realiter et cum effectu, invicem et mutuo obligati, alligati et confoederati³⁾ simus et erimus, et inter nos et subditos nostros necnon Regna, Principatus et dominia, quae nunc uterque nostrum possidet, constans, perpetua, indissolubilis et cristiana pax esse et servari debet et debebit.

Et in omnibus utriusque nostrum honorem, dignitatem, statum, augmentum concernentibus et concernere valentibus mutuo nobis auxiliabimur, consulemus invicem, promovebimus et assistemus, nec alteruter nostrum quicquid faciet, cupiet, pertractabit aut molietur, quod contra alterutrum nostrum, Regna, Principatus, dominia, subditos, honorem, statum, dignitatem, augmentum sit seu esse aut tendereⁿ⁾ possit. Neque nostrum alter alteri, ipsius Regnis, Principatibus, dominiis et subditis bellum, damnum aut quodvis aliud nocumentum inferet, nec a suis quovis quaesito colore inferri permittat. Sed quilibet nostrum contra subditos suos, qui huiusmodi faciant aut facere et moliri vellent, totis viribus suis et potentia in terris et dominiis suis consurget et eos pro huiusmodi excessibus²⁾ poena condigna puniet et gastigabit,²⁾ donec damnorum datorum integrum compensationem et refusionem facient.

Praeterea nullus nostrum ad alterius Regna, Principatus et dominia aspirare aut anhelare debet, nec alterius nostrum Regna, Principatus, dominia, subditos, si quos, quod Deus avertat, ab altero nostrum deficere, recedere aut rebellare contingeret, contra alium, eius Regna, Principatus, dominia et subditos suspicere, tenere, protegere, iuvare, assistere, neque consulere aut favore prosequi debet, neque a suis talia fieri patiatur, sed contra tales infideles unus alteri auxiliabitur et assistet, atque dominis suis eos excludet. Si vero alter nostrum, eius Regna, Principatus aut subditi contra alterum, ipsius subditos, Principatus aut dominia actionem realem seu personalem, civilem seu criminalem, aut qualcumque querelam habet aut imposterum habuerit, si super ea non potuerimus amicabiliter concordare, tum neque ipse neque subditi eius contra alterum ipsiusque subditos, Regna, Principatus et dominia quicquam via facti attentare, neque sibi ipsi ius dicere aut ulcisci, sed super eo iure et non aliter experiri debet.

Caeterum, pro maiori suprascriptorum foederum declaratione pro que tranquilliori subditorum nostrorum statu, quiete et bonae^{o)} vicinitatis conservatione, et quo firmior inter nos, Regna et subditos nostros pax, amicitia et benevolentia perpetuo constare queat, utque omnes dissidiorum causae, quoad eius fieri potest, praescindantur,^{p)} ordinamus, statuimus, declaramus et volumus, quod cum initio scriptum est, quod mutua nobis invicem auxilia ferre debemus. Quomodo alter alteri auxilia ferre velimus, id in arbitrio utriusque nostrum et ordinum Regnorum nostrorum positum esse debere, hoc tamen expresso, ut liceat utrique^{q)} nostrum ex terris et provinciis alterius voluntarios milites aere suo conductos educere et arma in usum suum exportare. Hactenus tamen milites educere liceat, quatenus id sciente fiat altero nostrum, neque sit alteruter nostrum bello suo proprio contra hostes aliquos suos impeditus. Hostibus vero ne id liceat, neve favor ullus praestetur, qui alteri obesse possit, ita tamen, ut nedum iuxta praescripta maiorum^{r)} nostrorum foedera nullus nostrum alteri vel ipsius Regnis,^{s)} Principatibus, dominiis et subditis bellum, damnum aut quodvis aliud nocumentum inferre, sed neque alterius hostes aut rebelles fovere, protegere seu eis assistere vel favorem, consilium aut auxilium quovis modo praestare debeat.

Volumus praeterea vias et flumina publica, necnon comercia et negotiations mutuas per Regna et provincias nostras omnibus et singulis regnicolis, provincialibus et subditis nostris, tam terra quam aqua, utrinque libera esse nec ullis unquam interdictis, arrestationibus seu representationibus concessionibus impediri, sed utriusque nostrum subditos in alterius Regnis et dominiis libero transitu ac fide publica, quem salvum conductum vocant, non minus quam proprios cuiusque subditos gaudere, ut ac frui posse et debere. Nec denique cuiquam nostrum aut his, qui nobis subditi sunt, querelas et actiones suas,^{t)} si quae iam sunt vel futuris temporibus obciantur, aliter^{u)} quam mediante iure prosequi liceat.

Ut autem omnis vel prorelatae^{v)} vel^{w)} denegatae iustitiae querela, tam inter nos quam subditos nostros, hinc inde praecaveatur, sed cuique expeditum ius et iustitia summarie et de plano administrari, eius denique debita executio effectualiter obtineri valeat, convenimus et commendavimus, quod si quis^{x)} nostrum subditi contra^{y)} alterius unum vel plures privatos subditos actiones, sive personales sive reales, intentarent, tunc semper pars^{x)} agens forum et iudicium ipsius rei sequi debeat. Et quidem in personalibus, iniuriarum, violentiarum, super spoliatione et similibus iudiciis per missionem subitarii iudicii, citra dilationem et^{y)} exceptionem admissionum, actui forensi^{aa)} de simplici et pleno iustitiae complementum facere. In realibus vero secundum uniuscuiusque ditionis consuetudinem ita procedere teneatur, ut quilibet citra dilationem iustitiae executionem obtainere queat, id quod per superioritates et magistratus fideliter provideri et dirigi par est.

Quod si alter nostrum contra alterius provinciam vel communitatem aliquam, vel viciissim provincia, communitas vel privati subditi unius nostrum contra alterum ex nobis vel eius provinciam seu communitatem privatas actiones praetenderent, tunc causae huiusmodi coram alterius nostrum, sub quo pars rea degit, consiliariis seu commissariis, per eundem iuxta partium conditionem et causarum exigentiam non minus septem numero designandis, summarie audiri, et vel amicabiliter componi vel iure mediante determinari ac exequutioni demandari debeant. Pariter^{ab)}

si inter nosmet ipsos Reges, seu forsan Regna et provincias nostras, tum metarum et terminorum, tum commerciorum, causarum, iurum vel obligationum occasione querelae, gravamina et controversiae suborientur, tunc alter nostrum, qui vel cuius Regnum seu provincia ius vel querelam praetendit, alium per nuntios vel per literas suas amicabiliter informare ac pro tollendo, sarcendo amoventoque gravamine admonere et requirere debet.

Quod si obtineri nequeat, tunc quilibet nostrum statim, intra duorum mensium spatium a facta amicabili requisitione, tres consiliarios suos ex^{ac)} proceribus Regnorum Hungariae, Bohemiae, Moraviae, Silesiae, et vel ex aliquibus harum,^{ad)} prout quodque negotium ac aliquarum^{ac)} harum provinciarum pertineat, vel etiam ex omnibus pro exigentia et gravitate negotii ab una, Regnique Poloniae, Magni Ducatus Lithuaniae ex altera partibus, ad convenientem diem et locum, per partem laesam seu querulantem nominandum,^{af)} semota omni excusatione mittere debeat. Qui utriusque nostrum consiliarii summam in primis diligentiam adhibeant, quo huiusmodi querelae, gravamina et controversiae inter nos, Regna vel provincias nostras amicabili compositione transigantur. Ea vero non succedente,^{ag)} tunc laesa pars sive agens coram praedictis sex consiliariis actionem suam statim ipso die iudici exhibendi potestatem habeat, idque duplicatis scripturis, quarum unam consiliarii poenes^{z)} se retineant, aliam vero parti reae^{ah)} transmittant.

Quo facto pars rea responsum suum, etiam scriptis duplicatis, saepe dictis consiliariis vel ei, cui ex illis hoc demandatum fuerit, intra spatiū proximorum duorum mensium a transmissō actionis libello mittere teneatur, ut scilicet actor^{ai)} replicas, reus vero duplicas suas, ac praeterea utraque pars tertiam quoque condicionem^{z)} et submissivam scripturam, de bimestri in bimestre duplicatis, ut praefertur, scripturis, offerre queat. Eo sane modo et ordine utrique parti transmittant, sicut de actionis libello demonstratum est. Oblatis tandem successive ab utraque parte duplicatis trinis scripturis, in quibus utrinque omnia sua iura explicabunt, sex illi commissarii partibus ad promulgandam sententiam, intra proximum sequens bimestre,^{aj)} diem ad eum locum, ubi causa agi primo coepit, indicent. Quo loco et tempore partes per procuratores suos, pleno mandato suffultos, comparere illicue et ipsi commissarii convenire, ac diligenter visis scriptis et discussis actis totius causae, partes rursum ad concordiam et amicabilem compositionem invitare et cohortari, nihilque in eo operae et diligentiae intermittere debeant.

Quam si ne tunc quidem inter partes obtinere queant, statim ad ferendam sententiam procedant ac id, quod iuris ac iustitiae fuerit, cognoscant et decernant. Quod si supradicti consiliarii de ferenda sententia, sive interlocutoria sive deffinitiva fuerit, concordare non possent, tunc toties, quoties opus fuerit, arbitrum communī voce deligant, vel per quamlibet consiliariorum nostrorum partem duabus idoneis personis propositis, ex iisdem sorte constituant, cuius partes sint, huic consiliariorum opinioni, quae ei iuri et aequitati magis consona videatur, subscribere eandemque laudare et probare. Quicquid autem per ipsos consiliarios nostros, seu maiorem eorum partem separatim, vel per eosdem vel arbitrum coniunctim decretum et pronunciatum fuerit, id ratum firmumque maneat ac statim debitae demandetur executioni, remota omni plane appellatione et supplicatione, reductione,^{ak)} in integrum restitutio-
ne, aliquibusque iuris beneficiis^{al)} et remediis, etiam motu proprio concessis obtentis, non obstantibus. Debent autem consiliarii, per nos pro

tempore deputandi, necnon et arbiter ipse per nos et quantum ad quemlibet nostrum spectat, ab ubidientia²⁾ et iuramenti debito ad eam causam tantum absolvit ac pro administranda iustitia novo consuetoque iuramento obstringi. Quod si pendente lite unus vel plures ex ipsis consiliariis mortem obirent, tunc in demortuorum locum, prout ad quemlibet nostrum pertinebit, alios semper subrogabimus.

Ipsi quoque consiliarii non plures scripturas admittant aut terminos alio modo, quam supradictum est. Prorogandi aut alternandi potestatem habeant, sed forma et modo illis concessa²⁾ procedant, excepto ^{am)} casu, quo partes testes ^{an)} producere necesse haberent. Tunc ipsi consiliarii iurisdictionem suam prorogandi potestatem habeant tantisper, donec testes eius causae consciit, secundum iuris dispositionem, legittime producti et auditii fuerint, ita tamen, ne ulla minus necessaria prorogatio quaeratur vel admittatur. Sed omnes testes ad unum diem et terminum, quantum fieri possit, audiuntur et publigatis²⁾ attestationibus non nisi unica scriptura a qualibet parte recipiatur.

Proinde quo magis Regna, Principatus et dominia nostra ab omni bellorum, depraedationum, latrociniorum hostilitatisque periculo libera, secura purgataque esse queant, conventum inter nos est, quod nullus nostrum alterius seu Regnorum, provinciarum vel subditorum suorum diffidatores, hostes, homicidas, raptiores seu damnificatores, necnon profugos ^{ao)} seu rebelles subditos, quicunque in alterius nostri Regnis et ditionibus reperti, denunciati, vel per nosmet aut officiales nostros per vestigati fuerint, nequaquam amplius fovere et assecurare, multo minus vero per subditos nostros ullo hospitio, auxilio seu receptione quocunque praetextu, directe vel indirecte, publice vel occulte, recipere, iuvare, inter tenere debeat. Sed ubicunque huiusmodi grassatores, raptiores, diffidatores et damnificatores, ubilibet in praedictis Regnis et ditionibus nostris deprehensi fuerint, contra eos iussu nostro et directione atque accurata diligenter officialium utrobique parti laesae atque deferenti iustitia immediate atque irrecusabiliter permitti atque administrari, aut etiam citra partium requisitionem de iis, ut communibus hostibus, a Capitaneis et magistratibus ubicunque ex officio inquiri, insequi, poenaliter procedi debeat.

Casu autem, quo aliquis ex officiis aut subditis nostris propter receptionem, assecurationem vel defensionem antedictorum diffidatorum, aut omissionem antedictorum diffidatorum insecutionis, captivations sive animadversionis scienter contravenerit, in tales utrobique, sive delati a parte altera sive alias verisimili suspicione deprehensi forent, capitali supplicio irremisibili²⁾ debet animadverti. Quod si alterutrius nostrum unus vel plures incolae vel subditi alteri nostrum seu Regnis et dominiis nostris generaliter, vel singularibus personis, incolis et subditis privatum hostilitatem denunciaverint, hinc statim Praefectus, Capitaneus aut officialis ipsius loci sive districtus, cui diffidatio indicta est, Generales Praefectos et Capitaneos Regnorum et provinciarum alterius nostrum, sub quo tales diffidatores degunt, pro²⁾ ea de re certiores reddere ipsisque exemplar diffidatoriis literarum transmittere debeat, quo accepto praefati ^{ap)} Praefecti et Capitanei diffidatores [pro] ^{aq)} publicis hostibus indicare, promulgare et publicare omnibusque et singulis incolis, cuiuscunque ordinis et conditionis extiterint, eorum consuetudinem interdicere et ne a quoquam hospitio recipiantur aut consilio, auxilio, sive re ulla alia ^{ar)} iuventur, prohibere et cavere, bonaque diffidantium applicare fisco et Camerae Regiae.

Ac^{as)} proinde in hospites, socios, conscos et complices pari quoque severitate animadvertere teneantur, ignorantiae excusatione universis poenitus sublata. Quod si quispiam Praefectus, Capitaneus aut magistratus in huiusmodi casibus subitam iustitiam administrare cunctaretur,^{z)} aut etiam alias ex officio inquisitione, insecutione et animadversione debita non provideret, tunc tales nostrae punitioni immediate obnoxii^{at)} et rei esse debeant. Ut autem praecipius diffidationum et grassationum fomes, quo huiusmodi latrocinia inprimis aluntur, e medio tollatur^{au)} coercenturque licentia et impunitas receptandi hostes, praedones et diffidatores, serio inter nos convenit, ut omnes promotores, detentores, receptatores, complices dictorum facinorosorum^{av)} hominum, qui vel notorietate facti vel ex veraci denuntiatione spoliatorum aut ex fuga captivorum (modo tales captivi vel spoliati bonae fidei et integrae famae sint), sive aliis tam manifestis indiciis, ut ulteriore^{aw)} probatione res non egeat, convicti vel deprehensi forent, iidem, citra ulteriorem purgandi sui admissionem et concessionem, spoliatis ac tandem passis ad restitutionem et satisfacionem^{z)} probabilium damnum de bonis suis teneantur aut, si solvendo non sint, secundum qualitatem delicti corpore luant.

Quod si tales etiam praefati^{ax)} criminis consciⁱ vel complices essent, et allata damna caediumque^{ay)} evidenter causam scienter praebuerint, iidem non tam parti^{ba)} ad restitutionem damnorum, ut iam praemissum est, teneantur, quam etiam superioritatis sua cognitioni ad sumendum de iis pro modo delicti supplicium citra evasionem subiaceant. Si vero aliquis receptatorum aut complicum non omnino manifestis indiciis nec apertis captivorum confessionibus, sed alias delati et tali facinore suspecti potius, quam convicti fuerint, contra tales tam ex delatione damnificationum ex alterius superioritatis officialium,^{z)} quam ex officio per Capitaneo ad magistratus eius Regni aut ditionis, in qua fuerint, hac tamen conditione, differentia sive moderatione debet procedi, ut si forent nobiles aut personati cives, antehac in talibus non infamati neque ullis prioribus confessatis suspecti, tales in casu negationis sese proprio eorum iuramento coram supremo eius ditionis magistratu publice de huiusmodi infamacione exonerare et purgare queant.

Si vero iidem anterioribus infamiae aut confessatorum praejudiciis notati et semimanifesti forent, ita tamen, ut huiusmodi confessata non omnimode certum^{bb)} facti indicium praebere possent, tales etiam ad purgationem sui medio iuramento et tertia manu integrae famae possessiorum vicinorum admitti aut sini, ut quo casu in purgatione sui defecerint, debiti capitⁱ animadversioni subiici et inhiare debent. Quod si quis ex Regnis et provinciis nostris ausu temerario contra ius et aequitatem ac publica mutuaque Regnorum nostrorum foedera in alterius Regna vel ditiones^{bc)} incursionem et irruptionem faceret atque ibi mercatores et vectores despoliaret aut detineret, homines occideret vel abduceret, pecora abigeret, incendio saeviret aut alio quovis modo damnum et iniuriam inferret, et patrato nefario scelere rursum se domum vel cum praeda securus, vel fugiens insequentium manus in hospitia consueta et solita, diverticula reciperet, tum in eo Regno Praefecti illius territorii vel districtus^{bd)} et omnes incolae totaque vicinitas, mox ut a damnificatis et iniuriatis, seu quibusvis aliis hostem, praedonem et communium foederum violatorem insequentibus, commonefacti evocatique extiterint, debeant laesis ferre opem, adeo^{be)} in armis fortiter et graviter insequi et inquirere noxios et turbatores pacis publicae et tranquillitatis. Et si sui tuendi causa in aliqua castra aut fortalitia, vel loca abdita seu natura

munita profugerint, acrius ac diligentius insistere et ipsos et eorum hospites, socios et conscos complicesque obtrudere, oppugnare et ita omnes ad deditioinem urgere et debitum supplicium trahere et ad restitutionem recompensationemque damnorum illatorum cogere teneantur.

Si qui ^{bf)} autem negligentiores et remissiores in ferendo offensis auxilio et in prosequendo hostes et damnificatores sese exhibuerint, hi sciant se indignationem nostram et serenam animadversionem irremissibiliter incursuros esse. Si vero continget aut per subordinationem superioritatis aut alios, qui per damnificatos atque diffidatos contra praemissos damnificatores, diffidatores, malefactores, receptatores aut complices captivandos, sive etiam iam tum captivos et convictos, in alterutrius Regnum aut ditionem pro imploratione iustitiae mitti, iidem imploratores non solum ad executionem iustitiae per rationem delicti cum omnibus in tali facto necessariis admitti et provideri, verum etiam tam in loco administranda iustitiae, quam in reditu ^{bg)} ad propria, omnimode tuti atque assecurati esse debeant. Casu etiam, quo in alterutrius ^{bh)} nostrum Regnum aut ditionem aliquod ^{z)} ex nobilibus aut aliis zelo honestatis et studio suppressoribus ^{bi)} publicorum malefactorum, aut iussu magistratum aut metu proprio huiusmodi praedones et grassatores insequeretur, idque sibi a quoquam ut in honestum exprobraretur, talis exprobratio nulli cuiuscunq; status ullum honoris sui discrimin, imminutionem et praeiudicium aliquod generare queat. Sed exprobrator ad revocationem probri una cum aliquali carceris punitione et restitutione impensarum cogi atque laesum rogare debet, ut sibi talem iniustam imputationem propter Deum remittere velit.

Cum denique nostrae,^{z)} Regnorum et provinciarum nostrarum maximopere intersit, ut in Regnis et dominiis nostris bonam eandemque iustum habeamus monetam, quamobrem pro bono communi utriusque curabimus et efficiemus, ne illegitima, prava vel reproba moneta in Regnis, provinciis nostris cudatur recipiaturque. Quod si hac ex parte quaestio inter nos incidenter, agemus, quantum opus fuerit, cum ordinibus Regnorum provinciarumque nostrarum, aut de eorum assensu commissarios nostros utrinque deputabimus,^{bj)} qui habita ratione communium ^{bk)} Regnum, provinciarum nostrarum eas tendant ineantque ^{bl)} rationes, quibus vel eadem bonitate ^{bm)} et valore utrobique moneta cudatur, vel diversarum monetarum, prout quae ^{bn)} vel melior vel deterior reperta fuerit, iustum semper praecium existimatioque constituatur. Id quidem de sali utriusque nostrum in alterius Regna et provincias educendo pariter cautum esse volumus.

Quod si tamen haec res vel altera, vel utroque casu, inter communes nostros commissarios transigi nequeat, tunc salvum liberumque semper utrius nostrum esse debere et de monetae et de sali suo statuendi id, quod cuiusvis ac Regnorum et provinciarum suarum necessitas utilitasque exegerit.

Quae omnia et singula, matura procerum et consiliariorum nostrorum deliberatione praevia, nos Imperator Rudolphus Secundus et nos Sigismundus III, acceptamus, approbamus et regia nostra autoritate ratificamus per praesentes, permittentes in verbo nostro regio et bona fide, sub honore iuramenti mediante ^{bo)} paeinserata pactorum et foederum capitula in omnibus eorum punctis, clausulis, conditionibus ^{bp)} et articulis firma, rata et grata semper habituros ac sanctissime stabiliterque observaturos, necnon ^{br)} per officiales et subditos nostros ac omnes, quorum interest, pari firmitate ^{bs)} observari et manuteneri curaturos, dolo et frau-

de semotis. Reservantes postremo ab hac ^{b1)} confoederatione pro nobis, Imperatore Rudolpho, Sanctissimum Dominum Nostrum Papam Sanctamque Sedem Apostolicam, necnon Sacrum Romanum Imperium, cui pro ea fide, qua illi iureiurando obstricti sumus, si quis illud iniuria afficeret vellat, deesse non possumus. Praeterea Serenissimum ac Potentissimum Principem et Dominum, Dominum Philippum Regem Hispaniarum Catholicum etc., Magnum Moscorum Principem, ita tamen, ne propter hanc exceptionem vel contra Serenissimum Regem Regnumque ^{b2)} Poloniae, Magnum Ducatum Lithuaniae etc., vel contra Serenissimum Sueciae Regem Nostra Maiestas aut caeteri Archiduces ullum auxilium Moscis dare ac hoc foedus ac pacta turbare debeamus aut possimus.

Ad extremum etiam Turcarum Principem per praesentes et futuras quoque, si quae intercesserint, inducias, ita ut isthoc foedus Nostram Maiestatem contra illum ligare non possit neque debeat.

Sic vicissim nos, Rex Sigismundus III, praefatum Sanctissimum Dominum Nostrum Papam Sanctamque Sedem Apostolicam, necnon Serenissimum parentem nostrum, Regem Sueciae, et Illustrissimum Transylvaniae Principem; ad extremum etiam Turcarum Principem, pro nobis pariter recipiendos reservandosque duximus.

Cum vero eadem pacta ante etiam per recolendae memoriae Carolum Quintum Imperatorem, Hispaniarum Regem etc. ratione ^{b3)} quorundam haereditariorum Regnorum suorum confirmata fuerint, promittimus ibidem spondemusque nos, Imperator Rudolphus, nos effecturos, ut per Serenissimum et Potentissimum Principem et Dominum, Dominum Philippum Regem Hispaniarum Catholicum etc., tanquam in iisdem haereditariis Regnis et dominiis successorem, quoad ad eadem Regna et dominia sua similiter renoventur confirmanturque, confirmationemque eam intra octo mensium spatium a praesenti die numerando ^{b4)} ad Serenissimum Poloniae Regem nos transmissuros.

Nos vero, Sygismundus ²⁾ Rex, iam ex hoc ipso tempore atque hisce literis itidem pro parte nostra ac pro Regno et caeteris dominiis nostris eadem pacta et foedera cum eodem Serenissimo et Potentissimo Rege Catholicō, Regnis, provinciis ac dominiis eius haereditariis continuamus, confirmamus, instauramus, renovamus, declaramus, corroboramus, amplificamus et praesentibus literis nostris nos obligamus, et verbo nostro imperiali et regio bonaqua fide promittimus ea nos et omnia ac singula in eis contenta et expressa in nullo ²⁾ inviolabiliter observare et adimplere et illis contravenire velle, ²⁾ dolo et fraude semotis. In quorum omnium robur et evidens testimonium nos, praefati Reges, binas eiusdem tenoris literas ^{b5)} manuum nostrarum subscriptione sigillorumque appensione munitas, ac cuilibet nostrum alteras consignatas, expediri fecimus. Quae data sunt etc.

Quam quidem suprascriptam formulam hisce omnino, quibus scripta est, verbis in omnibus suis capitibus, conditionibus, clausulis, articulis, iuxta transactionem inter Principes nostros utrinque institutam, ab iisdem Principibus nostris approbatum, renovatum, confirmatum iri recipimus, promittimus spondemusque. Maioris autem firmitudinis et fidei causa in primis, ut Sanctissimi etiam Domini Nostri ^{b6)} de latere Legatus, Illustrissimus et Reverendissimus in Christo Pater et Dominus, Dominus Cardinalis Aldobrandinus, ut cuius prudentia, studio atque opera maxime haec res confecta fuit, eandem renovationem hanc subscriberet sigilloque suo muniret, communiter ab Illustrissima Dominatione Sua impetravimus, tum vero duo eiusdem exempla confienda curavimus singulaque

exempla, ab omnibus nobis communiter subscripta sigillisque omnium nostrum munita, singulae partes accepimus. Datum Bithomii et Bendzini die nona mensis Martii, anno Domini millesimo quingentesimo octagesimo nono.

Subscripterunt manibus propriis:

Hyppolitus, tituli Sancti Pancratii Praesbiter Cardinalis Aldobrandinus, Sanctae Romanae Ecclesiae Maior Poenitentiarius et Sanctissimi Domini Nostri et Sanctae Sedis Apostolicae Legatus de latere. Guilhelmus Ursinus de Rosimberg. Petrus Episcopus Iauriensis. Christophorus Baro a Lobkowice. Richardus Strein Baro in Schwarzenau. Stanislaus Episcopus Olomucensis. Leipidus a Prominitz, Baro in Pless. Nicolaus Istwanffii. Ioannes Kobenzel de Proseck Baro. Hieronimus^{ca)} Comes a Rozdrazow, Episcopus Wladislaviensis et Pomeraniae. Ianussius^{cb)} Dux in Ostrog, Palatinus Wolhiniae. Stanislaus Gostonisky de Lyezenize, Palatinus Ravensis, Capitaneus Radoniae.^{cz)} Christophorus Zienoviecz,^{cz)} Palatinus Brzezianensis Magni Ducatus Lithuaniae. Andreas Opaliensky, Supremus Regni Poloniae Marschalcus. Ioannes Zamoziky,^{cz)} Regni Poloniae Cancellarius ac Generalis Capitaneus.

Sigilla singulorum appensa.

- a) in ms. correctum ex: quod
- b) in ms. indistincte scriptum: subsceptum vel subveptum
- c) inter pro alio verbo expuncto est suprascriptum.
- d) in ms. quodam
- e) in ms. nostrum
- f) in ms. foelis
- g) in ms. forte
- h) in ms. quodque
- i) in ms. non
- j) correctum ex: eis
- k) sequuntur aliquot litterae expunctae: omn
- l) verbum: cautum suprascriptum est pro expuncto: contentum
- m) in ms. conferati
- n) in ms. fendere
- o) in ms. bona
- p) in ms. praescindanter
- q) in ms. utrinque
- r) in ms. maiori
- s) in ms. Regni
- t) in ms. sua
- u) in ms. alter
- v) sequitur expunctum: dignitat
- w) in ms. contractio errata: glria pro qtra
- x) pars suprascriptum pro verbo expuncto.
- y) sequitur verbum expunctum.
- z) sic in ms.
- aa) in ms. forentii
- ab) in ms. indistincte scriptum et correctum: pari, pario?
- ac) in ms. et
- ad) sequitur expunctum: vel
- ae) sequitur expunctum: parum
- af) sequuntur duo verba expuncta: seu vota
- ag) in ms. subcedente
- ah) correctum ex: partim reo
- ai) in ms. actos
- aj) in ms. bibestre
- ak-al) in margine.
- am) in ms exceptu
- an) sequuntur literae expunctae: hab
- ao) in ms. profucos
- ap) in ms. praefacti
- aq) hoc verbum in ms. non occurrit.
- ar) alia suprascriptum pro verbo expuncto: abia vel alia
- as) in ms. Hac
- at) in ms. obnixil
- au) in ms. tollantur
- av) in ms. facinosorum
- aw) in ms. alteriore
- ax) in ms. pietati
- ay) correctio incerta; in ms. caedemque
- ba) suprascriptum pro expuncto, item: parti vel pasti
- bb) suprascriptum pro expuncto verbo simili.
- bc) in ms. ditione
- bd) in ms. distictus
- be) lectio incerta, in ms. ad eu (cum signo abbr.)
- bf) in ms. quis
- bg) in ms. redditu

bh) <i>suprascriptum pro expuncto</i> : alterius	bs) <i>in ms. firmiter</i>
bi) <i>in ms. supprimendorum</i>	bt) <i>in ms. ha</i>
bj) <i>in ms. deputavimus</i>	bu) <i>in ms. Regumque</i>
bk) <i>in ms. comminium</i>	bv) <i>in ms. ractione</i>
bl) <i>in ms. in eamque</i>	bw) <i>in ms. numerandos</i>
bm) <i>in ms. bonitates</i>	bx) <i>in ms. eiusdem literas tenoris</i>
bn) <i>in ms. quis</i>	by) <i>in ms. Serenissimum etiam Dominum Nos-trum</i>
bo) <i>correctio incerta, in ms. mediantur</i>	ca) <i>in ms. Hierinimus</i>
bq) <i>in ms. conditionis</i>	cb) <i>in ms. Iannisius</i>
br) <i>in ms. nec noc</i>	

N. 142.

s.l. [1589].

*Ignotus
ad rei memoriam
conditiones pacis Bendzinensis.*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 406.

Conditiones pacis in transactione contentae.^{a)}

L'Arciduca Massimiliano deve restituire il castello di Lubovla alli 21 di Luglio prossimo cum suis pertinentiis et omnibus instrumentis.

Ha renuntiato^{b)} Sua Altezza il Regno, iure et titulo abstinebit, né mai più l'userà. Il che la Maestà del'Imperatore cum statibus Regni Ungharie et Bohemie ha a confermare con giuramento.

Pacta et federa, secondo l'accordo che già fece la bon'anima del Cardinale Osio infra Ferdinando Imperatore et Sigismondo Augusto, sono rinnovate et amplificate.

Li danni che sono seguiti infra l'una et l'altra parte, prima della guerra et in tempo poi di tregua, sono rimessi all^{z)} giuditio di un altro raguno di Commissari comuni, quali^{z)} ex pactis et federibus deve seguire. Et li altri danni seguiti sub ipso tumultu, tanto nel fatto di Bicina dal Signor Cancelliere, come in Polonia dall'Arciduca, questi sono stati passati fusum, danno per danno.

Il tempo del'adempimento di queste conditione.^{z)}

Die 20 Aprile dil^{z)} Serenissimo Re deve arrivare^{c)} da Sua Maestà Cesarea un suo Ambasciatore, pregando Sua Maestà che per beneficio della Cristiana Republica vogli dimenticare le cose passate, seguite in questo fatto.

Die 15 Maii devon arrivare Ambasciatori di Sua Maestà Cesarea dal Re per ricevere il giuramento da Sua Maestà et dal Senato, che acciò sarà appresso Sua Maestà deputato nella Dieta di Varsavia presente.^{d)} Et il giuramento deve essere, che pacta et federa perpetuo observabit.

Die 17 Iunii devono essere Ambasciatori del Re a ricevere il giuramento a nome di Sua Maestà dal'Imperatore et a statibus Regnorum Ungarie et Bohemie. Qual giuramento deve essere, che pacta et federa perpetuo observabunt cum Regno Polonie, et che anche l'Arciduca satis faciet conditionibus in transactione contentis.

Die 16 Iulii l'Arciduca si deva^{z)} partire del castello di Rodlo, dove è prigione.

Die 21 Iulii devino restituire il castello di Lubovla cum omnibus instrumentis.

Die 28 Iulii l'Arciduca Massimiliano deve essere accompagnato fuori de confini di Polonia, ponendolo o in Bicina o in Bitomia, pro libitu suo, dove deve giurare cum suis proceribus, illi assistentibus, che Regnum, ius, titulum perpetuo lasserà, et si, quod Deus avertat, Regnum iterum vacare contigerit, non ha a impedire la eletione libera, neque vi ac^e armis, vel muneribus, ma lassare ciò in libertate Regnum, acciò che si eleggino Re secundum predestinationem divinam^{f)} et libertatem eorum.

Deve la Maestà del Re visitare l'Arciduca, overo vedersi con lui prima che esca del Regno, in quel luogo che più a ciò sarà giudicato approposito, et là omnem benevolentiam declarare.

Che l'Imperatore et tutta la Casa d'Austria non faccino o dieno impedimento alcuno né al Re di Sfetia,^{z)} né al Principe di Transilvania, et che infra loro sia l'amicitia solita.

Se per qualche cagione il Re moverà mai guerra al Moscovito, l'Imperatore et tota Domus Austriae^{g)} non gl'hanno da dare aiuto nessuno neque vi, neque armis.

a) *in ms. contenti*

e) *in ms. ad*

b) *in ms. renuntiato*

f) *in ms. divina*

c) *verbum: arrivare loco expuncti: mandare suprascriptum.*

g) *in ms. Austiae*

d) *sequitur expunctum verbum: che*

z) *sic in ms.*

N. 143.

s.l. [post 8.IX.1589].

Ignotus testis

ad rei memoriam

refert rationes a Maximiliano allatas, ob quas promissum iuramentum denegat, protestationemque commissariorum Polonorum: palatini Cracoviensis [Nicolai Firley], palatini Lublinensis [Nicolai Zebrzydowski], [Marci] Sobieski, episcopi Chelmensis [Laurentii Goślicki].

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 407-413.

Cum ad fines Silesiae ac Poloniae ventum esset die 8 Septembris, coeperunt contendere Silesitae, ne nostri milites, quorum sexaginta equites et totidem pedites habebat Magnificus Dominus Palatinus Lublinensis, explicatis vexillis fines Silesiae ingrederentur, sed ea, tanquam in aliena terra, uti complicarent. Visum hoc contumeliosum nostris, praesertim quod tempestivius ea de re admoniti non fuissent. Tum autem id facere, cum ostentatis circiter sexingentis equitibus Germanis Archidux trecentos sibi tantum occursuros affirmaverat Domino Sobiescio, id metu quodam a nobis expressum esse videri potuisset, minus honestum visum est, sed potius deliberatum, ut milites illi revocarentur et in solo Pollonico remanerent suis cum vexillis.

Nos ipsi inermes ac curribus, uti tempore pacis fieri solet, vecti, in universum circiter quadringenti homines, ulterius progressi sumus, permeato fluminis Premza vado, qui Poloniā a Silesia eo loci dirimit. In ipso ripae margine Episcopus Vratislaviensis cum suis quibusdam Archiducem salutavit. Medio ab inde ferme stadio commissarii Serenissimi Regis Archiducem quoque accesserunt eique paucis verbis per Illustrēm Cracoviae Palatinum adventum in has terras, tam Regis sui quam suo nomine, gratulati faustaque omnia precati, ex^{a)} transactionis praescripto petierunt, uti et confirmationem transactionis sub manu sigilloque suo sibi traderet et iusurandum in eadem praescriptum praestaret, quandoquidem iam eo loco esset, ubi nullum recognosceret superiorem, neque id importunitati commissariorum daretur, quod ibi hoc ab eo requirent, cum verba transactionis id designare viderentur.

Respondit ille se pro praestito officio illis magnas habere gratias omnique favore et benevolentia id illis repensurum. Quod ad alias res attineret, ita convenisse, ut Bitomii expedirentur. Hic nullas esse commoditates ad ea perficienda, sed cum Bitomium perventum fuerit, de istis colloquemur. Excepit Palatinus Cracoviae (priorē illam contentiōnē et hanc armatorum manū denotans) vigente bello armis certandum esse, pace constituta officiis et humanitate. Se itaque, quando Serenitas Sua polliceretur Bitomii se omnibus istis esse satisfacturam,^{b)} libenter etiam hac in re et commoditatē et dignitati eius accommodaturos illucque eum, uti deberent, deducturos.

Venitur tandem Bitomium. Deducitur Archidux in coenaculum sibi praeparatum monetque humaniter Dominos Commissarios, ut in hospitiis paululum quiescant seque recreant, dum ille primo quoque tempore, praeparatis omnibus, illos per suos nuncios advocet. Discedunt simul, in eodem hospitio duas amplius horas, securi omnium rerum ex praescripto perficiendarum, expectant scripturasque ab eo subscribendas, quarum exempla ipsius iussu iam ante Hannevaldus, eius consiliarius, a se concorditer subscrīperat, explicant et praeparant. Vocantur postmodum per aliquot nobiles Episcopi Vratislaviensis ad Archiducem. Eo cum ventum esset, praefatur ipse aliquot verbis commisisse se Hannevaldo, ut quae-dam suo nomine ad nos ex scripto loqueretur; rogare itaque, ut ea patiētner audiamus. Exorditur^{c)} Hannevaldus in hanc sententiam:

Reverendissime, Illustres et Magnifici Domini. Serenissimus Princeps Dominus, Dominus meus clementissimus, maximas in primis agit gratias Reverendae, Illustribus, Magnificis Dominationibus Vestris pro eo studio et humanitate, quam Suae Serenitati in hac tam honorifica reductione ipsius, vobis a Serenissimo Sigismundo Rege demandata, exhibuitis. Cupit summopere Sua Serenitas dari sibi occasionem, qua studium et animum hunc, quem experta est, Reverendissimae, Illustrum et Magnificarum Dominationum Vestrarum promptum et propensum erga se gratum sibi fuisse testari possit. Et ideo, si qua unquam in re studium et operam Suae Serenitatis necessariam vobis fore putaveritis, eis^{d)} uti velitis amice rogat. Deinde vero quod attinet ad ea, quae ex vi et praescripto transactionis Bendzini et Bitomii factae Suae Serenitati exequenda et implenda relicta sunt, habent ea nonnulla, quae animum Suae Serenitatis non leviter angunt atque sollicitant maturamque et diligentem requirunt deliberationem. Quae qualia sint ac quae mens et voluntas de iis statuendi Suae Serenitati sit, ipsius mandato explicare aggredior, atque ut attente audiar, oro.

Vel ipsis Dominationibus Vestris satis compertum esse Sua Serenitas scit et ex transactione liquido constat, ei neque Serenitatem Suam praesentem, neque eius nomine quenquam mandatis ad eam rem Suae Serenitatis instructum constituenda affuisse, neque constitutae unquam consensisse, neque consentire potuisse. Cum nimirum tunc proprius accedere ad locum commissionis, uti petierat et Summi Pontificis Legatus id aequum existimabat, permissum non est, sed potius sub ipsum commissionis tempus Suam Serenitatem Crasnostavia in remotiora Russiae loca Rodloviam amota fuerit,⁷⁾ atque ibi arctiori custodia habita, Caesareos commissarios tantum ac regios ea secum constituisse, quae Sua Serenitas neque scierit nec eis consenserit, quod quam aequum sit, facile omnes iudicabunt.

Deinde vero cum, uti etiam ex ipsa Bitcinensi ditione manifestum est, Sua Serenitas in nullius praeterquam Serenissimi Sigismundi Regis potestatem transierit et omnibus iam in transactione pro liberatione Suae Serenitatis conventis et pactis Caesareae Maiestati satisfactum esset, Lubovla etiam restituta, nihil denique reliqui esset, quam ut Sua Serenitas ex pactis transactionis absque ulla mora et longiori detentione in fines Caesareae Maiestatis reduceretur, Dominus Cancellarius Regni Crasnostaviam Suam Serenitatem progressam primum consistere iussit, ac inieictis dubiis quibusdam, quorum in transactione ne minima quidem mentio extiterat, de titulo nimirum Livoniae et sigillo Bohemico, iter Suae Serenitatis, ne consulta quidem ante Regia Maiestate, propria voluntate remoratus est. Visliciam deinde, locum natura munitissimum, divertere iussit atque inde nisi ea, quae ipse voluisset, Sua Serenitas praestitisset, eam minime abituram ostendit. Cum tamen, uti supra ostensum est, nunquam ipsius fuerit potestatis, et Caesareae Maiestatis internuncius literis comprehensam Regiae Maiestatis voluntatem attulisset, ne scilicet Sua Serenitas contra transactionis conventa diutius detinatur, ideoque non debuisse tam indigne detineri. Accedit, quod scriptum illud Vislicense, quo Sua Serenitas cavit illa de titulo et sigillo, quae minime firma videbantur, emendatum iri, cum et minime possibilia quedam contineat et vi praeterea ac necessitate Suae Serenitati sit extortum, non videt Sua Serenitas, quare eo scripto suam teneri fidem putari debat, cum neque iure factum, quod necessitate expressum est, censeri possit, et vis ea non tantum ex transactione, sed maxima etiam cum indignitate Suae Serenitatis sit illata.

Quapropter Sua Serenitas his et aliis de causis mature et diligenter, quid sibi sit faciendum, deliberandum putat. Neque vero id ita accipi vult, quasi iusiurandum id, de quo hoc tempore a Dominationibus Vestris appellabatur, praestari recuset. Verum cum haec iam dicta talia sint, ut dignitatem et existimationem Suae Serenitatis facile offensura videantur, aequum esse putat Sua Serenitas iuramentum hoc integrum eo differre, quounque cum Rege Hispaniarum Catholico caeterisque Serenissimis Archiducibus, patruis ac fratribus, his de rebus liberationem instituerit. Qua quicquid constitutum fuerit, absque mora Dominationes Vestras reddet certiores ac omnia ex eorum consilio exequetur. Quam haud longam moram Dominationibus Vestris molestam non futuram arbitratur. Haec mens et sententia est Suae Serenitatis, quam me Reverendissimae, Illustribus, Magnificis Dominationibus Vestris suo nomine explicare iussit.

Ad eam, cum paululum Domini Commissarii essent collocuti, per Reverendissimum Episcopum Chelmensem responderunt: Praeter omnem

spem et expectationem nostram accidit, Serenissime Princeps, ea, quae ex Secretario Serenitatis Vestrae ipsius mandato intelleximus, potuisse in aliam mentem et animum Serenitatem Vestram perducere, quam nos optaremus, et ipsa ex iis, quae constituta sunt, debebat. Qui profecto nec alio mandato instructi, nec aliud agere iussi huc venimus, quam ut ea, quae transacta, firmata ac stabilita sunt, nulloque modo in dubium iterum revocari queunt, a Serenitate Vestra repeteremus atque eidem ea perficieni quodammodo testes adessemus. Eapropter etsi non desunt multa, quae contra allatas rationes dici possent multo firmiora, tamen cum non ad certamen aliquod verborum huc missi simus, supersedebo, quod minime difficile est, ab illis diluendis, confutandis, convellendis. Vestram Serenitatem tantum, quod unicum huius loci et temporis proprium est, hortamur, alia velit sequi consilia, paci et mutuae tranquillitati ac nomini suo non adversa, nolit linguas et mentes tam multorum populorum sacramento astrictas iniuratas efficere velle, facta infecta reddere. Ea potius perficere non recuset, quae pacem his vicinis ac confederatis provinciis, nomini Serenitatis Vestrae sancte cultae fidei gloriam allatura sunt. Hoc iterum atque iterum petimus a Serenitate Vestra.

His dictis, Archidux ipse haec vel his similia, non sine affectu quodam, prolocutus est; Audierunt iam Dominationes iam Dominationes Vestrae meam sententiam et eius causas. Profecto aliud facturus non sum, nam, ut ostensum est, nec transactioni ipse interfui, aut meorum quisquam, nec de iis, quae transigebantur, mea sententia aut assensus postulatus est. Commissarii Caesareae Maiestatis, cum aliter conveniri ac de mea liberatione statui non posset, ea concesserunt, quae si tantum de libertate mea aliquid actum esset, non magnopere curabant, quam gravia et aequa essent. Deinde cum post expletas a Caesarea Maiestate conditiones transactionis fieri aliter non posset, quam ut ego quoque dimitterer aut reducerer, Sendomiriam progresso Cancellarius dubia quaedam iniecit, quae quoad emenda non fuerint, aut nisi ego cavero emendatum iri scripto, quale ab ipso excogitatum fuit, dimitti me non posse ostendit. Cumque rationes meae apud ipsum nihil quicquam valere potuissent, quibus ostendebam Caesaream Maiestatem priori iuramento Sacro Romano Imperio obstrictam, atque illud ab hac transactione exceptisse et ideo absque Imperii Comitiis de titulo Livoniae tribuendo facere non posse, cum haec et alia nequicquam a me dicerentur, assensus tandem sum, qui aliter facere non poteram, de his duabus rebus, sigillo et titulo, caveri. Sed iterum nova alia mihi obtrusit de transactione, cum ad fines pervenero, implenda.

Posthac Visliciam conductus sum, locum natura munitum, ac in quo, uti optime norunt qui aliquando ibi fuerunt, quinque aut decem homines plus possent, quam alio loco centum, efficere. Ibi tandem ipsa etiam scripto compraeahensa oblata est mihi cautio, qualis Cancellario visa est, ac nisi eam reciperem et obsignarem, plane ostensum me ulterius progredi non posse. Quod et idem frater Dominationum Vestrarum mihi denunciavit me, nisi data hac cautione, progredi non posse. Atque cum allegarem Regiae Maiestatis voluntati, quam Caesaris internuncius attulisset, diversum agi, misi prius ad eum Petrum Koinscki, postea Trautson. Ibi Cancellarius respondit, quasi non Regis, sed ipsius captivus essem: Regem puerum esse, iuvenes Senatores habere, non intelligere haec nec assequi, nec quicquam de me nisi ordinum consilio statui posse. Puto

certe divinitus factum hos esse, ut scriptum id a me tunc extorqueretur, quo iustiorem et maiorem causam haberem id consilii capiendi.

Postremo non iam primum transactioni contravenitur. Contraventum per vos est illis constitutionibus, quae non sine nominis mei ignominia editae sunt adversus meos, ut vocant, adhaerentes, quos inquis legibus oppressistis. Ita ut si quis tantae reperiretur nequitiae, ut peierare ac eos convincire iuramento vellet, omnibus suis bonis excidant necesse est. Quos ego deserere non possum. Quapropter maxime necessarium videtur mihi, iam mei iuris pacto, de his cum Rege Catholico, Archiduce Ferdinandio, affine meo, et aliis fratribus consilia mea conferre. Haud longa mora erit. Quicquid tandem videbitur, brevi significare potero. Si nunc iurarem, coactus iurarem, quod parum valeret. Melius est, ut deliberate faciam, ut durare possit. Aliter facturus non sum, nec plura de hac re dicturus, qui certe concionator non sum.

Cum Archidux finem dicendi fecisset, Dominus Palatinus Cracoviae nomine commissariorum ita loquutus est: Ab iisdem verbis dicendi initium mihi faciendum est, Serenissime Princeps, a quibus Reverendissimus Dominus Episcopus exorsus est. Missos nos hic esse non disputandi aut contendendi causa, sed ut rebus iam constitutis transactisque atque adeo a Serenissimis patruis fratribusque Serenitatis Vestrae confirmatis, a Serenissimo Imperatore iureiurando sancitis, a tot etiam Regnis et provinciis solenni sacramento ratificatis, a Serenitate quoque Vestra tandem extrema manus ex praescripto eiusdem transactionis imponeretur, nosque eius rei tanquam testes ex parte Serenissimi Regis nostri essemus. Verum ne eas causas, quae ex parte Serenitatis Vestrae in excusationem decretati iuramenti afferuntur, pro iustis ac legitimis agnoscere videamur, aliquot verbis ad eas respondebo.

Quod enim a Serenitate Vestra dicitur ignaram eam fuisse istius transactionis constitutae, ego certe an ad eam adhiberi debuerit Serenitas Vestra, nescio. Hoc, nisi male informatus fuerim, affirmare possum liberum semper fuisse Serenitati Vestrae litteras ad suos mittere easque accipere, saepiusque nuncios hinc inde missos atque aliquos viros illustres ad Serenitatem Vestram a Caesarea Maiestate ab eaque rursus ad suos commeasse, et semotis arbitris auditos dimissoisque fuisse, ut parum verisimile alicui videri possit ea, quae in primis Serenitatem Vestram spectabant, ipsi ignota fuisse. Quod ad eos attinet, qui partes Serenitatis Vestrae sequuti fuerant, de iis nihil in transactione constitutum fuit, sed ne verbis quidem a commissariis, ut ipsi asserunt, quicquam definite promissum est. Nihilominus tamen post transactionem factam nihil prorsus cum iis durius est actum. Nam si a privatis quibusdam de iniuriis sibi illatis damnisque datis in ius vocantur aliqui, hoc certe nullo iure, nulla ratione a Serenissimo Rege prohiberi potest, cum eo nomine vel quisquam nostrum, qui Serenissimi Regis partes secuti sumus, a quolibet appellari possit, si cui damnum dederat. Verum etiam Caesarea Maiestas ea ipsa de re cum Serenissimo Rege egit huncque iustissimo responso acquievit.

Cautionem a se invita extortam queritur Serenitas Vestra. Perpendet hoc postea apud se ipsam, et universus mundus iudicabit, an Princeps eo loco natus, quo Serenitatem Vestram ortam esse scimus, id, quod vel non sua sponte (quod tamen hic non agnoscitur), sed commodi alicuius sui causa promiserit scriptoque suo caverit, praestare teneatur. Sed iam hic non hoc agimus, non cautionis articulos apud Serenitatem Vestram ur-

gemus, sed ut transactioni tot scriptis, tot sigillis, tot iuramentis firmatae Serenitas Vestra satisfaciat, contendimus. Rogamus itaque quam maxime possumus Serenitatem Vestram, ut in iis rebus explendis perficiendisque rationem habeat honoris et existimationis suae, iurisiurandi Serenissimi Imperatoris, confirmationis Principum Austriacorum, conscientiae tot nobilissimorum populorum, qui in eam transactionem iurarunt, ipsius denique pacis tranquillitatisque publicae, quae, si in hac parte Serenitate Vestra transactioni satisfactum non fuerit, non optime constare poterit.

Dominum Cancellarium, virum illustrissimum et, si quem unquam alium, de Republica nostra optime meritum, ita et ipsum se gerere et a nobis haberi satis scimus et unum ex nobis Senatoribus, autoritatem regiam nec ipse sibi sumit, nec nos illi tribuimus, nec illius certe, sed Serenissimi Regis nostri nomine haec agimus et a Serenitate Vestra requirimus. Sed et vos, Domini Silesiae et Moravi, et si qui ex aliis, quae iurarunt, provinciis hic adsunt, appello. Vestra fides, vestra conscientia hic agitur. Pax et amicitia nuper sancita, quam nobis tantopere utrinque gratulati sumus, labefactatur. Iurastis certe omnes in transactionem, et si non ore omnes, at certe mentibus per illorum ora, quos ad id delegistis. Et certe universam et integrum transactionem iurastis. Cuius haec non postrema pars est Serenissimum Principem iuraturum. Quid itaque tacetis? Quid haec surdis auditis auribus? Cur pro conscientiis vestris publicaeque pacis commodo non instatis Serenitati Suae, ut et vestris obligationibus et suae existimationi consultum velit? Sed pene praeterieram de fratre meo, quem Serenitas Vestra sibi denunciasse dicit ipsam Vislicia non esse discessuram, nisi eam cautionem subscriperit. Existimo certe illum non aliud cum Serenitate Vestra egisse, quam quod a me accepit, si videlicet cautionem illam ita, uti cum Magnifico Domino Cancellario Serenitas Vestra constituerat (neque enim postea vel ullum verbum in ea immutavi), subscribere vellet, nos nihil mirari, quin quo vellet die itineri se daret. Sin hoc Serenitati Vestrae non videretur, aliquantum subsisteret Serenitas Vestra, donec id ad nos, qui Cracoviae eramus, referret frater. Nos vero ex Maiestatis Regiae informatione, quam quotidie expectabamus, processuros esse. Quod ita factum esse, Dominum Sobiescum, qui hic praesens est et per quem ea acta sunt, testem appello.

Hic Episcopus Vratislaviensis quaedam prolocutus est huiusmodi: Non debent Dominationes Vestrae hac re tantopere offendi, neque enim Serenissimus Princeps praeceps iuramentum negat, sed in aliud tempus, cum recte deliberaverit, reiicit. Hoc tamen pacem publicam infringere non debet. Nos enim iuravimus pacem et parati sumus eam tenere, nisi fuerimus lacerissiti.

Respondit Palatinus Cracoviae: In transactione non aliud quam hoc praeceps tempus iuramento praefixum esse, quo non observato transactioni contraveniri. Dominos Silesios non tantum pacem, sed integrum transactionem iurasse, in qua et hoc contineatur, quod nos contendimus. Ea itaque in parte labefactatam, non valde firmam in reliquis manere.

Commutatis postea aliquot verbis, cum dixisset Archidux se nihil amplius facturum, Reverendissimus Episcopus Chelmensis dixit: Quandoquidem Serenitas Vestra sententia hac parum iustis de causis concepta decidere non vult, qua omne, quod scripto sancitum, a Serenissima Domo Austriaca confirmatum, a Caesarea Maiestate et statibus sancte iureiurando receptum est, irritum, inane ac nullius roboris efficitur, eaque omnia, quae contra Serenitatem Vestram a nobis allata merito proficere

decebant, ne quicquam^{z)} a nobis dicantur ac surda aure praetereantur, protestamur coram Deo Omnipotente, cordium cognitore, iudice recte vel secus factorum, protestamur coram vobis, qui adestis, denique coram te, Notarie publice, ut sis testis nihil eorum, de quibus Sua Serenitas recte et ex pacto a nobis appellata fuit, praestitum aut exequutum, sed omnia Suam Serenitatem distulisse, denegasse, irrita, non scripta, non transacta fecisse, prout latius haec omnia te praesente acta et allegata, scripto etiam compraehensa tibi tradentur. Quorum omnium testem omni loco et tempore, quod tui est officii, esse te volumus.

His dictis subiecerunt adhuc Domini Commissarii: Ac ut eo certior ratio omnium hic actorum nobis constare possit, petimus exemplum eorum, quae Serenitatis Vestrae mandato lecta sint, dari nobis.

Ad ea Archidux de protestatione ne verbum quidem. De scripto, quod petebatur, ita respondit: Haec et alia multo plura, cum paululum respiraverat, Dominationibus Vestris mittentur, et aliis redditurus sum manifesta.

Tum Domini Commissarii paucis ipsi a Deo precati eam mentem eaque consilia, quae et ad divinam gloriam propagandam et pacem inter haec convicina Regna initam stabiendam, non vero aliqua ex parte labefactandam vergere possint, Archiduci valedixerunt, iamque non ipsi porrectis manibus abierant; quos ille assequutus ac paucis moratus verbis, statim ne discedere vellent rogitans, sed illa nocte Bitomii manere, data dextera dimisit. Ita tum discessum, moxque sumpto raptim cibo, dum alia itineri necessaria praeparantur, Bendzinum redditum est.

- a) in ms. et
- b) in ms. satisfactum
- c) in ms. exoritur

- d) in ms. eas
- z) sic in ms.

N. 144.

Varsaviae, 10.IV.1589.

*Sigismundus III rex Poloniae
universis
de acceptatione conditionum pacis cum imperatore [Rudolpho II]
Bendzini et Bithomiae conclusae.
(Exempl.)
A.M.F. F. 4293, f. 416-417.*

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque, necnon Regni Sueciae proximus haeres et futurus Rex. Significamus praesentibus hisce quorum interest universis et singulis.

Cum inter alias conditions transactionis inter Sacram Caesaream Maiestatem universamque Serenissimam Domum Austriacam Regnaque ac ditiones Sacrae Caesareae Maiestatis ab una, nosque et Regnum

nostrum Poloniae, Magnum Ducatum Lithuaniae caeterasque ditiones nostras ab altera partibus Bithomiae et Bendzini institutae, haec quoque diserte expressa et recepta esset, ut cum Caesarea Maiestas intra diem decimum quintum mensis Maii anni vertentis Legatum suum ad nos misisset, in primis nos, deinde vero secundum nos ordines etiam Regni nostri Poloniae, Magni Ducatus Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque, seu omnium ordinum nomine proceres ad hoc in consiliis nominati et sufficiente in eam rem mandato instructi, ea formula, quae in commemorata transactione praescripta illis est, in eandem transactionem iurarent: commemoratos ordines nostros cum ipsam transactionem gratam et ratam habentes, tum, quantum in illis est, sicut in omnibus aliis eius capitibus et condicionibus, ita maxime in hac etiam per omnia satisfacere illi cupientes, praesentium Comitiorum authoritate constitutioneque ea de re prolatam tam ex Senatu, quam Nunciis terrarum, certos aliquos delegasse iisque, ut omnium nomine commemoratum iuramentum praestarent omniaque, quae ad eam rem pertinenter, perficerent, plenam integrumque facultatem tribuisse, Reverendissimos nimirum, Illustres, Magnificos et Generosos Dominos:

Stanislaus Karnkowski, Dei gratia Archiepiscopum Gnesnensem, Legatum Natum et Regni nostri Primatem; Bernardum Maczeiowski Luceoriensem, Albertum Baranowski Przemyslensem et Regni nostri Vicecancellarium, Laurentium Gosliczki Chełmensem, Petrum Kostka^{a)} de Stangenbergh Culmensem, eadem gratia Episcopos; et Ottonem Secking, Nominatum Wendensem, necnon Ioannem Kistka de Cziechanowiecz, Castellatum Wilnensem, Capitaneum Brzestensem in Lithuania; Petrum de Pothulicze, Palatinum Calissiensem, Capitaneum Wissegradiensem; Ioannem Hliebowicz, Palatinum Trocensem, Capitaneum Radosskoviensem; Constantimum Ducem in Ostrog, Palatinum Kyoviensem, Marschalcum Terrarum Wolhiniae, Capitaneum Włodymiriensem; Ioannem a Sienna Podoliae et Capitaneum Hrodensem Czorstinensemque; Stanislaus Gosthomski de Liezenicze Rawensem et Capitaneum Radomiensem; Nicolaum a Dzialyn Culmensem, Palatinos, et Capitaneum Bratianensem; Stanislaus Comitem a Tharnow, Castellatum Sandomiriensem, Capitaneum Buscensem Stohnicensemque; Ioannem Comitem in Thenczyn, Castellatum Woinicensem, Praefectum Cubiculi nostri, Lublinensem Parczoviensemque Capitaneum; Stanislaus Włodek de Hermanow Leopoliensem et Capitaneum Haliciensem Kolomiensemque; Ioannem Liesniowski Czernensem et Capitaneum Pornaviensem, Martinum Liesniowski Podliachiensem^{a)} et Capitaneum Ducatus Zatoriensis Lossicensemque; Ioannem Mysskowski Zarnaviensem; Stanislaus Minski Zakrocziensem, Castellanos; Andream Opalinski de Bnin, Supremum Regni nostri Marschalcum, Generalem Maioris Poloniae, Liezaisensemque et Szemenssem Capitaneum; Ioannem de Zamosczie, Supremum Regni nostri Cancellarium et Generalem Exercituum, Belsensemque, Mariaeburgensem, Knyssinemque, Derpatensem, Miedzirzecensem, Grodecensem et Jaworoviensem Capitaneum; Leonem Sapiham, Vicecancellarium Magni Ducatus Lithuaniae Slonimensemque Capitaneum; Ioannem Dulski, Castellatum Culmensem, Thesaurarium Regni Generalem, Bransensem, Rogoznensem, Svecensem, Surasensem Capitaneum; Stanislaus Przyemski, Marschalcum Curiae Regni nostri, Capitaneum Koninensem; Georgium Fahrensbegh, Praesidem Wendensem:

ex ordine vero Nunciorum ad praesentem conventum ab universa nobilitate allegatorum: Generosos Stanislaus Czikowski de Woislawicze,

Succamerarium Cracoviensem; Sebastianum Liubomirski, Praefectum salinarum Cracoviensium, Burggrarium Cracoviensem et Capitaneum Dobrzycensem; Hieronymum Gosthomski, Castellatum Nakensem et Capitaneum Walcensem; Adamum Czarnkowski, Capitaneum Pyzdrensem; Georgium Chodkiewicz, Incisorem nostrum Magni Ducatus Lithuaniae, Christophorum Montvid, Dapiferum nostrum Magni Ducatus Lithuaniae, Capitaneum Wolkoviensem; Adamum Roski, Succamerarium Oshmianense; Andream Konieczpolski; Andream Maliczk; Alexandrum Konieczpolski, Capitaneum Wielunensem; Stanislaus Przerembski; Sebastianum Karssniczki, Vexilliferum Lenciciensem; Stanislaus Czechowicz, Marschalcum nostrum, Vicecapitaneum Samogitia; Ioannem Thomam a Drohoiow, Capitaneum Przemisliensem; Procopium Roszko, Succamerarium Haliciensem; Stanislaus Zolkiewski, Capitaneum Hrubiessoviensem; Nicolaum Jazlowieczki de Buczacz, Capitaneum Sniatinensem; Stanislaus Lanczkarowski de Brzezie, Castellatum Haliciensem, Capitaneum Skalensem; Andream Firley de Dambrowicze, Palatinidem Cracoviensem; Iacobum Lyssakowski; Iacobum Panza; Albertum Rakowski, Lectistratorem nostrum; Ioannem Liaschuski; Procopium Oborski; Ioannem Zamoiski, Pincernam Lomzensem, Decoctorium nostrum; Nicolaum Liaskowski; Iacobum Pilzhowski; Casparem Dembinski, Succamerarium Mielnicensem; Andream Jalbrzyk Wyssinski, Tribunum Drohicensem; Ioannem Pudlowski, Tribunum Sochaczoviensem; Stanislaus Lochniczki, Secretarium nostrum; Matthiam Konopaczki, Succamerarium Culmensem; Ioannem Schoriz, Succamerarium Mariaeburgensem et Capitaneum Wisoviensem; Laurentium Pyessoczinski, Succamerarium Braczlavensem; Stanislaus Kostka de Stangenbergh, Palatinidem Pomeraniae; Andream Orzechowski, Capitaneum Laisensem, et Sigismundum Kazanowski.

Quibus quidem, quemadmodum supra scriptum est, facultatem protestatoremque, cum commemoratum iuramentum ea forma, quae transactione comprehensa ac praescripta est, ut in suam, ita omnium animam, corporaliter elevatis digitis in sancta Dei Evangelia praestandi, tum si qua id de iure fieri debet, commemoratae constitutionis autoritate exequendi administrandique omni meliore forma, iure ac solemnitate, qua id de iure fieri debet, commemoratae constitutionis autoritate iidemque ordines nostri dederunt dantque praesentibus hisce, hac nimirum ratione et modo, ut si forte aliqui ex commemoratis delegatis adesse non potuerint, caeteri nihilominus, qui praesentes fuerint, aliorum absentia non obstante, cum iuramentum commemoratum praestent, tum caetera ad id pertinentia peragant.

Quibus ita praestitis, eandem omnino autoritatem ac vim commemorati ordines tribuent, quam leges et constitutiones in publicis Regni Comitiis latae habere solent, promittentes sub fide et honore suo non secus obstrictos et obligatos iis fore rataque et firma, quae acta iurataque a commemoratis delegatis suis fuerint, habituros, quam si ab omnibus et universis corporaliter iuramentum id praestitum caeteraque, si quae ad id alia pertinent, administrata essent. Quemadmodum quidem commemoratae constitutionis vigore omni meliore forma, iure, modo, iam ex hoc ipso tempore firmiter ac bona fide ad ea se obligant obstringuntque rataque ac firma habent.

In quorum maiorem fidem et evidentius testimonium hasce manu nostra subscriptissimus sigillaque Regni nostri ac Magni Ducatus Lithuaniae appendi iussimus. Actum Warsoviae in Comitiis Regni Generalibus die

decima mensis Aprilis anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo nono.

- a) *hoc verbum loco alicuius verbi expuncti suprascriptum est.*
- 2) *sic in ms.*

N. 145.

s.l. [1589]

Delegati regni Bohemiae, Austriae, Moraviae, Silesiae, Lusatiae universis pacem Bithomiensem iuramento observandam promittunt.

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 418-419.

Nos, infrascripti delegati a statibus et ordinibus incliti Regni Boemiae, Gulielmus Ursinus, Domus Rosenbergiae Gubernator, Eques Aurei Velleris, Sacrae Caesareae Regiaeque Maiestatis intimus Consiliarius et Supremus Regni Boemiae Burggravius; Georgius Senior Baro de Lobkowicz in Libochowicz et Liczkow, Caesareae Maiestatis Cubicularius et Supremus Regni Boemiae Curiae Praefectus; Georgius Borzita Baro de Martinicz in Smeczna, Supremus Iudex eiusdem Boemiae Regni; Ioachimus Nowohradsky Baro de Kolowrath in Kossatekh et Bustichraz, Burggravius Arcis Carlsteinensis; Christophorus Iunior Baro de Lobkowicz in Tachau, Sacrae Caesareae Maiestatis Cubicularius et Supremus Regni Boemiae Cameræ Praefectus; Wenceslaus Berka Baro de Liuba et Lippcho in Richumburgkh; Wolphgangus Novohradsky Baro de Kolowrath in Lnärzich; Carolus Baro a Biberstein in Decwin, Supremus Regni Boemiae Monetae Praefectus; Wenceslaus Baro de Rziczum in Horzowicz; Georgius Baro de Sternberg in Zelenahora; Michael Sspanowsky de Lisova in Spaczow et Woziczy, Supremus Regni Boemiae Notarius; Burian Trczka de Lippy in Svitna supra Siczavam, Succamerarius Regni Boemiae; Albertus Kapaun²⁾ de Swaikowa in Lussiczych, Burggravius districtus Hradeciensis; Wilhelmus Wostrowecz de Kralowicz in Wlaszine, Sacrae Caesareae Maiestatis Supremus Procurator in Regno Boemiae; Wenceslaus Pless Herzmansky de Slaupna et Sedlo in Stolarich, Capitanus Minoris Partis Pragae; Wenceslaus Wetrinsky de Wetrinicz in Teplicz et Za...zan³⁾ Wenceslaus Budowecz de Budowa, omnes Suæ Caesareae Maiestatis Consiliarii; Christophorus Zielensky de Sthuzyna, Vicenotarius Regni; Christophorus Schleinicz de Schleinicz in Honspach; Wilhelmus Wrzesowecz de Wrzesowecz in Taurkowicz.

Nos etiam ab ordinibus Austriae deputatae personae: Sigismundus Comes in Hardeck-Glatcz et Marchland in Rigerspurg, Pincerna haereditarius Archiducatus Austriae, Supremus Dapifer Styriae; Maximilianus a Mainming in Kirchperg ad fluvium Pulaccensem et Sitzenthal; Ioannes a Tschernebl Baro in Schwerdperg et Windegg, per Carniolam et

Marchiam Slavonicam Pincerna haereditarius; Georgius a Neuhasz in Stadt-Kirchen et Senftenberg, Sacrae Caesareae Maiestatis Consiliarii.

Similiter nos, infrascripti ab ordinibus Marchionatus Moraviae delegati: Hynco Brtniczky Baro de Waldstein, Capitaneus et Supremus Camerarius Moraviae; Ioannes Baro de Boskowecz in Trzebowa, Supremus Iudex eiusdem Marchionatus; Jan Mezericzzy de Lomniz in Gemnicz; Eggerdus a Schweben, Abbas Welegradensis; Nicolaus de Hradek in Nova Arce, Succamerarius praedicti Marchionatus Moraviae; Wenceslaus Zahradeczky de Zahradek in Suleszkowiczych.

Nos itidem ex Ducatis Silesiae ordinatae personae: Carolus Munsterbergensis et Olessnensium Dux, Comes Glacensis; Sigrefridus a Promnicz Wilden Baro Plesnensis, Soraviensis et Tribeliensis in Noyier Schwerda, Ducatus Saganensis Tenutarius, Consiliarius Sacrae Caesareae Maiestatis; Blandanus a Zedlicz in Hartmansdorff; Georgius Strzela a Dielaw in Milwen; Nicolaus a Burgkhausz in Ste...^{a)} et Schiltperg; Erasmus Muller in Malikwicz et Krickaw; Simon Hannibal in Rotenhirten et Pilswicz, Imperatoriae Maiestatis Consiliarii.

Et nos subscripti ex Superioris Lusatiae Marchionatu: Ernestus a Rechenberg in Crosta, Sacrae Caesareae Maiestatis Consiliarius et Capitaneus eiusdem Superioris Lusatiae; Hieronymus a Schonwald in Sigersdorff.

Nec minus et nos ex Inferiori Lusatia deputati: Carolus a Kistlicz Liber Baro Malnicensis, Eisenbergensis et Sprumbergensis; Richardus a Schulenburg in Lubenaw.

Significamus praesentibus hisce quorum interest universis et singulis, cum inter Sacrae Caesareae Maiestatis universaeque Serenissimae Domus Austriacae ab una, et Serenissimi Principis et Domini, Domini Sigismundi III Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae, Russiae, Masoviae et Samogitia parte ab altera Commissarios, Bithomiae et Bendzini congregatos, inter commemoratos Serenissimos Principes nostros certis condicionibus et legibus firma ac perpetua pax atque amicitia constituta sit, nos, Regni Boemiae omnium ordinum nomine, Archiducatus Austriae, Marchionatus Moraviae, Ducatum Silesiae, utriusque Marchionatus Lusatiae, in eandem transactionem corporale iuramentum sequentibus verbis praestitis:

Nos N.N. (repetuntur personae, ut supra) iuramus spondemusque coram Deo, omnium Regni, Archiducatus Austriae, Marchionatus Moraviae, Ducatum Silesiae atque utriusque Lusatiae Marchionatus ordinum nomine, quod omnia ea, quea inter Sacrae Caesareae Maiestatis caeterorumque Serenissimorum Principum Austriacorum Commissarios ex una, et Serenissimi Principis et Domini, Domini Sigismundi Tertii Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae, Masoviae Samogitia parte ex altera, ordinumque Regnorum et dominiorum utriusque partis, Bithomiae et Bendzini congregatos, convenerunt, firmiter inviolabiliterque observabimus ordinesque universi in perpetuum observabunt, Serenissimis Principibus nostris, ut obseruent, authores semper erimus, neque ut aliter fiat, assensum, consilium aut auxilium nostrum unquam praestabimus, sed eandem transactionem et pacta omnibus viribus tuebimur ordinesque universi perpetuis temporibus tuebuntur. Sic nos Deus adiuvet et haec sancta eius Evangelia.

Quod suprascriptum iuramentum, quemadmodum et commemoratam transactionem in omnibus eius punctis et clausulis sancte, firmiter inviolabiliterque observare, neque unquam in ullo contravenire illis

promittimus spondemusque. In quorum omnium fidem et evidentius testimonium hasce manu nostra subscrisimus sigillisque nostris obsignavimus. Datae.

- a) non legitur.
- z) sic in ms.

Reliqua documenta ad res Polonicas spectantia, in Archivo Mediceo Florentino conservata (continuatio thecae F. 4293, Avvisi, varie scritture e notizie di Polonia dal 1559 al 1599, necnon theca F. 4294, Lettere ed avvisi di Polonia 1600-1612), in sequenti volumine nostro proxime edendo continebuntur.

T A B U L A E

H^u Princeps Amic^{us} Ch^{ar}me^s & her^d Esterido gl^o Ro^d et
 mag^e me^r Gio. Andrea Valentino Pre^p di eraconia phisico et secon^d
 nro, molti anni fa stato alle servitj del ser^m o^r e rro Consortⁱ
 et S^t. Colondissimo et n^r, si ha talmente diponitato, et dimostrata
 la sua fedi, obsequia, et doctrina, et in le alt^e cose importanti à
 lui comebb^e, tal prudenz^e et delecta, che si meritato esser da no
 tenuto chanz^e, et à cui habbiamo dimodo p^r renumeratioⁿ de
 suoi meriti) benegiato che nō sia inuidia nō solo agli homenj
 exterrnⁱ, ma alli proprii indigeni del Regno nro, et p^r uerisim
 mo nō solo dimostrar la gr^a nra verso lui, ma ancora uerso
 tutti quegli della sua famiglia, per dar testimonio quanto repu
 tiamo app^r di noi li servitj del p^r nominato, havendo inteso che
 della medesima famiglia vi è il mag^o m^r Philippo Valentino Jure
 consulto ex^m et li ogni alt^s sorti di scienze et lingue ornato
 et p^rito, desideriamo (che) forschiamo noi se nō obblig^e la distanza
 del paese, et p^resse ornato app^r v. s^{ff}ma^r dia^c off^o honorato
 secondo recerca la virtù di esso m^r Philippo, & la satisfacione al
 desiderio del ser^m o^r e rro Consortⁱ et S^t. Colondissimo e nro, onde
 p^resicmo. v. s^{ff}ma^r ebi si digny prouederlo di alc^e simili off^o hono
 rato. Come nō dubitiamo che v. s^{ff}ma^r condiscenderà à farlo,
 essendo questo visto app^r li signori, compiacet l' uno et l' alt^e in
 cose ragionevolⁱ et honestⁱ, offerrendone alli in concerto in simili a maggi
 ori cose prompti agli honorⁱ et comodi li v. s^{ff}ma^r allagli n^r.
 offferemo, Dat^r vilm^r d^r viij octobris 16^o 74

De N. S. ad Farli piaceva
 bona regina gl

Sigismundus Augustus Regis
 Regis cuius etiam Russie Prussiae et Poloniae
 etiam Samogitia Lituaniaque dominis datus
 Iulii Florio et Sociorum Principi domino Francisco de studiis amico affinissi
 chec salutem prosperis rerum omnium successos. Iulius Princeps domini amici classi
 his nostra chariforme. Nobis quoque de hoc matrimonio nuncius non minus proper
 eu gratia fuit quod secundum affinem manum Archiducissam Ioannam cali certi
 pi qualiter illi uera esse constat. inter maximae cuperemus quam ob eam etiam
 causam quod ad rectorem familie meae materna S. Polcia medicisq; illi uia domus
 coniunctionem hanc etiam accessum noua receptaculis factum esse rebenecuta
 Laurentius. Quapropter enim illi uia paris illi estq; uia ergo nos studiu nobis ob
 scurum esse non posuerit. nosq; ipsi quantum filibet vix familiaris mea cuperemus
 et quantum illius causa feliciter velimus nobis ipsi confitimus. tamen hoc non
 quasi figura mutuus hic noster amor denso firmatus atq; ad posteritatem ip
 sam prosequens iam esse videtur. Quidquid demus quanto nos gaudio affecterit ut
 aquilones testatum faciamus breui ad istam Secretarium nostrum militarem
 qui me loco nupris illi uita intereat. Interim hoc ita cuenisse nobis hic tibi uia
 his nra lettera gratulamus. simul etiam querendudem hoc quod nobis sit uia
 de se polliciter libenter amplectimur ita etiam illi uia pudicum non proposit
 sumus et quod bis tam artis vinculis affinitatis mea et amori jui uia erga nos
 respondent pollicemur et offerimus. Donec ualeat officia nostra. odatu uero die
 ii Octobris anno domini a. d. ix. r. Regimi. xxvii

Sigismundus Augustus
 Regis

lunus illuminans à Dominis nris arcere omni studio & apparatu bellico minime
 Causa nihilominus perspectum laboamus, cum eſe immunitam Tyranni potestia,
 qua nonnisi omnis Christianorum Principatum tribus reprimi posset, corum sub-
 sidia imploranda nobis eſe duximus, rem eam non modo unam propriam, sed non-
 us Christianitatis agi atq[ue] periculare videmus. Qua de re & Sertis E[st]ne significare
 volamus, ab eaq[ue] diligenter petere, ut non modo pro affinitatis arcta necessitate,
 ne que Sertis E[st]ne nobiscum intercedat, sed & pro bono totius Christianitatis. Se-
 t[er] causam communem agi intelligat, secundum perpendat, id Turcarum Imperio-
 rem, firmiter statuisse, per Regnum nostrum universum Christianum Orbem, atq[ue]
 ad ipsam Italiam velle aspirari. Eius anatus ut irruerit reddantur, communis op[er]e
 Vassallo est prouidendum. Diligenter itaq[ue] à S[an]cto O[ste]n[te] petimus, ut S[an]ctus O[ste]n[te]
 cloſe maritima localem distinet, eiusq[ue] vires non defraudeat, quoniam in p[ro]prieti-
 ti exercitu Regnum nostrum proximo vere actorum posset. Quod cum nō n[on] fu-
 sis Sertis E[st]ne Radus Eustachius Vilnensis Ep[iscop]us Vilnae, Natus noster expe-
 net, atq[ue] in quanto discrimine constituti simus docebit, cum Sertas E[st]ne beneficu-
 tia capiat, atq[ue] fidem plenam adhibebit. Facies vero Sertas E[st]ne, quicquid ma-
 cum Sertis E[st]ne coniunctio sibi pollicetur, & bonus Christiani nos a Serte E[st]ne
 postulat. Qued reliquum est Sertem E[st]ne optimè valere, omnibusq[ue] optima
 felicitatis incrementis audier ex animo cupimus. Date Tarsauer die XVIII
 Novembre anno Domini MDCXX Regnum nostrorum Polonia XXXIII
 Suecia XXVII Anno.
 Eiusdem Sertis E[st]ne
 bonus affinis

per gratias! Secretarius. P. J. G. Almo

mento si al Nostro diuotissimo servitore di V. S. En. Com' avendo
 ab degli offighi chio ho a tua car. ^{Roma} Cava, ni potendo ci
 di un etto i piatti dimoratori a V. S. quello che s'accende
 nell'animo mio pioli alle ultime occasioni di rinfrescarli. La
 memoria della seruiti mia, tando per le felici mecessi
 della M^a del V. mis signori, quali alli 12 di Giugno a cinque
 ore di notte, havendo preso l'alto da quattro bande alla
 cattura di smolti pesci alle fricce, per le quali feste
 in pochi danti de nostri la presore, havendo fatto conto che in molti
 in quei viaggi dell'andisiva il fers, fano, e gente nana morte
 a persona. E' M^a quando hauea da un dino alle conda
 quel pesci, uera affidietta, ch'è stata intitata per la 26 di
 novembre, dopo lo quale, se è M^a hauea quel loco amilus
 con' quel credere in tanta monarchia, pignorata quell'isola.
 Gran buon afflato somma la maria di V. A. e Langus dal
 vello ogni meggior felicità.

P. J. G. Almo. Di Pinciori u. Lule^o Gaf^o 1600
 di uolos^o servire

U. S. M. Mar. frat. di
 Petrus M.

**FINITO DI STAMPARE CON I TIPI DELLA
TIP. EDIGRAF - ROMA - TEL. 8271694
IL 9 GIUGNO 1972**

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI 284 - ROMA

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES (cont.)

- Vol. VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum.* Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc. (A.D. 1603-1629) 8 tab. Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1962.
- Vol. VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino,* II pars. Coll. W. WYHOWSKA - DE ANDREIS, pp. XIV+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676) 11 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1962.
- Vol. VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas,* I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791) 7 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1963.
- Vol. IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae,* I pars. Coll. L. Koczy, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572) 8 tab. Ind. nom. propr. 1964.
- Vol. X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino,* III pars. Coll. W. WYHOWSKA - DE ANDREIS, pp. XVI+343, 1399 doc. (A.D. 1568-1676) 12 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1964.
- Vol. XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas,* II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214 doc. (A.D. 1567-1578) 7 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1964.
- Vol. XII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas,* III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V+291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab. Ind. nom. propr., ind. chron., 1964.
- Vol. XIII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici,* I pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+175 (A.D. 1598), 2 tab. Ind. nom. propr. 1965.
- Vol. XIV — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino Romae,* I pars. Ed. W. WYHOWSKA - DE ANDREIS, pp. VI+234, 177 doc. (A.D. 1575-1668), 4 tab. Ind. nom. propr. 1965.
- Vol. XV — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas,* IV pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VI+340, 211 doc. (A.D. 1576-1586), 5 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1966.
- Vol. XVI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas,* V pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VII+336, 227 doc. (A.D. 1587-1589), 5 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1966.
- Vol. XVII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici,* II pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. VII+311, 169 doc. (A.D. 1411-1616), 2 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1967.

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI, 284 - ROMA

- Vol. XVIII — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VIII+256, 140 doc. (A.D. 1669-1676), 4 tab. Ind. nom. propr. 1968.
- Vol. XIX — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VI pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+429, 121 doc. (A.D. 1556-1620), 4 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1968.
- Vol. XX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, II pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 266 doc. (A.D. 1577-1696) 4 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1969.
- Vol. XXI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VII pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, 187 doc. (A.D. 1535-1696) 2 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. pp. VIII+262.
- Vol. XXII — *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, doc. 183 (A.D. 1535-1588) pp. VIII+210, 2 tab.
- Vol. XXIII — A. *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi* II pars. Doc. NN. 184-319 (A.D. 1535-1772) Ind. nom. propr., ind. chron.
B. *Documenta Polonica ex Archivo Capitulari in Brisighella*. 63 doc. (A.D. 1578-1588) Ind. nom. propr., ind. chron. Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS p. 297, 2 tab. 1970.
- Vol. XXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae* III pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 152 doc. (A.D. 1419-1564) pp. VIII+301, 4 tab.
- Vol. XXV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae* IV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN 78 doc. (A.D. 1563-1572). 6 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. pp. VIII+248.
- Vol. XXVI — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino* I pars, ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 145 doc. (A.D. 1559-1589) 4 tab., pp. VIII+320.
— *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino* II et III pars, ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, (in typis).
— *Res Polonicae ex serie Card. Morone in Archivo Secreto Vaticano*. Ed. C. LANCKOROŃSKA (in praeparatione).
— *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici* III pars. Ed. C. H. TALBOT (in praeparatione).
— *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae* V pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN (in praeparatione).

DEPOSITARI :

« International Book Distributors »
LIBRERIA
117-120, Piazza Montecitorio
00186 ROMA

Orbis (London Ltd.)
66, Kenway Road
London S.W.5.

Institutum Historicum
Polonicum Romae
284, Via degli Scipioni
00192 ROMA